



CB 1000944138

FRXU1/26





IOANNIS

CORASII TO-
LOSATIS IVRECON-
fulti clarissimi, in titulum ff. de
seruitutibus, commen-
tarii,

HAC SECUNDA EDITIONE
recens ab Authore multis mendis purgati:
Quibus vera vrbana rum, & rustica-
rum seruitutum, omniu[m]que legum eius
materiae interpretatio, in lucem
velut è tenebris reuocatur.

Accessit denique rerum, in hisce omnibus me-
morabilium, locupletissimus Index.

IN VIRTUTE



ET FORTVNA

L V G D V N I,

Apud Guliel. Rouillium sub scuto Veneto.

M. D. L I I I I.

Cum Priuilegio Regis.

Leab. M. Frederic. Lengel. 10.9.7.

EXTRAICT DV PRI- VILEGE DV ROY.



A R grace & priuilege du Roy,
est permis à Guillaume Rouille Li-
braire de Lyon, d'imprimer, ou fa-
ire imprimer vne foys ou plusieurs,
vn liure intitulé *Ioan. Corras. Tolosatis*
Iureconsulti, in titulum ff. de Seruitutibus, Commentarij,
reueu, corrigé, & augmenté par ledict Corras. Et
faict defences de par ledict Seigneur à tous autres
Libraires, Imprimeurs, & personnes quelcōques,
de non imprimer, ne faire imprimer, vendre ne di-
stribuer, en ses païs, terres & Seigneuries, autres que
ceux que aura imprimé, ou faict imprimer ledit
Rouille: sur les peines contenues esdictes lettres: &
ce iusques au temps & terme de cinq ans, à com-
pter du iour & datte qu'ilz feront paracheués de
imprimer: comme plus-à-plein est contenu par les
lettres patantes sur ce données à Paris le neuviem
me de Iuillet, Lan de grace mil cinq cens quaran-
te neuf.

*Par Le Roy, Maistre Françoys de Con-
nan Maistre des Reuestes ordinaire
de l'hostel present:*

Et sealé du grand feau, en cire iaulne
à simple queüe.

3

SAPIENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO Domino Othoni à Castillione, sacro- sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali dignissimo, Archiepiscopo To- losano, & Pari Franciæ, Ioan- nes Corasius Tolosas

S. P. D.



INTERIM cùm vniuersi iuris
artē, simul atque scholia in quin-
quaginta Pandectarū libros ador-
no, (Antistes præstantissime,) diuturnis precibus docti etiā viri
à me efflagitant, vt quæ in seruitutes iuris partem
nequaquam satis adhuc explicatā, nuper parauerā,
è manibus meis emitterem. Indignum rati, de re tam
præclara, (vt illi dicebant,) pretiosa, à me studio-
sam iuuentutē celari. quorū certè voluntati, non tam
morem gerere cupiebam, quam amplitudini tu.e, de
me quam optimè meritæ, memorem me præbere
gratū: qui tanta me humanitate, & benevolentia,
superiore anno complexus es, vt humanius dici, aut
fieri nihil possit. E' re igitur mea esse putaui, animi
nō ingrati memoriā, hoc paruo munere præmonstra-

re:tenui sanè,nec luce magnopere digno,sed quod
 tamē incredibilis obsequij,summæq; me.e erga te ob-
 seruantia, testimoniū reddet. Fuisse ante me nō igno-
 ro, qui hoc ipsum argumenti genus accuratè pertra-
 Etarint:sed tam incomptè, verbosè, & infeliciter,
 vt vix digni videantur, qui per docta virorum ora
 volitent. Ego verò si non tam copiosè, limatus cer-
 tè, (arroganter nolim hoc dictum existimari:) at-
 que apertius, studiose iuuentuti suppetias ferre
 studui. Quantum autem in hoc profecerim, iudi-
 cabunt alijs:studium certè, & egregia quedam vo-
 luntas non defuit, quam tibi vni Mæcenati meo,
 (cui omnia, atque adeò meipsum deuoueo:) dare, di-
 care, & addicere, & quissimum duxi. Seruitutes
 itaque nostras, à nemine omnium qui hactenus eas
 sunt interpretati, funditus erutas, enucleatásque,
 nunc quasirecens natas, & ex profundis tenebris in
 lucem reuocatas, tibi nuncupo: quas pro singulari tua
 virtute, & humanitate, Antistes omnium dignissi-
 me, vt hilari, & serena fronte suscipias, te oro ob-
 testorque. Suscipe precor quos tibi sacro, quóf-
 que vni tibi iamdudum exantlauit labores ne asper-
 neris, maiora ac doctiora, sacrare tibi cupientem.
 Quod si feceris, sempiterno cumprimis à te de-
 uinclusus beneficio, uberrimum vigiliarum mearum
 fructum me consequutum existimabo. Bene vale,
 virtutū & literarū singulare præsidium: tuisq; votis
 Christus Optimus Maximus, dexter aspiret. Vale-
 tie Allobrogum, pridie Calend. Martij. 1547.



ANDREAS AB EXEA
iuris utriusque Doctor lectori

S. P. D.



O A N N E M Corasium Iure-
consultum clarissimum , prius
quām ex illo Tolosano sanctio-
ri legū seminario, veluti ex He-
licone Valentiā accersitus esset,
de nomine quidem cognoueram, semper ta-
men exoptaram nancisci locum illum vtique
de facie cognoscendi. vtpote qui aliquot eius
elucubrations iam tum apud Typographos
euulgatas perlegisse: in quibus singularem
suam eruditionem, & latini sermonis puri-
tatem maiorem quām quæ in nostri iuris in-
terpretationibus obseruari facilè queat, non
mediocriter fuisse admiratus. At simul at-
que peropata successit occasio, eum vt ciues
nostri Valentini ad cotidianas prælectiones,
serendosq; in Achademia nostra neptareos
solidæ doctrinæ latices magno etiā ære con-
ducerent, & subinde in hāc ciuitatem se con-

tulisset, dici nō potest, quām eius obtutu meā
opinio confirmata sit, & quò diutius mihi cū
eo præsente philosophari licuit, eo certè ma-
gis, magisque in dies singulos conduplicata.
Dum enim summum ingenij sui acumen, in-
credibilem dicendi facundiam, docendi peri-
tiām, suauissimos mores, & singularem pro-
bitatem, atq; industriam contemplabat, pro-
tinus eum nouū aliquod sydus & ornamen-
tum omnifariarum literarum, omniumque
cohærentium vnde cunque virtutum ad nos
attulisse putauit. Cum autem priuata sua stu-
dia mihi pro sua humanitate, & coīta inter
nos indissolubili amicitia communicaret, in
eas interpretationes incidi, quas in primum
octauii Pandectarum libri titulum edidit. In
quibus seruitutum perdifficilem, necdum sa-
tis anteā pertractatam materiam acutius ne-
scias, an ornatus claram, dilucidāmque red-
didit. In his autem commentariis, quæ in le-
gem, Frater à fratre composuit, Africanum
non modò ingenij excellentia fuit imitatus,
sed eū interpretandi facilitate superauit. Vt-
que omnia vno sermone complectar, nihil
ab ipso compactum, compositumque inueni,
quod non idem omni laudis genere dignis-
simum esse crediderim: & subinde iniuriam
fieri

73

fieri nostræ Reipublicæ τῆς νομοφυλακίας, si
diu lateret, publicisque (vt inquiunt) tabulis
non describeretur: & præclara ingenia diu
sine damno Reipublicæ latere non posse.
Quapropter eum rogaui, & cotidiano propè
conuicio efflagitaui, vt has suas elucubratio-
nes Typographis traderet excudēdas: quod
cùm ille recusaret, veritus ne tam doctæ, aut
climatæ non sint, vt peritiorum expectatio-
ni responderent, tandem impulsu meo coa-
ctum, verius quam suasu victimum se facturum
testatus est. Hæc Corasij Iureconsulti Commentaria nō
sinuosis ambagibus tumentia, neque barba-
riem redolentia, sed breui quidem compen-
dio doctè, peracuteque non solùm ab omni
barbarie repurgata, verum etiam omni-
bus eloquentiæ numeris absoluta,
quæ secundūm authorem ac-
cepta mihi non ingra-
tè referes.



a 4



*LEGVM ET PARAG-
GRAPHORUM, IN HISCE COMMENTARIJS IN-
TERPRETATORUM, INDEX.*

Ex titul. ff. de seruitut.	L. pro parte	220	
Rubrica	pagina 10	§. pro parte	231
L. prima	30	L. Non dubito	234
L. unus	130	L. Si tam angusti	239
L. seruitutes ij.	136	L. Seruitutes iij.	259
L. seruitutes iij.	151	§. Scrutus	315
§. Modum	174	§. publico	320
§. Interualla	180	L. Quoties j.	333
L. via	184	§. Seruitutum	340
§. Vsus	189	L. ei qui	348
L. ad certam	191	L. Via	366
L. ius cloacæ	194	L. Papinianus	383
L. vt pomum	198	L. Ei fundo	390
§. Si prædium	205	L. Quotiens ij.	398
L. si cui	209	L. si intercedat	419
§. si iter	218	§. si Vsusfructus	426

IOANNIS CORÀSII
 TOLOSATIS IVRISCONSUL-
 ti in Rubricam Digestis de
 Seruitutibus Com-
 mentarii.



- 1 *Hominum gratia ius cōstitutum.* personarum.
- 2 *Res corporales, & incorporales.* 13 *Seruitus merē personalis qua.*
- 3 *Corporum tria genera.* 14 *An ea propriè seruitus dici posſit.*
- 4 *Diffinitio communis seruitutis declarata.* 15 *Serui pro mortuis habentur.*
- 5 *Eadem improbata.* 16 *Uſusfructus formalis, & causalis.*
- 6 *Aquæductus seruitus nō semper hæret prædio.* 17 *Fabri exemplum non necessarium.*
- 7 *Nouè intellecta l.ei fundo.* 18 *Noua opinio.*
- 8 *seruitus sine prædij domini nantis utilitate constitui potest.* 19 *Proprietas vocabuli vnde petenda.*
- 9 *Exposita nouè l. quoties.* 20 *Interpretatio noua ad l. uti frui.*
- 10 *Diffinitio omnis periculosa.* 21 *Homo dignissima creaturarum.*
- 11 *Noua finitio seruitutis.* 22 *Seruus pro derelicto habitus, an propriè seruus.*
- 12 *Haustus, & Aquæductus seruitutes, quādoque*

- | | | | |
|----|---|----|---|
| 23 | Enodata nouè l. quod seruus. | 29 | Ioann. Fab. opinio de-
fensa. |
| 24 | Opera serui legatae, in quo
genere seruitutis. | 30 | Possessorium pro iuribus
personalibus non datur. |
| 25 | Habitationis noua fini-
tio. | 31 | Explanata l. Caius. |
| 26 | Opera, & ministeria ser-
uorum, an seruitute. | 32 | Restituta lectio §. quida
libertis. |
| 27 | Opera qua actione peti de-
beant. | 33 | Seruitus à persona rei
debita quæ. |
| 28 | Concessio iuris secandi, &
similes, an sit seruitus. | 34 | Carceris perpetui pœ-
na. |



N I V E R S U M ius populi Rom.
quo nos utimur, circa tria ver-
satur: vel enim ad personas per-
tinet, vel ad res, vel ad actiones.
I.j. ff.de statu hominum. Quo-
niam autem † hominum gra-

Ius hominum autem, nonnullum gra-
tia, (ut Hermogenianus dicebat,) omne ius con-
stitutum est: congruentissimo ordine, de perso-
narum iure & statu iurisconsulti primum di-
xerunt: quod parum esset iura noscere, si perso-
næ quarum causa ius constitutum est, ignora-
rentur. §. fin. de iur. natur. in insti. Ac de personis
ad plenum tradita doctrina, de rebus tractari
coepit, in tit. ff. de rerum diuis. Ibidemque
2 inter cetera traditum, rerum alias corporales,
Res corporales alias incorporales esse.

Corporales Caius eas esse definiuit, quæ tan-
corporeæ. gi, & videri, sui natura possunt. veluti fundus,
homo, vestis, aurum, argentum, & deniq; innu-
merabiles aliæ res. quæ licet ex accidenti contin-
gi

gi nequeant:quia in profundum maris demerse,
natura tamen spectata corporales dici debent.l.
si quis posthumos.in princi. ff.de lib.& posthu.
Accursi.in §.j.de reb.corpo.in instit. Corporum

3 † autem tria genera philosophi faciunt.quędam Corporum
tria gene-
ra.
enim ex discretis & distantibus constare dicunt:
vt populum, gregem, classem, exercitum. Alia
ex continentibus, & coniunctis, hoc est pluri-
bus inter se cohærentibus:vt domum, nauem, &
aliud quodcunq; ædificium. Quęda verò tradūt
vnita & cōgenita, quę Pomp.iurisconf.vno spi-
ritu contineri dicit l.rerū mixtura ff.de vscap.
vt lignum, lapis, homo, & alia animalia singula.

Incorporales res sunt, quæ neque sub tactum, Res incor-
neque sub oculos recidunt, sed in iure hoc est in poreæ,
intellectu & censura animi consistunt:vt hære-
ditas, vsusfructus, pactum, obligatio, actio, &
& his similia.l.j.ff.de rer.diuisio. Inter incorpo-
ralia quoque sunt seruitutes, quæ vocantur ur-
banorū, & rusticorum prædiorum.d.l.j.in fi. &
§.fi.de reb.corp.quarū cognitio, quā vberes iu-
ris alumno sit fructus & commoditates allatu-
ra, non est vt quisquam dubitet. Verum quod ad
institutum nostrum pertinet, sciendum, seruitu-
tem prædialē de qua nos plena manu dicturi su-
mus, authore Bartol.in l.j.huius tituli cui assen-Seruitutis
communis
diffinitio.

4 tiuntur cæteri, ius † quoddam esse prædio inhærens,
ipsius utilitatem respiciens, & libertatem seu ius alterius
diminuens. Huius diffinitionis verba idem Bart.
familiariter probat, & explicat.

Quam perindè ac socrosanctā legem, interpre-
tes omnes approbauerunt:vt non magis verum

Apol

Apollinis Pithij oraculum existimauerint, nec
 5 + enim inuentus est hactenus quisquam, qui pa-
Impugna lam & aperto marte, illam ausus sit impugnare.
tio comu- Eam tamen ipse vel hoc vno argumento, euerti-
nis diffi- posse contendo. Diffinitio bona non est, quæ
nitionis. cum suo diffinito non conuertitur. l.j. §. dolum.
 ff. de dol. Hanc autem istiusmodi esse probat
 euidenter. l.j. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. vbi si lex
 agri non inueniatur, agri naturam seruandam
 esse præcipit Vlpia. quæ est vt ager inferior, su-
 perioris aquam ad eum defluentem recipere te-
 neatur. Quod ius prædio superiori inhæret,
 eius vtilitate respicit, & inferioris agri vtilitatē
 minuit, & tamen non est seruitus. vt Vlp. illic se-
 mel atque iterum ostendit. Primum in vers. Sa-
 nè, dum ait, Sanè, & in seruitutibus, hoc idem
 sequimur. & in fi. dum inquit, Eritque ista quasi
 seruitus.

Secundò *Aquæductus* seruitus, non semper
 inhæret prædio. l.j. §. præterea labeo. ff. de aqua
 quotid. & æstiua. at aquæductum seruitutem
 nemo negauerit. l.j. ff. de seruituti. rusticorum
 prædio.

6 Tertio seruitus + constitui potest, etiam non
 respiciens vicini prædij vtilitatem. l.ei fundo.
 hoc titu. & patet in seruitute Pecoris pascendi,
 quæ tametsi prædialis sit. l. pecoris. ff. de seruitu.
 rusticor. eius tamen commoditas plerunque
 personæ non prædio quæritur. Accurs. in l.j.
 §. in prædiis, ff. de seruitu. rustic. sic in seruitute
Hausius aquæ. l. Mella. §. quidam. ff. de alimen. &
 cibar. legat.

Nec

7 Nec me fugit, † Scriptores quibus ab omni *cōmuniſ*
 æuo persuasum fuit, nisi prædij dominantis ver- *sensuſ ad*
 setur vtilitas, seruitutem imponi non posse. l. *l.ei fundo.*
 quoties. j. in princ. hoc titul. l. si procuratorem.
 §. mandati. ff. mandat. aliter declarasse d. l. *ei fun-*
do. ne obefſet, vt licet illic vtilis nō eſſet seruitus,
constitutionis tempore, in futuru tamen inter-
eſſe poterat, quod ſufficit. l. si infantis. ff. de vſu-
fruct. nec enim ſpectatur tantum präſens vtili-
tas. l. labeo. ff. de seruitut. rusticor. vnde futuro
ædificio seruitus imponi potest. l. si seruitus. §.
fin. ff. de seruitut. vrbanor.

Cæterum infert calumniam maximam, decla-
 ratio hæc d. l. *ei fundo.* quæ ſimpliciter, & abſo-
 lute dicit, etiam ſi vtilis non ſit seruitus, eam cō-
 ſtitui posſe. Habetque rationem generalem. que-
 dam enim (inquit Labeo) habere poſſumus, quā-
 uis ea vtilia nobis non ſint.

8 Quocirca in ea ſemper fui ſententia, † vt ad-
 uersus Doctores verius existimauerim, seruitu-
 tem imponi recte poſſe, quæ nullam etiam ad-
 ferat dominanti prädio vtilitatem. Confirmat
 autem aperte hanc meam opinionem l. hoc iu-
 re. ff. de aqua quotid. & æſti. vbi non tantum ad
 irrigandum, ſed etiam pecoris cauſſa, vel etiam
 amoenitatis, aquæ ducendæ seruitus constitui-
 tur. quo caſu nulla fundi dominantis vtilitas,
 ſed dominis tantum voluptas, conſideratur.

9 Nec quicquam me mouerit † l. quoties al-
 leg. quæ certe nec dicit, nec probat, quod aſſe- *L. quoties*
 runt scriptores: ſed duntaxat per regulam tra- *hoc tit. de*
 clarata. dit, quoties vicinorum non intereit, (non di-
 cit

cit prædi orum:) seruitutis constitutionem non valere. Omnis enim seruitus, vel personarum est, vel rerum. l. j. hoc tit. Atqui cum vicini non interest, nec hominum, nec prædiorum seruitus dici potest. veluti si constitueris mihi, ne per fundum tuum eas, ne ibi consistas, aut ne ius tibi sit fundo tuo ut frui.

Vt ita velit illuc Iuriscons. in seruitutibus illud præsertim spectandum, an eius cui fit constitutio intersit. vt si non intersit, non teneat seruitutis impositio. si autem intersit, secus. satis autem putauit lex, interesse vicini, (licet nulla dominantis prædij utilitas versetur) propter amœnitatem, & voluptatem. l. competit. §. fin. ff. quod vi aut clam. Quia ut opinor ratione, Martia. respödit ut licet prædia quædam talia sint, ut magis in ea impēdamus, quam de illis acquiramus, vsusfructus tamen relinqu possit. l. statuæ. in fi. ff. de usu fructu.

Declarata Eam obrem, & in l. ei fundo. traditū est, posse
l. ei fundo. seruitutem non utilem fundo constitui, veluti
Aquæductus, si aquam ducere non expediat. licet enim ductus aquæ sine fructu sit, tantum tamen iucunditatis nobis adferre potest, vt eum pluris aestimemus, colamus, & amemus, cæteris rebus quæ cum fructu sunt.

Illud fateor, quasdam esse seruitutes, in quibus nulla prorsus amœnitas, sed sola dominantis fundi utilitas considerari potest. quas ideo Vlpia. voluit nō ultra constitui posse, quam quatenus ad eum ipsum fundum opus esset. vt seruitutes, Calcis coquendæ, Cretæ eximendæ & si-

miles.l.ergo.§.fin.ff.de seruit.rustic. Et ita nouè explicatas habes tres leges.l.quoties.l.ei fundo. & l.ergo.alleg.quas certè Docto.non intellexerunt.

Ex prædictis cum luculenter probatum sit, Bar.finitionem defendi non posse:tempestuum est,vt nostram proferamus. Qua in re præmonitum lectorem volo, nullam esse tam claram,& apertam , quæ inanibus cauillis , & sophisticis quibusdā argumentis, impeti non possit.vt me-
rito ad hæc soleat vulgo dici omnem in t iure ciuili periculosam diffinitionem,rarū est enim vt non subuerti possit.l.omnis diffinitio ff.de reg.iur.quanquam illic diffinitionē pro regula accipi verius est:vt & per se titulus demonstrat, & ex primo eius tractatus responso colligitur.

Itaque plenum periculi esse duco,certis se verbis astringere,illisque velle periclitari.Sed quoniam(vt in vij.orat.inst.Quintilia.dicebat,)seruitus hæc verborum est,nos eam minime sectabimur,existimantes non ab oratore modo,sed à iurisconsulto procul esse debere , ociosisque dumtaxat Sophistarum scholis conuenire.

Ego igitur in seruitutis finitione,satis esse puitabo,ré ipsam breuiter quid sit explicare:lucidè quid substantiam rei demonstrare,propriásque eius amplecti potestates.Ea enim definitio appellatur, in iij.librorum ad Herennium (quos alij Ciceroni,alij Cornificio ascribunt.)quæ rei aliquius proprias amplectitur potestates,breuiter & absolute.qualibus definitionibus refertus est titulus.ff.de verbor.signific.

Diffinitio
omnis pe-
riculosa.

Seruitutem quæ à rei debetur, non absurdè exemplo seruitutis à persona personæ debet, finiemus. Eam autem Florentinus in l.libertas. §. j. ff. de statu homi. constitutionem iuris gentium esse dicit, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Sic & nos in præ-

II diali seruitute dicemus. *Seruitus* est constitutio in seruitutis risgentium, qua prædium, contra naturam, vicino præ noua fini dio, ad eius utilitatem, vel domini commoditatem, cum tio. iuris sui diminutione seruit.

Dico imprimis *Constitutio iurisgentium*. quia eo iure inuentæ sunt seruitutes. §. fina. de usu & habitatione in institut. cùm & illo rerum dominia fuerint distincta. l. ex hoc iure. ff. de iusti & iure. quæ subiecta sunt seruitutem. l. j. ff. communia prædiorum. Dico (prædium,) quoniam si ne prædiis, seruitus constitui non potest. d. l. j.

Et à prædio, hæc seruitus debetur. §. ideo. de *Natura o-* seruit. in instit. Dico (*contra naturam,*) Quia na-
mnia libe tura, ut omnes homines liberi nascebantur. l.
ra produ- manumissiones. ff. de iusti. & iur. §. j. de libert. in
xit. institut. ita prædia omnia libera erant. l. si tibi. C. de seruitutib. Præterea ut excludam fortissi-
mum illud contrarium quo communem pro-
straui, ex l. j. §. fi. ff. de aqua pluuiia arcend. potest
quippe fieri, ut vicino prædio ad eius etiā uti-
litatem, prædium seruiat, & tamen non sit ser-
uitus, sed agri natura: quæ nisi lex alia dicta sit,
ea est, ut semper inferior seruiat superiori. d. §.
fina. Dico (*vicino prædio,*) quia fundum vicinum
esse oportet, ut seruitus sit. l. si ædes ij. & l. seq.
ff. de seruit. vrb. l. ergo. §. fina. ff. de seruit. rustic.

I. Mella. §. quidam libertis. ff. de aliment. & ciba.
leg. Adeo vt in rusticis prædiis, medium præ-
dium quod non seruit, impedit seruitutem. l.
qui sella. §. fina. ff. de seruit. rust. præd. Dico (*ad
eius utilitatem,*) quod plerūq; seruitutes, fundi do-
minatis vtilitatem respiciat. d.l. si ædes, & d.l. er-
go. §. fi. Dico (*vel domini,*) quoniam tametsi fre-
quentius, seruitutes prædiorū ad dominatis præ-
dij vtilitatē referātur: d.l. ergo. §. fi. tamē quædā
funt, quarū cōmoditas, personæ, domino nēpē
fundī dominantis, quæritur. d. §. quidā libertis.
vt in seruitute Pecoris pascendi explicat Acc. in
l.j. §. in rusticis. ff. de seruit. rustic. Dico (*commo-
ditatem,*) non vtilitatem, vt voluptatem, & amœ-
nitatem includam: quia vt aduersus omnes ostē-
dimus, verissimum est, eam seruitutem cōstitui
posse, quæ nullam adferat vel prædio, vel domi-
no vtilitatem. l.ei fundo. hoc tñt. si tamen domi-
ni aliquo modo interesse possit, propter amœni-
tatem puta, naturalem aliquam iucunditatem,
ac voluptatem. l.hoc iure. ff. de aq. quot. & æsti.
l.competit. ff. quod vi aut clam. Dico (*cum iuris
sui diminutione,*) quia (vt Vlpia.scribit) qui serui-
tutem imponit, ius prædij & suum diminuit, al-
terius auget. l.de pupillo. §. sextus. ff. de nou. ope-
nuntiat.

Nec obiiciat quispiā huic finitioni, *Aquædu-
ctus & Haustus* seruitutes, quæ interdum vicino
fundo non debentur. d. §. quidam. & l.j. §. præ-
terea labeo. ff. de aqu. quoti. & æsti. nāvtrōbique
de seruitute personæ, non prædij agitur. Quod
in §. quidam. aperte tradit Iuriicons. in §. præ-

terea labeo, ita accipiendum docet. eadem l. VI
pia. in §. penul. Ius aquæ ducendæ inquit, inter-
dum prædiis, interdum personis datur. Quod
prædiis datur, extincta persona nō extinguitur.
Quod datur personis, cum personis amittitur.

12. Et ita nouè defendi potest, + seruitutem *Hau-*
Haustrus fatus aquæ, & Aqueductus esse personarum, non re-
quaæ & rum, aduersus omnes. Nec obſt. l. j. in prin. & l. si
aqductus mihi. §. fin. ff. de seruit. rusti. fateor enim eas præ-
seruitutes, diorum esse, vbi prædiis debentur, at vbi non
quandoq; prædiis, sed personæ, personarum sunt. d. §. præ-
personarū. terea. & d. §. quidam.

13. Est & alia seruitus, + quæ à persona personæ
Seruitus debetur. ob id ab interpretibus merè personalis
merè per- appellata. quæ in seruis consistit. de qua non hic
sonalis. agemus, sed plenè scriptum est, in titu. ff. de stat.
hom. quo loco Florent. in l. ij. seruitutem huius-
modi finit, vt sit *constitutio iuris gentium*, *qua quis*
dominio alieno, contra naturam subicitur. cùm enim
naturali iure, omnes homines liberi nasceren-
tur. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. & æqua-
les essent, l. quod attinet. ff. de reg. iur. seruos na-
tura nesciebat, sed ex bellis (*quæ iuris gentium*
sunt, l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.) iugum illud
seruitutis adinuentum est. §. j. de liber. c. ius gen-
tium. j. distin.

14. Planè negant omnes, hanc propriè seruitu-
Seruitus tem esse, propterea quod seruus proprius sit do-
nere perso mini, ad dominumque omni iure pertineat: res
iuri, an autem propria nemini seruiat. l. vti frui. in prin.
seruitus di ff. si vſus fru. pe. l. in re communi. ff. de seruit. vrb.
posſit. præd. Addebat Antiqui, hanc seruitutem dici
non

non posse à persona personæ debitam, quando
 iuris interpretatione serui † pro nullis homini-
 bus censeantur. d. l. quod attinet. nec secus ha-
 bentur, quām si iam mortui essent. l. intercidit. ff. de condi. & demon. l. seruitutem. ff. de reg. iur.
serui pro mortuis habentur.

Fatetur tamen Ias. in §. æquè. seruitutem † hu-
 iusmodi causalem dici posse: exemplo vſusfru-
 ctus, qui tunc formalis dicitur, cùm forma eius elius du-
 à proprietate separatur, in rebus alienis consi-
 plex. stens. l. j. ff. de vſufr. Causalis verò, cum proprie-
 tati adiungitur, domino competens. l. si cum
 testamēto. §. si fundum. ff. de excep. rei iud. ideo
 sic dictus, quòd annexam habeat sibi cauſam,
 hoc est dominium. Accurs. in §. j. de vſufru. in
 instit. sed hic propriè vſusfructus non est. l. cum
 in fundo. in princip. ff. de iur. dot. & d. l. vti frui.

Communē sententiam iuuerit ratio, produ- Extrema
 ëta à Bart. in l. j. hoc tit. vt sit seruitus duo extre- in seruitu
 ma sunt necessaria, vnum quòd dominetur, al- tibus ne-
 terum quòd seruiat. l. j. ff. com. præd. §. ideo de cessaria.
 seruit. in insti. Atqui reperitur seruus, quando-
 que sine domino. l. quod seruus. ff. de stipul.
 seruorum.

Adde tu de seruitutibus, tā confessoriam, quām
 negatoriam, actiones in rem competere. l. i. ff.
 si serui. vendi. quæ cum pro rebus corporalibus
 minime dentur. §. æquè. ad fi. de actio. ad seruo-
 rum petitionem non tribuuntur. in seruis igi-
 tur non potest seruitus considerari.

Denique personalis seruitus ad hæredem
 non transit, sed extincta persona extinguitur. l.
 nō solūm. i. §. tale. ff. de liber. leg. l. sicut. §. fin. ff.

quib. mod. vſusfruct. amit. mortuo autem domino, transfunditur in hæredem seruorum dominum. l. in ratione, in princip. ff. ad l. fal. & notius est, quām vt egeat probatione. ergo in seruis nec quidem personalis est seruitus.

Hæc cūm vereretur Ioann. Fab. in d. §. æquē. ad alterum exemplum seruitutis merē personalis, hoc est à persona personæ debitæ configit. potest inquit, ille dari seruitus personalis merē, quæ germana erit, propria seruitus, & formalis, formam habens ab alterius dominio & proprietate omnino separatam. veluti si Pamphili serui operæ Titio legatæ sint, Titius enim legatarius, nec dominus est, nec fructuarius. l. i. ff. de vſu & vſufruct. leg.

17 Ego vero puto, t̄ non esse ad hoc exemplum configiendum. & quod verius est ad uer-
propriè in fus omnium sententiam, in seruis rectè & pro-
seruis. priè dici seruitutem. cūm Florentinus Vlpia. &
alij iuris nostri promulgatores, hanc seruorum
subiectionem, seruitutem dixerint. l. manumis-
siones. ff. de iust. & iur. eam tandem finientes,
vt sit constitutio iurisgentium, quā quis domi-
nio alieno, contra naturam subiicitur. l. liber-
tas. §. j. ff. de stat. homi.

18 Ex quo subtili t̄ quadam interpretatione
amplius dicere possumus, hanc magis propriam
seruitutem, quām sit realis. siue ea sit urbana, si-
ue rustica. Porro non à diffinitione t̄ modo, &
etymologia, sed ab authoritate dignosci, ppriā
vocabuli significationē, Bart. in l. omnes populi.
col. x. j. ff. de iust. & iur. scribit, nec dubium est,
id

Nova op-
nio.

Proprietas
vocabuli
vnde pete-
da.

id Vlpiano, Papiniano, Paulo, cæterisque Iurisconsultis tributum, ut quo dicendi modo vñi sunt, & nos vti possimus, proprieque dicere videamus.

Tollemus autem paruo negotio, inductas rationes pro communi, siquidē eæ in seruitutibus tantum procedant, quæ à re personæ, aut alteri rei debentur, quarum natura vt plurimum se iuncta est omnino, & separata à seruitutibus, à persona personæ debit is.

Quocirca verum est dicere, seruitutem quæ *vñusfructus* in seruis relucet, non esse propriæ seruitutem rusticam aut vrganam: cùm hæc à seruiendo, illa à seruando dicta sit. d.l.libertas. §. fi. E diuerso quoque rectè dicemus, seruitutes *vñus*, *vñusfructus*, vrganorum, aut rusticorum prædiorum, nō esse propriæ seruitutes: facta seruitutum relatione ad eas quæ in seruis consistunt.

Hinc singulariter declarantur, t omnia iura ²⁰ quæ dicunt, rem suam nemini seruire. l.vti frui. ff. si *vñusfructus*. peta. l. in re *comuni*. ff. de seruit. *Res propriæ* vrb. ea enim obtainent in seruitutibus à rebus *quandoq; seruit.* debit is, quæ iura sunt competentia in rebus alienis. l. j. ff. de *vñusfructus*. non item in seruitutibus seruorum, quæ iura in propriis rebus habemus.

Ad rationem Barto. ex l. j. ff. commu. præd. Idem Doctor in l. j. hoc tit. tentat respondere, quod cum homo t sit omnium dignissima creaturarum. l. iustissimè. ff. de ædil. edic. Resque omnes vt ei seruirent, natura comparauerit. l. in pecudum. §. fin. ff. de *vñusfructus*. §. in pecudum. de rer. diuis, in insti, Deus hominem ipsum, non vt ser-

uiret creauit: sed vt dominaretur. At opera sua
vel maiorum si factum sit, vt homo hominum
numerum exeat, recte seruus dicetur. qui si ha-
²²
bitus + est pro derelicto, vt & alia quævis res
seruus pro
derelicto
habitus,
inproprietate
seruus.
fiet occupantis. d. l. quod seruus. &c. l. j. ff. pro de-
relict.

²³
Quæ dissolutio non + tollit difficultatem, i-
deo alias dicebam, eo tempore quo seruus à do-
mino pro derelicto habitus est, cùm domini esse
desierit. l. i. j. ff. pro derelict. & necdum ab alio sit
occupatus, non propriè seruus dicitur: cum do-
minum neminem habeat, nec ei seruitus finitio
conueniat, sed nec sui iuris est, cum ab alio ap-
prehendi possit. pendet itaque status eius. §. si ab
hostibus, quib. mod. ius pat. potest. fol. Et quod
in d. l. quod seruus. ff. de stip. seruo. à laboleno ser-
uus appellatur, factum est habita ratione eius
quod fuit, nō quod nunc est, quo facilius res in-
telligeretur. l. insula. §. ff. ff. de acq. rer. do.

Ex his patet, nobiscum non pugnare additam
pro communi rationem. de actionibus confes-
soria & negatoria, quas admitto, dari pro serui-
tutibus à re rei debit is. neque dominos potestatis
quam habent in seruos ratione, his actionibus
vti posse. At non ideo sequitur, in seruis nullam
esse seruitutem. est enim seruitus, aliis tamē con-
clusa regulis, vt & testamentum solenne, testa-
mentum est: at aliis solennibus, & traditionibus
moderatum, quam nuncupatiuum. l. hac consul-
tissima. C. de testa. vt non mirum sit huius serui-
tutis quam in seruis habemus vtilitatem, ad hæ-
redem transire: licet personalis à re debita com-

moditas , non transferatur , non enim vna via terminantur. alioqui nec urbana , nec rustica , propriè seruitus diceretur , cùm ea (vt neminem clam est) ad hæredem trāsmittatur. l. testatrix. ff. si ser. vend.

- 24 Circa vero exemplum à Fabro oblatum , † de operis serui legatis , nō mihi videtur , efferat sese quantum volet Ias. in d. §. & que , operas huiusmodi legatas , in hoc priore seruitutis genere collocari posse. tum quod nulla sit hoc casu persona seruiens , & in hac seruitute quam merè personalem vocamus , duas saltem personas subesse oporteat , quarum altera dominetur altera seruiat. l. libertas. §. j. ff. de stat hom. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. tum quod ex operarum legato , nulla seruitus inferri possit , alioqui in homine libero , (cuius opera legari possunt. l. hominis quoque. ff. de v. su. & v. su. fruct. lega.) ita cōstitueretur seruitus , quod dicere planè ridiculum esset. l. T. Titio centū. §. T. Titio centū. ff. de condi. & demonstrat.

Ex hoc itaque legato dici non potest , quæsi tam esse seruitutem , sed obligationem quandam personalem duntaxat , in qua ideo obseruandum est , non contra quemcunque possidentem , sed aduersus personaliter obligatum , agi posse. l. fina. ff. de const. pec. l. fina. §. fina. ff. de contrahend. empt. Barto. in l. vt pomum. in fi. ff. de seruit.

Dicebat tamen Aret. in d. §. & quæ contra prohibentem vti tali ministerio seruorum legato , iniuriarum actionem dari. l. qui pédentem. ff. de actio. empt. l. iniuriarum. §. si quis me. & l. si quis proprium. ff. de iniur.

Ias. carpi tur.

25 Tertiò quædam est seruitus, † à re personæ
vſus & debita. vñl. j. hoc tit. l. j. §. si vſusfructus. ff. ad l.
vſusfru- fal. habitatio quæ licet à nemine finiatur, *ius est*
Etus. liberè in aliena domo habitandi, ab *vſu* & *vſufructu* se-
 paratum. l. cū antiquitas. C. de *vſufruct.* §. penul.
 de *vſu* & habit. in inst. Et ministerium seruo-
 rum. Accurs. in l. si quis binas. ff. de *vſufruct.* ob
 hanc autem mixturam rei & personæ appellaue-
 runt Doctores istam seruitutem mixtam: Iusti-
 nianistæ præsertim, in §. æquè. de actio. Adfe-
 runt harum seruitutum alia exempla, & quæ in
vſu sunt quotidiano. Bal. in l. fina. col. iiiij. C. de
 condic. indeb. & Fab. in d. §. æquè. Si mihi (in-
 quiunt)concesseris, vt frumentum in moletrina
 tua pro me, & vniuersa mea familia, sine merce-
 de molere possim, aut panem in furno tuo co-
 quere, vel ex nemore tuo ligna ad *vſum* meum
 necessaria accipere, aut aquam ex puteo quem
 domi habes haurire, hæ concessions & his si-
 miles seruitutes, sunt à re personæ debitæ.

26 Verum circa operas, † & ministeria seruo-
operæ &
ministeria
seruorum
inservi-
us vel
personalis
ligatio. rum, illud prætereundum non est, ingentem
 fuisse inter antiquos controuersiam, an operæ,
 & ministeria seruorum, essent personarum vel
 rerum seruitutes? Qui personales eas contendebant, (quorum signifer Azo fuit) hac potissimum
 ratione rebantur, quod mortuo seruo
 in quo operam habeo, seruitus finitur. ideo per-
 sonalis cuius ea est natura, vt extincta persona
 extinguitur. l. sicut. §. final. ff. quib. mod. *vſuſ-*
vſuſfructus amittatur. l. non solum. §. tale. ff. de li-
 ber. legat.

Contra qui dicunt esse realem, hanc rationem in aduersarios detorquent, operarum seruitus inquiunt, mortuo eo cui debetur non finitur, sed transfertur in hæredem. l. iij. in fin. ff. de vſu, & vſufruct. leg. ergo realis est. l. forma. §. quamquam. ff. de censib. cum extincta persona, adhuc durer. l. vnus ex sociis. ff. de seruit. rustic. cuius sententiæ assertor esse videtur Accur. in l. si quis binas. ff. de vſufruct.

Ego verò non discedo ab his quæ heri dicebam, firmiter existimans, operas non esse seruitutem, nec realem, nec personalem. l. Mella. §. fin. ff. de alimen. & cib. leg. Non imprimis realis est, quia cohæret personæ, mortuo quippè seruo qui operam debet extinguitur. non item personalis, cum ad hæredem creditoris transeat. l. fin. §. Lucius. ff. de contrahen. empt. Ergo seruitus non est, quia seruitutes aut personarum sunt, aut rerum. l. j. hoc titul.

Quod enim pertinet ad seruitutem illam, in homine cōsideratam, quam Doctores merè personalem appellant: nos iam probauimus, operas huiusmodi & ministeria seruorum, sub ea seruitutis specie minime contineri. opera nanque liberi hominis legari potest. l. iiij. ff. de vſu & vſufruct. leg. & tamen in hominem libero seruitus haberi nequit. l. Titio centum. §. Titio centum. iij. ff. de cond. & demonst.

27 Sunt igitur operæ eiusmodi, non seruitutes, sed obligationes quædūm personales. l. Caius. ff. de ann. leg. proinde legatis operis, ineptus esset qui confessoria pro seruitutibus competente. l.

ij. ff. si serui vend. experiretur. agendum quippe est, vt Petr. Bellapert. egregie docet, actione personali ex testamento, aut si promissæ fuissent stipulatione, solenni actione ex stipulatu. l. in stipulationibus. §. operarum. ff. de verb. oblig. nisi creditor à tertio impediretur, contra quæ tunc lex permittit iniuriarum actione experiri. l. qui pendentem. ff. de action. empt. l. iniuriarum. §. si quis me. ff. de iniur.

Quid autem in præclaris illis exemplis, à Bal.
& Fab. propositis, quorum iamiam meminimus?

26 & aliis id genus? puta in iuribus + secandi ligna,
Facultas ex sylua vicina, piscandi in flumine alterius, &
secandi li pascendi pecora in pratis tuis? Existimant com-
gna an sit muniter Doctores iura quædam esse personalia
ius vel ser duntaxat, quod & Accurs. præsensit, in l. peco-
nitus. rris. ff. de seruit. rustic. in l. apud Iulia. §. si quis ali-
cui. ff. de legat. j. & in l. Mella. §. fin. de aliment. &
cibar. lega.

Exemplo eius cōventionis, qua actum est, vt
mihi liceret decerpere pomum, vel spatiarī, aut
cœnare in tuo fundo. nam non ideo seruitus im-
posita videtur. l. vt pomum. hoc tit. sed persona-
lis tantummodo enascitur obligatio ex pacto,
qua virgeri poteris ad præstandam patientiam,
& sic ad implendum, quod in conuentione de-
ductum est, vt illic omnes concludunt, per l. Ca-
ius. ff. de annu. leg.

29 Cæterum hac in re verior + videtur Bald. &
Fabri sententia, vt iura huiusmodi seruitutes
sint l. Lucius. ff. de seruit. rustic. l. Mella. §. fin. ff. de
aliment. & cibar. lega. Ideo pro his confessoriæ,
&

& negatoriæ actiones competant. l. ij. ff. si ser. vend. dantur enim hæc iura in quencunq; posses forem, & à quocunque vendicantur. l. ergo. in princ. ff. de seruit. rust. contra naturam persona- lium obligationum. l. fin. §. fina. ff. de contrahen. emptio. l. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Tre- bellianum.

30 Et pro his concessionibus, † possessoriū com petit. l. j. §. præterea illud iuncto. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æsti. quod pro iuribus persona- libus minimè datur!. fin. ff. quor. bonor.

31 Nec obſt. † l. Caius. ff. de ann. leg. in qua non *Intelle-*
agitur de huiusmodi concessionibus, sed de an- *ctus l. Ca-*
nus legatis, ab hærede præstandis absq; patien- *ins.*
tia aliqua, hoc est non quòd obligetur ad ullam
patientiam, meritò seruitus dici non potest. in
qua dominus prædij seruientis, ad patientiam
tenetur. l. quoties. ff. de seruit. Quod & illic Al-
ber. plenè & per transennam Lancelot. dec. de-
clarant. vel solue vt dixi in l. vt pomum. hoc tit.
vbi tanquam in loco magis idoneo plenius hūc
articulum exaraui.

Circa verò tenebrosum. §. quidam libertis. l.
Mella. ff. de alimen. & cibar. leg. paulo diligētius
est aduertendum. Nam in primis illic Modestin.
obiectioni à se excitatæ non respondet quod ser-
uitus prædij non vicino inutiliter relinquatur.
præterea haustus aquæ seruitutem personæ dicit
contra. l. si mihi. §. fin. ff. de seru. rust.

32 Ego locum illum † deprauatum semper exi- *Emēdati-*
stimaui, quoniam vt vulgo legitur, in versi. nam l. Mella.
& si, & c. concludit omnino Modestin. contra
ea,

ea, quæ ante docuit. quo circa ita legendum tex-
tum opinor. Nam & si haustrus aquæ, ut pecoris ad
aquam appulsus, est seruitus personæ: tamen ei qui vici-
nus non est, utiliter relinquitur. quasi dicat Iuriscon-
fultus, seruitutem prædij constitui non posse,
nisi vicino. At hæc seruitus haustrus non prædij
est, sed personæ, vbi ei qui fundum vicinum non
habet, relictæ est, cui ea ratione non inutiliter
relinquitur.

Expositus

§. fil. si mihi.

Nec obſt. d. §. fin. l. si mihi. quoniā obtinet, vbi
constituta est habenti fundum vicinum, vt Ac-
curs. & alij rectè interpretati sunt, in d. §. quidā.
Restituenda est item litera illa in fine, dum vul-
go legitur, hæc enim aqua personæ relinquitur. nam
non cohæret prædictis: quo circa sic legendum.
Hæc enim æquè personæ relinquitur. & hoc Longo-
ual. Parisiensis, in l. imperium. ff. de iurisdict. me-
cum sentire videtur.

Seruitus a persona rei,

33 Denique quædam est seruitus, + à persona
rei debita, qualis in eo est, qui agnouit legatum
ea lege relictum, ut à monumento nō recederet,
aut in certa ciuitate moraretur, vel etiam ut te-
stantis monumento alternis mensibus lucernam
accenderet. l. Titio centum. §. Titio. ij. ff. de con-
ditio. & demonstrat. l. Mœnia. ff. de man. testa. Sic
enim infringitur ius libertatis, equidem non
multum à specie seruientium differunt, quibus
non datur facultas recedendi. l. ij. ff. de lib. hom.
exhib.

Carcere p-

Eodem seruitutis genere + obstrictum eum di-
cere possumus, qui ad perpetuos carceres dam-
natus est: pœna Pontificiis constitutionibus re-
cepta.

cepta.c. quamuis. de pœn. in vj. non etiam ciuili-
bus.l.madatis.ff.de pœn.l. incredibile.C. illo tit.
quæ non ad puniendos, sed ad continendos ho-
mines, carceres haberi voluerunt.l. aut damnū.
§.solent.ff.de pœn.

Ad hanc seruitutem illud non prætereundū,
hominem ingenuum, cui simile onus in vim vel
conditionis, vel modi à testante iniunctum est,
legatum capere posse, nec teneri præstare cautio-
nen, de implenda conditione vel modo.d.§. Ti-
tio.hoc enim induceret speciem quandam serui-
tutis.l.ij.ff.de liber.hom. exhib. Quod si condi-
tio inducens viduitatem, à lege reicitur. l.sed si
hoc. §.fin.l.hoc modo. & l.mulieri & Titio. ff.
de cond. & demonstrat. quantomagis inducens
seruitutem.

Soli liberti, qui alioqui ad seruēdi necessita-
tem redigi non possunt. l. qui manumittuntur.
C.de oper.liber. si legatum agnouerint, iudicis
officio compellentur iussis patroni testantis pa-
rere.l.Mæuia.ff.de man.testa. Et si legatum non
dum habuerint, non parentes eo priuantur. l.li-
bertis. §.fin. ff.de aliment. & cib.legat. Et ita non
fuit cognita iure. ff.hæc seritus, præterquam in
libertis. iure tamen Cod. in ascriptitiis, simili-
busque personis, cognita fuit.l.colonos. l.cum
satis.de agri. & censit.lib.xj.Cod.Possent & alia
plura hic congeri, quæ consulto prætero, fi-
nemque huic rubricæ facio, ne videar non posse
manum de tabula deponere. Ioannes Corasius
Tolotias Valentia Allobrogum, die xvij. No-
uembbris. 1545.

LEX PRIMA.

*Anteludia, quibus vſusfructus, & vſus
vrbanaq; & rusticā prædia, accurate
& præter cæteros explicantur.*

- | | |
|--------------------------------------|--------------------------------------|
| 1 <i>Vſusfructus quid.</i> | 15 <i>Meritorij pueri.</i> |
| 2 <i>Vſusfructus duplex.</i> | 16 <i>Meritoria Vehicula.</i> |
| 3 <i>Noua opinio.</i> | 17 <i>Expositus nouè §. sta-</i> |
| 4 <i>Vſusfructus quomodo con-</i> | <i>bula.</i> |
| <i>ſtituatur.</i> | 18 <i>Seruitutes vrbanae &</i> |
| 5 <i>Vxor si relinquatur vſuſru-</i> | <i>rusticæ quæ.</i> |
| <i>Eluaria.</i> | 19 <i>Declarata b.j. ff. de ser-</i> |
| 6 <i>Vſus quid.</i> | <i>vrbis.</i> |
| 7 <i>Fruitus vſum continet.</i> | 20 <i>Area quid.</i> |
| 8 <i>Vrbatum prædium.</i> | 21 <i>Area vrbatum præ-</i> |
| 9 <i>stabula, an sint vrbana</i> | <i>dium.</i> |
| <i>prædia.</i> | 22 <i>Improbata omnium sen-</i> |
| 10 <i>Noua declaratio.</i> | <i>tentia.</i> |
| 11 <i>Explicata nouè l. vrbana</i> | 23 <i>Intellectus §. si domo.</i> |
| <i>prædia.</i> | 24 <i>Noua opinio.</i> |
| 12 <i>stabulum quid.</i> | 25 <i>Seruitus à quo prædi-</i> |
| 13 <i>Meritoria loca.</i> | <i>nomen accipiat.</i> |
| 14 <i>Tabernæ meritoriae.</i> | |



*N huius l. interpretatione, docto-
res pauca scribunt. Nos plura uti-
lia scitu, & per quam necessaria di-
sturi, ea præfabimur, quæ ad dif-
ficiilia aditū præstare possunt.*

*I Quoniam igitur † meminit hic Martia. vſus &
vſus, & vſusfructus, præcognoscendum est vſumfructū
vſusfruc- definitore Paulo Iurisconsulto, ius esse alienis rebus
tus quid. Utendi fruendi, salua rerū ſubſtantia. b.j. ff. de vſuſru.*

§.j. illo titu. in instit. Quæ finitio integra est, & optima, constans genere & differentiis, vt illic familiariter Barto, & cæteri docent.

2 Tradunt autem passim scriptores, + vsumfructum dupl. formalem, qui à proprietate separatus est, & causalem qui cum sua causa, hoc est dominio iungitur Accur. in d. §.j. hunc in rebus propriis habemus. l. si cum testamento. §. penul. ff. de except. rei iud. illum in alienis. l. j. ff. de vsufr. Quæ doctrina ab omni æuo per manus tradita, ad hæc nostra vsq; tempora peruenit, sine aliqua controversia.

3 Ego verò + eam probare nullatenus possum, No. opin: verissimum existimans, non alium esse vsumfru. quām qui à Iurisconsul. finitus est, eum formalem commentatores dicunt. Ex primis autē verbis finitionis, communis sententiæ falsitatem reuincere est per facile. dicit etenim Iul. Paul. vsumfructum esse (*Ius alienis rebus vtendi*) manifestum inde faciens, vsum & fruitionem rei propriae, vsumfructum non esse, quod & alibi præmonstrant Iurisconsulti. l. vti frui. ff. si vsumfruct. petat. l. cum in fundo. in prin. ff. de iur. dot.

Non habet igitur quis in re propria vsumfructum, sed commoditatem duntaxat, & ius re sua vtendi, fruendive. l. necessario. §. fin. ff. de pericu. & commod. rei vend. quam nullibi reperiemus vsumfructum dici, nisi facta relatione ad inceptam partis petitionem. l. si cum testamento. §. si fundum. ff. de exceptio. rei iudic. aut stipulationis conceptionem. l. si ita stipulatus. §. Titius. ff. de verbis. obligation, sed vtr obique impro priè

priè vſusfructus dicitur, cum propriè ius sit alienis rebus vtendi. d.l.j. nec aliis diffinitus traditūsve à Iureconsultis reperiatur. vnde qui proprietatem comitatur, melius commoditas diceretur. nec tamen ob id accusandi sunt Iulianus, & Iul. Paul. eam vſumfructum appellantes, cum ad partium verba se retulerint, quibus uti voluerunt, vt craſſius ſe explicarent. Qua de re plenius dixi lib. v. M. ſcē. c. iiij.

- 4 Cæterum tam t̄ inter viuos pactionibus, & stipulationibus, quām in testamento, vſusfructus constitui potest. l. iiij. ſ. j. ff. de vſufruct. ſ. ij. illo titul. in instit. vt accuratius tracto in l. via. hoc tit. Qua in re illud à vobis tantummodo notari cupio, t̄ quod Accurs. singulariter scriptū reliquit, in auth. hoc locum. C. si secund. nup. mul. existentibus liberis ſola alimenta vxori relicta videri, quam testator in testamento fecit dominam & vſufructuariam bonorum suorū. Quæ ſententia non in ſcholis modō, ſed & in palatiis recepta eft Bart. & alij in l. Titia cum testamento. ſ. fin. ff. de leg. ij.

Vxor reliqua Hoc fateor præcipuum habituram vxorem, quoniam ſuo iure, ſuāque manu & autoritate, *et uaria*, quæ ad ſe alendum neceſſaria ſunt capiet. Ioan. *quid* Andr. in addit. ad Specu. tit. qui fil. ſint legit. ſ. j. *quomodo* Ang. in l. j. ff. rerum amot. vbi alius legatarius ē manu hæredis capere debet. l. non dubium. C. de legat. Præterea ſi præmoriantur filij, recidet ad eam totus vſusfructus, etiam ad ſubſtitutorum exclusionem. Bart. in l. ſicut in annos. ff. quibus mod. vſusfruct. amit.

- 6 Planè conuenit † valde finitio vſusfructus, *vſus ī quo*
vſui, ſi ex ea dictio (fruendi) dematur. Hoc enim ab vſufru-
interest inter vſum & vſumfructum, quod illo etiā diſfe-
tantūm vtamur, hoc vtamur & fruamur. Minus rat.
- 7 † lucri dicebat Imperator in §. j.de vſu & habi.
est in vſu, quām in vſufructu. nam iſ qui fundi
vſum habet, nihil vltius habere intelligitur,
quām vt inde natis fructibus, ad vſum quotidia
num pro ſua indigentia & neceſſitate vtatur. l.
plenum. ad princip. ff. de vſu & habitu. Sed nec
alij quoquomodo ius quod habet cōcedere po-
test. niſi alioqui redderetur inutilis vſus, quia
puta legatus eſſet vſus ſyluæ remotæ. l. diuus.
ff. de vſufructu. Cūm tamen vſufructuarius
vendere, locare, aut gratis alteri cedere, & li-
berè per ſe, aut per alium frui, etiam citra ne-
ceſſitatēm poſſit. §. j. de vſu & habitu. in institut.
Ad hæc dici ſolet, vſum in omni fructu ineſſe:
in vſu verò non ineſſe fructum. l. per feruum. §.
j. ff. de vſu & habitat.
- 8 Præmittendū deinde, quid sit vrbana, † & *vrbana*
quid rusticum prædium: vt vrbanas & rusticas *& rusti-*
ſeruitutes. quarum hic Iurisconsul. meminit, & *ca prædia.*
de quibus nos ampliter dicturi ſumus, intelliga-
mus. Et vrbana prædia Vlpia. in l. j. ff. con. præd.
& in l. vrbana. ff. de verb. ſignific. appellat omnia
ædificia, habitadi cauſa facta, ſiue in vrbe & op-
*pido, ſiue extra vrbem, in vicis puta aut in vil-*lis. quia inquit vrbana prædium non locus**
- ſuſt, ſed materia. Inde inferens quod si qui or-*ti ſunt in ædificijs constituti, prædiorum vrbani-*
rum appellatione continentur, quandoqui-

dem propter amœnitatem prædij vrbani cui sunt contigui, habeantur.

Qua ratione dicendum, vt si non voluptatis & amœnitatis gratia, sed vtilitatis haberentur: vt fructus & redditus ortorum, ad cōmodū collentis vendi possent, quia essēt vinearij, aut olitorij, hoc est vineæ ibidem essēt inclusæ, aut plura inde olera seu herbæ satiuæ, quæ sunt in vsu cibario colligerentur. quoniam tunc propter rusticos redditus principaliter orti consti-tuti sunt, non vrbana sed rustica prædia dicen-tur, vt & illic Iurisconsul. in specie docet. Nam ea rustica prædia sunt quæ gratia colligendorū fructuum habentur.

Addit Vlpia. stabula ⁹ t̄ esse vrbana prædia, qua in re ex professo aduersari Neratius videtur, cùm stabula prædiorum vrbaniorum nō esse sine dubio assenerauit. !.eo iure. §. stabula. ff. in quib. caus. pig. ta. cont. Accur. se se contorquet, nec si bi constat. Saly. verò cōsiderat illic vrbana à ru-sticis non loco, sed qualitate secerni. d.l. vrbana. Ideo putat stabula equorum, ad usum patrisfa-milias deputatorum, vrbana censeri. Reliquorū verò animalium, ad rurales usus, vel pro macel-lo destinatorum, rustica.

At verò And. Alcia. in d.l. vrbana. aliter se ex-plicat, docens stabula vt diuersoria significant, vrbana prædia rectè dici. d.l. vrbana. vt autē lo-ca illa notant, quibus armenta & greges stabu-lantur, rustica censeri. d. §. stabula.

Noua de-claratio. Ego totam hanc materiam ¹⁰ t̄ in scriptorum omnium sententiam declaraturus, considero: vi-vb

urbana prædia dicantur non satis esse ædificia
habitationis hominū gratia facta, nisi & ea iun-
cta quoq; sint continentibus ædificiis. quod di-
lucidè demonstrat.d. §. stabula. & satis aperit.d.l.
urbana. ibi (in villis & in vicis.)

ii Quòd si instes t̄ vrbana prædium, non lo- *Explicata*
cum facere sed materiam.d.l.vrbana. Fateor, ve- *nouè.l.vr-*
rùm hæc verba hunc sensum habent, vt vrbana *bana pre-*
prædia non locus scilicet vrbis, sed materia con- *dia.*
tinentium ædificiorum faciat, quasi dicat, ædi-
ficia licet nō in vrbe, sed extra vrbem longè sint,
vrbana prædia nihilominus dici, si pro vsu ho-
minis sint, & ab aliis ædificiis nō omnino sepa-
rata. Vrbanum nanq; prædium materia, & qua-
litas cōtinentium ædificiorum facit, non locus
vrbis.l.si prædium.C.de præd.mino.

Similem faciunt Iurisconsulti interpretatio-
nem, cum seruos vrbanos, vrbanam suppellecti-
lem, penum vrbanam, & vrbanam familiam, nō
loco sed genere, aut opere distingui volūt.l.ser-
uis vrbaniſ. ff. de leg. iij.l.nā quod liquidè. §. pe-
nult. ff. de pen. leg. l. quemadmodum. ff. de supell.
lega. l. vrbana familia. ff. de verb. signific.

12 Circa autem stabula, t̄ an inter vrbana, & ru-
stica prædia annumeranda sint? considerandum
est, stabulum propriè non significare quod vul-
gus putat, præsepe seu locum, in quo equi, muli,
boues, asini, armenta, gregesque consistunt, sed
hominum diuersorium, & hospitium, in quod
longo itinere fatigati, diuertere solent: licet &
hinc factum, vt & loca illa in quibus iumenta,
pecudes, equi, boues, continentur & pascuntur.

(quod in ea quoque animalia huiusmodi diurno fracta labore, commorari, diuertere, & quasi stationem habere soleant), stabula dicta sint.

At in hac significatione, stabula vix accipi apud Iuriscons. reperies. qui genuinam sequuti, hospitia & diuersoria (quæ nunc vulgus tabernas nuncupat) stabula dicunt. quique stabula exercent, hoc est viatores mercede & pretio recipiunt, ab eisdē sunt stabularij appellati. l. j. §. caupones. ff. nau. caupo. l. vnic. §. fina. ff. furt. aduersnaut.

*stabula-
ry.*

*Noue in-
tellecta. l.
vrbana.*

Ergo si querimus an ea stabula, hoc est diuersoria, & hospitia, urbana an rustica prædia dici debeant? Respondet Vlpia. quod si in villis sint, aut in vicis, quia in continentibus ædificiis sunt, urbana prædia erunt. urbanum enim præmium non locus facit, sed materia, hoc est non desideramus locum urbis, ut urbanum præmium dicatur. materia enim ipsa ædificiorum, extra etiam urbem positorum, puta in villis & in vicis, præmium urbanum facit. qui sensus ut nouus ita verus est ad d. l. urbana prædia.

13 In qua, stabula pro diuersoriis accipienda esse, sequentia verba manifestè demonstrant. dū Meritoria ait Iurisconsul. (*Vel alia meritoria.*) Nam meritoria + loca dicuntur, quæ mercede locantur inquit.

14 Tabernæ linis, & tabernæ + meritoriae, ipsa stabula dicuntur, hoc est cauponæ, à verbo mereri, quod est merito- quæstus causa aliquid operari.

Meritorij Inde meretrices, quæ turpitudine corporis æs merentur, & pueri meritorij, + à Cicer. ij. Philip. pueri. dicuntur, qui prosternunt corporéque suo turpem quæ

quæstū faciunt, & merentur. Et *meritoria Vehicula*, *Meritoria*
 16 † Sueto. in Calig. dicit quæ mercede locantur. *Vehicula*
 Et in Vitellio ad eundem sensum *meritoria cœna- & cœna-*
cœnula dixit.

17 Quòd si stabula illa, † hoc est hospitia nō sint
 in villis, viciis, aut in cōtinētibus ædificiis, sed
 ab illis omnino separata, prædia urbana dici nō
 possunt. tametsi enim pro vīsu hominum sint, nō
 tamen ædificiis sunt cōiuncta: quod alterum ne-
 cessarium est, vt urbānū prædium sit. d. §. stabu-
 la. qui ita nouè, & verè exponendus est.

18 Itaque eas seruitutes urbanae † Iurisconsulti
 vocant, quæ prædiis urbani debentur. Rusti- seruitutes
 cas verò, quæ prædiis rusticis. Volunt enim in urbā
 diiudicanda & discernenda seruitute, an ea vr- & rusticā
 bana rusticā sit spectari præmium quod domi- cæ quæ di-
 natur, seu cui debetur seruitus: vt si illud vrba- cantur.
 num sit, seruitus urbana dicatur. si rusticum, ru-
 stica. l. j. ff. de seruit. vrba. præd. vbi latius docet
 seruitutem stillicidium auertendi in aream vi-
 cini, esse urbānam. cùm tamen certo sit certius,
 Aream præmium esse rusticum. est quippè locus
 sine ædificio, in quo excutiuntur, & triturātur Area.
 frumenta. l. fi. §. fi. C. de seruit. & aq. Hinc confir-
 matur quòd Accur. in l. pater filiè. ff. de seruitut.
 leg. docuit viam, quę sui natura seruitus rusticā
 est. l. j. ff. de seruit. rust. ædibus tamen debitam,
 urbānam esse.

19 Ego verò de † hac communi traditione mul-
 tūm dubito, quòd nullo iure eam fundatam vi-
 deam. Nam in d. l. j. qua maximè Accur. & cæte-
 ri nituntur, Area locum in ædibus urbani va-

Expositus
 nouè. §. sta-
 bula.

cuum significat. nos vulgo curiam dicimus, quem audacter inter urbana prædia annumerabo. l. seruitutes quæ. §. si domo. ff. de seruit. urba. præd. Si enim orti in edificiis constituti, urbanorum prædiorum appellatione continentur. d. l. urbana. ff. de verbo. significat. cur non & areæ, quæ in mediis sunt ædificiis, & quæ præterea ad fructum colligendum, aut reponendum non habentur?

20 Illud non ignoro, + Aream ruri quoque locum esse, in quo frumenta teruntur. quam Verg. quid. in j. Georg. colūna illa rotatili, & lapidea, æquādam esse iubet. vt æquata ad trituram magis habilis sit.

Area tum primum ingenti est æquanda cylindro.

Quem locum rusticum esse scio. d. l. fi. §. fin. C. de seruitut. & aqua. At de huiusmodi Area, Caium loqui in. d. l. j. perperam Doctores putauerunt.

21 Areæ siquidem verbo, + non locum in quo segetes concutiuntur, sed locū in vrbe sine ædificio, Iurisc. intelligunt. l. Imperatores. l. seruitutes quæ. §. si domo. & l. sed si inter. §. fi. ff. de seruit. vrbe. l. fundi. ff. de ver. sig. de quo. d. l. j. loqui fateri cogimur. quandoquidem agat illic Caius de auertendo stillicido in aream vicini, quam seruitutē in vrbe frequentissimè: ruri verò nunquam, aut perrarò locū habere experientia iam pridem edocti sumus.

22 Præterea, si alterum ex prædiis spectandum esset, + seruiens attendi debere, suadent verba Theophil. in §. fin. de reb. corp. & incorp. vbi fi- niens

niens vrbana seruitutem, *Est inquit ius, quod efficit, ut vicinus Urbanus, vicini onera sustineat.* Et si niens rusticam, *ius esse dicit, quod efficit, ut vicinus rusticus, vicini onera sustineat.*

Denique, licet seruitus altius tollendi & non tollendi prædium rusticum sit rusticæ. l.i.j. ff. de seruit. rust. seruitus tamen altius tollendi vrbana num ædificium, est vrbana. d.l.j. ff. de seruit. vrb. §. æquè. de actio. quæ tamen potest deberi areæ, in qua conculcantur & triturantur frumenta. & sic loco rusticæ. d.l.f. §. f. C. de ser. & aqua.

Huc pertinet, quod si doctorū sententia vera esset, & deberes mihi seruitutē itineris per fundum tuum rusticum, ad domum meam, foret hæc seruitus vrbana inspecto prædio dominante, quod dicere planè ridiculum est: cum itineris & viæ seruitutes, etiam domui, aut alteri prædio vrbano debitæ, rusticæ sint. l.j. ff. de seruit. rust. Nicol. Neapolit. in d. §. æquè. quicquid in aduersum effutiat Accur. in l. pater filiæ. ff. de ser. legat.

23 Nec tumultuetur † quispiam, ex. l. seruitutes *Declarata* quæ. §. si domo. ff. de seruit. vrb. que itineris ser- tus. §. si do uitutem vrbana dicere videtur. nam hoc for- mo. titer negamus. Illud enim duntaxat Iuriscōs. do- cet, eū cui debetur itineris seruitus, gradus, vel clios, proprius ianuā iure facere posse. Præterea illic vtrunq; prædium vrbana erat. nam area (vt est locus in edibus vrbaniis, cuius ibidē meminit Iurisc.) prædium est vrbana, vt pauloante demonstratum est. Et ex vtriusq; prædij nomine, seruitutem etiā nomen accipere non negamus.

24 Itaque nolo tā solo prædio dominante, cui ser.
Noua opini- uitus debetur, denominari seruitutem. Nec à
nio. solo fundo seruiente, (quāquam ab hoc magis
quām ab illo vbi alterum necessario diligendū
esset, denominationem contra Doctores face-
rem.) Sed ab vtroque, t̄ si eiusdem generis sit
vtrumque, quia vtrumque vrbanum, aut rusti-
cum. In quibus terminis ferè semper Iuriscons.
loquuntur. Quod si alterum vrbanum esset, al-
terum rusticum, neutrum per se spectarem, sed
constitutionē ipsam seruitutis attenderem. Ad
extremum autem vbi non satis constaret de cō-
stitutione, fundum seruientē magis spectarem,
vi inde seruitus nomen acciperet, quām domi-
nantē, per prædicta. Sed iam satis anteludiis de-
dimus, pergamus ad text. ipsum. Ioan. Corasius
Tolosas Valentiae die xxj. Nouembris. 1545.

LEGIS PRIMAE CON-

T E X T U S .

- | | |
|---|---|
| 1 <i>Ebrietas causa seruitutis.</i> | 9 <i>Accurs. & aliorum de-</i> |
| 2 <i>Personarum seruitutes cur</i>
<i>sic dicte?</i> | <i>claratio explosa.</i> |
| 3 <i>Vsus in quo distet ab vsu-</i>
<i>fructu.</i> | 10 <i>Ias. ridicula cōsideratio.</i> |
| 4 <i>Habitio seruitus est.</i> | 11 <i>Declaratus. §. si quis ita-</i> |
| 5 <i>Seruitutes rerū, cur sic nun-</i>
<i>cupatae?</i> | <i>l. talem.</i> |
| 6 <i>Vrbanæ & rusticæ serui-</i>
<i>tutes quæ.</i> | 12 <i>Facultas altius tollendi,</i>
<i>dupliciter contingit.</i> |
| 7 <i>Altius tollendi seruitus.</i> | 13 <i>Fab. & sequacium opi-</i> |
| 8 <i>Aedificare in suo cuicun-</i>
<i>que licet.</i> | <i>nio defensa.</i> |
| | 14 <i>Noua declaratio ad ser-</i> |
| | <i>uit. Altius tollendi.</i> |
| | 15 <i>Officiēdi luminibus ser-</i> |
| | <i>uitus.</i> |

- 16 Mercatorum improbitas. augeatur?
 17 Improbata doctorum declaratio. 35 Incrementum intra rem contingens.
 18 Nova expositio ad seruit officiendi luminibus. 36 Promittenstueri pontem, quomodo teneatur.
 19 Luminum seruitutes quot sint. 37 Prospectus seruitus.
 20 Lumen, a prospectu in quo differat. 38 Impetrationis in forma pauperum virtus.
 21 Luminum seruitus. 39 Declaratio nouae seruitutis prospectus.
 22 Seruitus, Ne luminibus officiatur. 40 Ne prospectui officiatur seruitus.
 23 Vtira plus habeat utilitatis. 41 Nova ad eam seruitutem opinio.
 24 Nova declaratio ad seruit. luminum.
 25 Seruitutem debens quando facere teneatur. 42 Altius non tollendi seruitus.
 26 Dispositio simplex fortior.
 27 Ne luminibus officiatur seruitus, dupliciter impunitur.
 28 Eius seruitutis debitor, an solem auferre posse.
 29 Diogenis Cynici responsum, ad Alexandrum.
 30 Nova opinio.
 31 No. intellect. ad l. si arbore. 47 Seruitus leuior, non grauior, fieri potest.
 32 Dispositio simplex non trahitur ad futura.
 33 No. intellect. ad l. non modus.
 34 Obligatio crescente, an
- augeatur?
 35 Incrementum intra rem contingens.
 36 Promittenstueri pontem, quomodo teneatur.
 37 Prospectus seruitus.
 38 Impetrationis in forma pauperum virtus.
 39 Declaratio nouae seruitutis prospectus.
 40 Ne prospectui officiatur seruitus.
 41 Nova ad eam seruitutem opinio.
 42 Altius non tollendi seruitus.
 43 Arboris plantatio, an sit contra eam seruitutem.
 44 Aedificare quando quis prohibeatur.
 45 Stillicidium auertendi.
 46 Debens hanc seruitut. an aedificet?
 47 Seruitus leuior, non grauior, fieri potest.
 48 Fructuarius cur non querat seruitutem.
 49 Aedificio extincto, an finiatur seruitus?
 50 Mutatione rei quae seruitutes extinguantur?
 51 Monasterium destruetum

- an retineat priuilegia.
 52 Noua differentia ratio.
 53 Intellectus nouus ad §. si su-
 blatum.
 54 Fictio, sine aequitate nō pro-
 cedit.
 55 Repudiatio vnius iuris, ad
 alterum non trahitur.
 56 Nouus intell. ad l. si domus.
 57 Stillicidij nō auertendi ser-
 uitus.
 58 Noua declaratio.
 59 Tigni immittendi seruitus.
 60 Tignum quid.
 61 Lex. xij. tabul. exposita.
 62 Immissum in meo, an pro-
 pria authoritate tollam?
 63 Conditio melior prohibetis.
 64 Ossa illata in sepulchrum
 meum nequeo tollere.
 65 Noua opinio.
 66 L. ossa, nouè declarata.
 67 Aedificium an solū rapiat.
 68 Interdictum de arboribus
 cædendis.
 69 Proiectum in meo, an liceat
 tollere.
 70 Oneris ferendi seruitus.
 71 Seruitutem debens, an ad
 factum teneatur.
 72 Naturalia an pacto tolli
 possint.
 73 Seruit. oneris ferendi &
 tigni immittendi diffe-
 rentia.
 74 Rustica seruitutes.
 75 Itineris seruitus.
 76 Seruitutem habes, quid
 facere possit.
 77 Ire per alienū an liceat?
 78 Reiecta omniū opinio.
 79 Declarata. l. diuus.
 80 Noua opinio.
 81 Thesaurus quid.
 82 Thesaurū in alieno effo-
 dere an liceat.
 83 Furtiuam rem perquire-
 re in alieno quādoliceat.
 84 Interdictum de glande
 legenda.
 85 Glandis verbo omnes
 fructus veniunt.
 86 Explosa omniū sentētia.
 87 Dominio rei propriæ
 quando quis priuetur.
 88 Iter habens an cum alio
 uti possit.
 89 Actus seruitus quid.
 90 Agere propriè quid sit.
 91 Lectica.
 92 Vehiculum.
 93 Iter duplicitate sumitur.
 94 Noua opinio.
 95 Via seruitus.

- 96 Publicæ viae & priuatæ.
 97 An sit in via plus, quam
in actu.
 98 Noua consideratio.
 99 Iumenta à iuuando dicta.
 100 Via latitudo quæ sit.
 101 Mensuræ agrorū variæ.
 102 Iuggerum.
 103 Plethrum.
 104 Pertica.
 105 Linea.
 106 Decepēda. Decepēdator.
 107 Passus.
 108 Vlna.
 109 Cubitus sesquipedalis.
 110 Palmus.
 111 Spithama.
 112 Vncia.
 113 Digitus.
 114 Noua declaratio ad l. viae.
 115 Via mensura cur in an-
fractum duplicata.
 116 Via per plures fundos de-
bita, an una sit.
 117 Seruitus quando multi-
plicetur.
 118 Nona opinio.
 119 Declarata nouè. l. si ædes.
 120 Due aquæ tripliciter fit
121 Aquæductus seruitus quæ.
 122 Concessæ seruitutis inter-
pretatio.
 123 Concessio iuris an realis
 vel personalis.
 124 L. Lucius declarata.
 125 Aquæductū habens aliò
aquam non dicit.
 126 Haustus aquæ seruitus
quid.
 127 Haustus seruitus an no-
minata?
 128 Nominatæ & innomi-
natae seruitutes quæ?
 129 Doctorum omnium ex-
plosa distinctio.
 130 Haustus concessio, conces-
sum iter.
 131 Franciscanorum & Do-
minicanorum cōtrouersia.
 132 Concessa seruitute an al-
tera constituantur.
 133 Apulsus seruitus.
 134 Appelles maiore pecorū
numerū quo prohibeatur.
 135 Pecoris pascendi seruitus.
 136 Pecoris verbo quid ve-
niat.
 137 Pecus in alieno pascere
non licet.
 138 Animal in agro repe-
riens quid agere debeat.
 139 Retentio quædo per actio-
nem excludatur.
 140 Retentio pro impendy-
locum habet.
 141 Ciuis in causa ciuitatis

testificatur.

Corasio.

142 *Testis de vniuersitate an
esse possit.*

145 *Doctor consulit contra
singulos de ciuitate à
qua conductus est.*

143 *Clericus de negotio ecclesiae
testimonium fert.*

146 *Calcis coquendæ et
arenæ fodiendæ seruitus.*

144 *Valentini iniuria questi de*



*Eruitutes) Quarum h̄ic mentio fit in-
tellige. Est enim alia quedā seruitus,
qua quis dominio alieno contra na-
turam, constitutione iurisgentium
subiicitur. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. l. li-
bertas. §. j. ff. de stat. homi. quæ vt illinc apparet,
ex bellis initiū sumpsit. l. ex hoc iure. ff. de iust. &
iur. §. j. de libert. tametsi Canonistæ nostri dicāt,*

1 ab ebrietate + principiū habuisse, Ambrosij testi-

*Ebrietati monio adducti: cuius verba hæc sunt. Manebat
Ambros. ante vini inuentionem omnibus inconcussa libertas, nemo
seruitute sciebat à consorte naturæ suæ obsequia seruientis exigere.
ascrabit. Non esset hodie seruitus, si ebrietas nō fuisset. c. sexto die.
§. manebat. xxxv. dist.*

*2 Personarum. Appellantur hæ + seruitutes per-
sonarū sonarū, id est hominū. l. quoties. j. hoc titu. quod
eruitus hominis personæ cohærent, ac debeātur, perso-
nū sic di- nam eius comitētur, & cū ea intereant. l. nō solū
ta. ij. §. tale. ff. de liberat. leg. l. sicut. §. fi. ff. quib. mod.*

*3 vſus fr. amit. vſus & vſusfructus.) Inter + vſum, &
vſus ab vſumfructū hoc interest, quod illo fructu rerū
vſusfructu vtamur, pro quotidiani vſus indigentia, & ne-
nquo dif- cessitate: hoc verò citra etiam necessitatē rebus
rat. fruamur. l. j. ff. de vſusfru. Vnde & vſus nudus di-
citur, quod sine fructu sit. l. j. ff. de vſu & habita.*

Et

Et fructus quidē sine vſu esse nō potest, vſus sine fructu potest. l. per seruū. §. j. ff. illo tit. vt sic longè minus cōmodi sit in vſu, quām in vſufructu. nam qui vſum fundi habet, nihil amplius habere potest, quām vt oleribus ibi natis pomis, floribus, fēno, stramentis, & lignis, quantū satis est vſui quotidiano, vtatur: qui verò vſumfructū, licet non indigeat, fundo liberē vtitur, fruitūrque, quantum tamen fieri potest rei principalis, hoc est fundi substantia salua. l. j. ff. de vſufruct. §. j. de vſu & habit. c. fi. de pigno.

- 4 Est porrò † præter vſum, & vſumfructū, alia *Habitat* personarū seruitus, quæ habitatio dicitur. Eam *quid.* ego sic finire solitus sum, vt *ius sit liberē in aliena domo habitandi, ab vſu & vſufructu separatum.* l. cūm antiquitas. C. de vſufru. §. penul. de vſu & habit. in inst. Eam autem non annumerauit hic Iurisc. quod necessum non putauerit, omnia personarū seruitutum exēpla referre: sed satis esse duo proponere, quæ tamen constitutionem non restrinquent. l. damni infecti. ff. de dam. infect.

Quod si contenderit quispiam ceruicosē, *Copulae* habitationem seruitutem non esse ex. §. fi. de vſu & *tura.* habit. vbi inter seruitutes & habitationem interserit copulam Impe. quæ tamen vt notissimū est, non nisi inter diuersa collocatur. Accurs. in rub. ff. de iur. & fac. igno. Glo. in. e. querelam. de simo. Respondetur ex verbis. d. §. fin. nos nullo modo argumentari posse, cūm illic etiam copula ponatur inter seruitutes vſum, & vſumfructum. Separauit igitur ab vſu, vſufructu & habitatione, seruitutes vt reales à personalibus, nam

nam cùm seruitutes legislator exprimit, rerum ferè semper intelligit seruitutes. nec tamen ideo negat, quæ personarū sunt seruitutes esse. Quid autem sit in operis, & ministerio seruorum, ampliter in rub. tractauimus.

Rerum) Ut † seruitutes personarum dicuntur,
quæ personæ cohærent, & inseruiunt: Ita rerū,
quæ rebus inhærent inseparabiliter, adeo ut si-
ne his non subsistant. l.j. ff. con. præd. §. ideo. de
seruit. In inst. nec personæ sed rei, hoc est prædio
debeantur. l. vnuis. ad fi. princ. ff. de seruit. rust.

Altius tollendi.

- Rusticorum prædio. & vrb.) Quæ † sint vrbana,*
Altius tol quæve rustica prædia, quæ item seruitutes rusti-
lendi ser- cæ & vrbanae, generatim in anteludiis huius l.
uitus. diximus. hic singulatim quasque declarare, &
speciatim pertractare, occasionem naëtus opti-
mam constitui. vrbanas memorat præcipue Iu-
rifcons. in l.j. ff. de seruit. vrb. inter quas primā

7 locat †, Altius tollendi, in qua illud primū re-
uocatur in dubium, vtrum ius Altius tollendi sit
seruitus? Et esse seruitutē negare non possumus,
cùm id nominatim legislatores dicant. d.l.j. & §.
æquè. de actio. & l. in tradendis. §. j. ff. cō. prædio.

8 At quod † non sit seruitus, fortissimum est
arg. quod altius ædes tollere, & ædificare, liber-
tatis naturalis iure vnuisquisque liberè possit,
nec hoc ad seruitutem quoquo pacto pertineat.
l. fi. in prin. hoc tit. l. cuius. ff. de seruit. vrb. l. fi. §.
penul. ff. quod vi aut clam. nisi seruitutem Altius

non tollendi, vicino debeat. I. Imperatores. ff. de seruit. vrb. l. loci. §. cōpetit. ff. si ser. vend. l. altius. C. de seruit. & aqua.

- 9 Tantas offudit † tenebras Doctoribus hoc *Exempla* contrarium, vt necdum lumen receperint: nam *seruitutis* quo plus se extricare pergunt, eo] magis impe- *Altius nō* diuntur Accur. Iacob. ab Aret. Dyn. & Ias. in d. *tollendi.* §. æquè. Accurs. Bar. Odoff. Ang. & Castr. in d.l. j. vt ius altius tollendi seruitutem esse ostendāt, exemplum adferunt, de eo qui seruitutem vici- no debet, vt altius teneat edificatum, ne lumini- bus puta officiatur, propter solis fortasse reper- cussionem. l. si arborem. §. interdum. ff. de seruit. vrb. Aut vt commodius tigna immittantur. l. eū debere. illo titu. Aut forte propter ventum, vel aspectū, ne viatores ex via præalta, oculos in in- teriora ædium depressarum coniicere possint.
- 10 Quæ consideratio ex † §. æquè. subuertitur, in quo cum de seruitute huiusmodi Imp. agit: non loquitur de ea quam quis in alienis ædibus habet, sed de ea quā in suis. *Veluti* (inquit) *si quis agat ius sibi esse ædes suas altius tollendi.* Fit autem ri- diculus Ias. contra reciprocī suus proprietatem, hāc declarationem pertinaciter defendens. Nec quispiam est tam infelix Grammaticus, qui hāc expositionem *suis ædes, id est vicini ferre possit.* l. cum in testamento. ff. de aur. & arg. lega. l. debi- tor. in princ. ff. ad Trebellia.
- 11 Nec quicquā † mouerit nos. l. talē. §. si quis ita. *Intellec.* §. ff. de hæred. inst. qua maximè Ias. nititur, quādo- *si quis ita.* quidem tantū dicat, illud intelligi meū, in quo l. *talem.* nō aliis ius habet præter me, veluti si Stichum ser

Iaso. com-
mentum.

seruum heredem instituerim, si meus erit cum moriar, & eum viuus manumiserim, succedet tamē Stichus: quia licet seruus meus non sit cum moriar, est tamen libertus, qua ratione meus dici potest, quo circa cum verba non omnino repugnant, non video ipse casum hunc excludere voluisse.

12 Alij ut Fab. Aretin. Ias. & sequaces considerant, facultatem altius tollendi dupliciter contingere. Primum ex naturali libertate, qua ædificare & in infinitum supra suū imponere, omnibus liberū est. I. imperatores. & I. cuius. ff. de seruit. vrba. I. altius. C. de seruit. & aq. Deinde iure seruitutis, ut cum ex lege municipij vetantur ciues, ultra certam formam & mensuram cedes tollere, inuito vicino. cuiusmodi statutum Florentiae esse refert Accur. in I. qui luminibus. ff. de ser. vrb. & in I. j. C. de ædif. priuat. Hoc certè casu altius tollendi libertas, statuto omnibus incolis adempta est, quare si testamento aut pacto quispiam à vicino ius altius tollendi quæreret, seruitutem proculdubio acquireret. neque enim ei ante competebat iure libertatis naturalis, ut potè statuto sublata, vnde confessoria uti poterit. d. §. æquè.

Quod ultimum ridet illic Iason. & usque ad naufragium illustre Ioannis Fabri ingenium iactans, eo loci defecisse. quandoquidem confessoria datur ei, qui seruitutem sibi deberi contendit. I. ij. in princip. ff. si ser. vend. at in memorato Fabri exemplo, qui agit non pro seruitute, sed pro libertate experitur, dicens ædes suas liberas, ab illa seruitute statuti aut con-

confuetudinis, & ita negans easdē illi seruituti obnoxias: quare potius dicendum, negatoriam competere, quæ datur ei qui seruitutem debere negat. d. l. ij. Quo fit ut hoc Fab. exemplum inquit Ias. non procedat, cùm dicat Imp. in d. §. æquè non negatoriam, sed confessoriam competere, pro hac seruitute, *Altius tollendi*.

13 Sed inconsideratè nimis † Ias. (mea sententia) *Defensus* loquitur. nam fateor eum qui in proposita spe- *Faber ab* cie ut diximus agit, eo spectare, vt ædes suæ li- *impu. Ias.* beræ reddantur: verum ea libertas naturalis non est, sed imposititia. Sicut si constitueretur mihi seruitus, immissum aliquid habendi, ex ædibus meis in ædes vicini. Hoc enim dici non potest mihi competere iure libertatis naturalis, qua ædificia omnia libera sunt: quia ea libertas erupta mihi est lege scripta, sed iure seruitutis à vicino mihi constitutæ.

Sic habes vtcunque Fabri & sequacium opinionem defensam, quæ tamen acutè appendenti videbitur vim inferre legibus, de hac seruitute *Altius tollendi* loquentibus. constringendo eas ad loca, in quibus sunt prædicta statuta, *statuta* *sunt facti.* quæ tamen cum facti sint, & in facto consistant, legum conditores se profitentur ignorare. c. vt nostrum. vt eccles. benef. c. j. de const. in vj.

14 Quocirca considerabā, si † noue & citra necessitatem statutorum, posset hæc materia declarari: vt dicamus lege ipsa scripta *Altius tollendi* facultatem, quæ naturali iure omnibus tribui solet. d. l. cuius. ff. de ser. vrb. & l. f. §. pen. ff. quod vi aut clam, seruitutis iure nonnunquam com-

petere: veluti si *Altius non tollendi* seruitutem ædes
 meæ debeat ædibus tuis, tuque deinde mihi
 concesseris ius esse te inuito altius tollere ædi-
 ficia mea. hæc enim facultas *Altius tollendi*, à te
 mihi concessa, solo iure illius seruitutis quam
 ædibus tuis imposuisse videris, nisi censetur. l. si
 domus. ff. de seruit. vrb. Et hoc exemplum tan-
 tisper ipse fecutus sum, donec animaduerti ea
 concessione te magis veterem seruitutem à me
 tibi debitam remisisse videri, quæm mihi nouam
 constituisse. d. l. si domus. l. si mihi. ff. de seruit.
 rustico. & l. stillicidij. ff. quemad. ser. amit. non
 itaque huic exemplo hærendum censeo. Sed nec
 credendum cum Fab. & aliis communiter ad
 statutum ius naturalis libertatis constringens
Noua de- leges (vt diximus) sese referre, sed nouè dicen-
 dum libertatem illam naturalem ædificâdi coar-
 ctasse, sanxit enim, liberum vnicuique esse ædi-
 ficare altiusque ædifica tollere, etiam si extol-
 lendo, vicini ædes obscurentur. d. l. cum eo. ff.
 de seruit. vrb. Cæterum né quis hac libertate
 elatus, insolenter abuteretur, admonuit Vlpia.
 formam ac statutum antiquorum ædificiorum
 eius loci debere custodiri. l. qui luminibus. ff.
 de serui. vrb. vnde qui ædificare vult, altitudinis
 vñitatæ modum prohibetur excedere. l. j. C. de
 ædif. priuat. nisi illam facultatem quæsierit à
 vicino, tuncque is cui à vicino tributum est,
 vt ædificando egredi possit antiquorum
 ædificiorum statum, *Altius tollendi* ius habebit,
 quod non libertas, sed vera & propria erit
 seruitus.

*Luminum seruitutes.
Officiendi luminibus.*

15 Laborant præterea doctores † circa' aliam ur-
banam seruitutem, quæ *Officiendi luminibus vicini*
dicitur. non facilè valentes huius seruitutis e-
xemplum reperire. Nec enim quo pacto possit
quis habere seruitutem, vt *luminibus suis offi-*
ciantur, satis perspicuè vident. præsertim quòd
eis persuasum sit, seruitutem constitui nō posse:
quæ non prædio dominantि utilitatem adferat,
aut cuius vicini non intersit. l. quoties. hoc titu.
Atqui domino prædij tantum abest, vt utile sit
imponi seruitutem qua *luminibus suis officia-*
tur, vt maximè ei damnosum sit & noceat.

Mercatorum calliditas.

16 Hoc contrarium veriti doctores, ad † merca-
torum, & alia ridicula exempla confugunt.
Potest (inquiunt) interesse domini, quia domus
erat mercatoris fortasse, quæ ne pannorum vi-
tia viderentur, tanto lumine non egebat. Notan-
tes interim mercatorum calliditatem, qui inter
cæteras quas dignas supplicio fraudes commit-
tunt, vt subtilius emptores fraudent, deducunt *Nota con-*
tra merca-
eos in officinas tam opacas, umbrosas, & ob-
scuras, vt vix venditor inibi emptorem conspi-
ciat, vt non iniuria Bal. dicat in c. cum causam.
de testib. quo *vadit anima mercatoris.*

Nullus enim sine fraude ditescit. Et interim.

Cum plenius aequo

Laudat venales, quas vult extrudere merces.

vt alius Poëta canit.

Periurata suo postponit numina lucro:

Mercator Stygij's non nisi dignus aquis.

A quibus non abhorret Chrysostomus cum sit, mercatorem non posse placere Deo. cum ex eo hominum genere, nullus sine mendacio, & & periurio, reperiatur. c. eiiciens. lxxxvij. disti.

Hoc itaque casu maximè mercatoris interest, ut præ alto vicini ædificio ædes suæ obscurantur, luminib[us]que suis officiatur, quo calidius emptorem circunueniat, mercis corruptiō nem tenebris tegens.

Dicunt præterea interesse mea posse, ut obscurantur ædes meæ, quæ cum essent iuxta montem aut terram aliquam prominentem, in qua erat via publica, illac transeuntes me videbant, ob idque ad me quotidie veniebant. quo nomine impendere plura cogebat, quam rei familiaris tenuitas fortasse ferre posset, à forensibus quotidie vexatus.

17 Verū hæ interpretationes mera † sunt phantasmatata : ad quæ nunquam attenderunt Iuris communes consulti. Posthabitis igitur his somniis considerandum est. l.j. ff. de serui. vrb. quæ huius seruitutis luminibus officiendi affirmatiuè meminit. non retulisse seruitutem ad propria lumina, sed ad lumina vicini, vt illis scilicet officeretur. Qua in re inexcusabilis est error Doctorum, existimantium eum qui habet seruitutem huiusmodi, ius habere cogendi vicinum, vt suis luminibus id est eius cui debetur seruitus, officiatur : quo nihil absurdius, nihil magis alienum à

vero legis sensu, & recto animi iudicio, dici potest. cum enim tractant hanc seruitutem Iuris consulti, ad lumina vicini seruitutem debentis, ut illis non eius cui debetur seruitus luminibus officiatur, respiciunt. quod apertissime. d. l. j. demonstrat.

18 Hoc autem quo exemplo ¶ demonstrari pos- *Noua de-*
sit, quia Doct. non intellexerunt, & fœdissime *claratio*
lapsi sunt, à me accipe. Qui vult ædificare, non *seruitutis*
modo non debet vſitatæ altitudinis modum ex-*officiendi*
cedere, sed nec solitam antiquorū ædificiorum
latitudinem. In omnibus enim debet tenere for-*lumini-*
mam, ac statutum antiquum ædificiorum. d. l.
qui luminibus. ff. de ser. l. j. C. de ædif. priua.
Quare si quis parietem suum, in latum ita exten-
dere velit, vt pro traecto pariete contra veteris
ædificij formam obscuret ædes vicini, non po-
test, nisi hæc seruitus imposititia sit, hoc est con-
stituta, vel pactionibus vel testimonio, quibus
modis si mihi ædificare volenti, vicinus eam
seruitutem imposuerit, non vt altius tollerem,
quam status antiquus ædificiorum pateretur,
(tunc enim seruitus diceretur *Altius tollendi*) sed
vt latius protéderem parietem meum suis etiam
luminibus officiendo, eo casu habere dicor ser-
uitutem luminibus vicini officiendi.

Quæ omnia intelligi volo, nisi altitudinis
modus edicto principis, aut lege municipij, uti-
litatis publicæ gratia præscriptus eslet, neque e-
nim pactis priuatorum publicum ius lædi po-
test. l. ius publicum. ff. de pact. l. fi. ff. de suis & le-
git. veluti cum Augustus Cæsar ne magna mole

*Augusti
edictum.*

Neronis statutum. ædificiorum vrbs ruinis laboraret, constituit ne supra septuaginta pedes sublimius quis ædificaret. Quod & Nero Cæsar, post incensam vrbem, dimensis vicorum ordinibus, & viarum spatijs statuit, ne vltra præscriptum ædifica tollerentur.

19 Verum enim uero, quoniam † oculis nostris obiecta sunt lumina, quot sint circa ea seruitutes uitutes videamus. Et quantum ipse possum conciicere ex Doctorum commentariis, tres hinc dunt taxat faciunt. Ego verò quinque tractatas à iurisconsultis comperio. *Lumen* simpliciter, officiendi luminibus, *Ne luminibus officiatur*, *Prospectus*, *Et ne prospectui officiatur*.

20 Eas nos tractaturi singulas, & primum illud nolumen à tari volumus lumen à prospectu differre: Nam prospectu vt Iul. Paul. inquit in l. lumen. ff. de seruit. vrb. in quo dif præd. *Lumen id est, ut cælum videatur, prospectus non ferat.* Et ideo hoc interest inter lumen, & prospectum: quod prospectus etiam ex inferioribus locis sit, lumen ex inferiore loco esse non possit.

21 Seruitus lumen, & ex omniū fermè sententia, cæteris minus continet. tenetur quippe dunt taxat qui mihi eam seruitutem debet, lumina mihi necessaria præstare, per fenestram putatam in muro: vnde altius ædificare potest, etiam si officiat luminibus meis, dum quod ad usum domus meæ mihi necessarium est, seruet lumen. Adeo vt dicant Doctor. si plures sint fenestræ, quæ domum meam lucidissimam redant, posuit nihilominus qui debet seruitutem lumen, altius tollendo & ædificando, omnes obt

obturare præter vnam , si ex ea satis luminis habere possum , ad vsus mei necessitatem . I. lumen . ff. de seruit . vrb.

22 Qua in re \ddagger plurimum differt à seruitute , *Neluminibus officiatur* : quam qui debet , non potest altius tollendo lumina quoquo pacto minuere .

23 d. I. lumen . i. resp . Et ita inquiunt , plus \ddagger habet virtutis negatiua seruitus lumen , quām plus negat affirmatiua . Nec mirum dicit Castren . cum plus neget negatio , quām affirmet affirmatio . Accur . & alij in I. hoc genus . ff. de condi . & demon . Gl . in c. cum dilectus . de consuet . Negatio firmet af-

Quæ consideratio concluderet , vbi verum esset seruitutem , *Neluminibus officiatur* , plus utilitatis habere , seruitute *Officiendi lumenibus* : sunt enim inter se contrariæ , hæc adfirmat , illa rectè negat . At hoc falsum est , cùm non plus virtutis habeat , tum negatiua , quām affirmatiua . vt enim qui habet seruitutem *Neluminibus* , non potest lumenibus suis ædificia vicini priuare . Ita per contrarium , qui habet seruitutem *Officiendi lumenibus* , liberè potest altius tollendo ædificia , vicini lumen omnino obscurare , vt nunc dicam .

Sed deterius adhuc inducebant hanc rationem scriptores , in seruitute *Lumen* simpliciter *Castren* . constituta : quandoquidem nulla est negatio , respectu seruitutis *Neluminibus* . nam negatio seruitutis lumen effet non excipere lumina , proinde non est bona *Castren* . ratio , quia plus negatio negatio , quām affirmatio affirmet .

Considerandum est præterea non videri verum seruitutem *Neluminibus officiatur* , ampliorem

esse seruitute *Luminum*: Imo per contrarium potius videtur, plus in hac, quam in illa esse. Nam ut antiqui quidam dicebant, qui luminis seruitutem debet, non satis habet altius non tollere, nisi & lumina praebat, vnde iam ædificatum destruere tenetur, ut faciat ad ædes nostras lumina peruenire .cum tamen in seruitute *Ne luminibus officiatur*, satis sit lumina non impedire.

Postrémò aduertendum, quod docent scriptores circa seruitutem *Luminum*, ut qui eam debet, excipere lumina necessaria duntaxat teneatur, adeo ut omnes fenestras præter vnam obtutare possit, dum ex ea vicinus cui debetur seruitus, satis habeat luminis, nullo iure probatur.

No. decla. Nam alleg. l. *luminum*. simpliciter dicit, acquisita *luminum* seruitute, id quæsum censeri, ut *vicinus lumina nostra excipiat*.

No. opin. 24 Quocirca non recedendo à verbis t̄ tex. quicquid Doctores dicāt, verius existimo, in seruitute *luminum*, necessitatem eius cui debetur seruitus, spectandam non esse: sed potius tempus, & locum, respectu cuius facta est seruitutis impositio. Ut sic acquisita seruitute *luminum* ad certum locum, in quo facta est vna fenestra, veletiam plures, teneatur vicinus lumina omnia excipere, tametsi necessaria non sit. Nam hæc consideratio necessitatis, in anfractus & lites immortales, contrahentes immerget: dum quisque pro captu suo contenderet, vel necessarium, vel non necessarium esse lumen.

Nec propterea existimandum est, inter *Luminum*, & *Ne luminibus*, seruitutes nihil interesse, adhuc

adhuc enim præsignis est differentia ; seruitus quippe *luminum* ad certum locum cōstringitur : *Ne luminibus* verò, ad vniuersum prædium dominans refertur. cui nulla in parte quicquam obii-cere potest, ad luminis impedimentum.

Vtra verò earum latior, & amplior sit, nō pa-rū *opinio*-rum habet dubij. Ego breuiter puto Alber. sen-tentiam & antiquorum aduersus Accur. & alios defensā. verissimam, plus esse scilicet in seruitute *lumi-nūm*, quàm in seruitute, *ne luminibus* officiat. Id-que triplici ratione.

Prima, quia plus est roboris & virtutis in duobus vinculis, quàm in uno. Auth. itaque. C. cōmunia de successio. At qui debet *luminum* seruitutem, ad duo tenetur : vt excipiat scilicet lu-mina, & exceptis quæ ad nos veniunt, non offi-ciatur. Qui verò debet seruitutē, *ne luminibus*, ad illud tantūm obligatur, *ne luminibus* officiat.

Altera ratio: plus est in facto, quàm in non fa-cto. l. iiii. §. Cato. l. vbi autem. §. fin. ff. de verbor. grauius in oblig. ideo qui faciendo delinquit, eo qui nō fa-ciendo. ciendo peccat, grauius punitur. l. qui vas. §. qui furem. ff. de furt. Accurs. in l. lex Cornelia. ff. ad Sillania. & in l. si mora. ff. solut. matr. Debitor au-tem seruitutis *Luminum*, ad factum tenetur: vt sci-licet nostra lumina recipiat. Debitor verò seruitutis *Ne luminibus*, obstringitur simpliciter non facere.

25 Nec obstat si dixeris seruitutis *Luminum* debi-torem, ad factum minimè obligari, cum nō ea sit debes quā seruitutis natura, vt quis non nihil faciat, sed vt do facere non faciat, & patiatur. l. quoties. §. fi. ff. de seruit. teneatur.

Hoc enim obtinet, nisi actum sit in constitutio-
ne seruitutis contrarium, vel expreſſe, vel tacit-
te. l. iij. §. apud Labeonem. vbi Accurs. Bartol. &
cæteri. ff. de aqua plu. arcend. Rursus id princi-
paliter verum est, non in consequentiam: sicuti
constat ex seruitute oneris ferendi. l. eum debe-
re. ff. de seruitu. vrba. quam qui debet, collapſum
parietem reficere tenetur. l. & si forte. §. & Gal-
lus. ff. si seruit. vend. l. sicuti. §. distant. ff. de seruit.
rustico. Non quod ex prima causa sit, ad id o-
bligatus, quandoquidem principaliter teneatur
pati parietem suum onera aduersarij sustinere
perpetuò. d.l. eum debere. Cæterum quia id fieri
non potest, nisi per subrogationem parietis no-
ui, in locum eius qui collabitur, quod certum sit
parietem æternum esse non posse, in consequens
ad faciendum obligari dicitur.

Sic & in *Luminum* seruitute, ratiocinari pos-
sumus, ut qui eam debet, principaliter teneatur
pati, lumina per suas ædes in meas venire: verum
quia forte id fieri nequit, nisi & ipse quipiam
faciat, ad factum in consequens obstringatur.
Nec ob id dicemus, ex seruitutum natura quic-
quam immutatum, cum in omnibus ferme iuris
partibus, quæ principaliter prohibita sunt, in
consequens permittantur. l. j. l. quod dicimus. ff.
de autho. tut. l. si is qui duos. ff. de liberat. legat.

Tertio quod seruitus *Luminum*, amplior sit, &
plus virium habeat, ex eo vel maximè liquet:
quod per eam simpliciter, & indeterminate, lu-
mina constituuntur, per seruitutem vero, *Nel-
minibus*, determinatè, ne scilicet illis officiatur.

Disposit

*Prohibita
principali-
teri & cose
quentiam
permittu-
tur.*

26 Dispositio autem † simplex , & indeterminata, fortior est & magis præindicat, alia quacunque determinationem certam , ex tempore , re, fortior. persona , aut loco accipiente.l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interr. actio. l. si duo patroni. §. idem Julian. & §. si quis iurauerit. ff. de iure iur. l. j. §. sed videndum. vbi Accur. ff. de success. edict.

Proinde Bart. & alij, in l. nec is. §. hæres. ff. de Repudiās acquir. hæred. Bald. & Salyc. in l. suam. C. de iur. hæredita- delib. docent repudiantem simpliciter hæredita- tē quid cē tem, censeri ius omne quærendi eam , siue ex te- scatur re stamento , siue ab intestato recusare : tametsi ex pudiare. testamento repudians, non intelligatur omitte re ab intestato, qua de re scripsi in L. hæres insti tuta. C. de impuber.

Ne luminibus officiatur.

27 Hæc seruitus, † ex his quæ mox diximus, sa- Ne lumi nis est in aperto. Circa quam tamen illud præter nibus ser eundum non duxi, eam aliquando solam & sim uitus, de pliciter imponi, Ne luminibus officiatur, Nonnun clarata. quam coniungi seruituti altius non tollendi. Id que dupliciter, vel copulatiuē, veluti si consti tuis mihi seruitutein Altius non tollendi, & Ne lu minibus officiatur : Vel per modum causæ sine co pulâ, sicuti si imposita sit in hunc modum seruitus, altius non tollendi, ne luminibus officiatur. l. hæc autem. ff. de ser. verb.

Primo casu hoc continet seruitus, ne lumina vicini obscuriora quoquo pacto fiant : vnde quodcunq; sit, ad luminis impedimentum, prohiberi potest. l. inter seruitutes. ff. de seruit. vrba. Adeò

Ad eò ut si arbor plantata, & posita sit, cum efficiat quominus cœlū possit videri, aduersus impositam seruitutem fieri dicatur. l. si arborem. ff. de seruit. vrba. licet secus in seruitute altius non tollendi, quam qui debet, tamē si altius non possit extollere ædificium: arbores tamen plantare, & viridaria super eam altitudinem habere potest. l. quod autē. & l. ædificia. ff. de seruit. vrban.

Altero casu cum constituitur copulatiuè *altius non tollendi*, & *Ne luminibus officiatur*, duæ sunt in effectu seruitutes, quas qui ita debet, nec altius ædificium eleuare potest, etiam luminibus non officiendo: nec luminibus officere, etiā non ædificando, puta plantādo arborem. per primam quippè prohibetur qui debet seruitutem, altius tollere: per secundam verò, officere luminibus. d.l. quod autem. d.l. ædificia. & l. si arborem. ff. de seruit. vrban.

Tertio verò casu, cum vtraque seruitus per modum causæ, sine copula coniungitur. vnica est seruitus, altius non tollendi, quam ideo qui debet, vicini lumina poterit obscurare, plantando arborem super eam altitudinem, cùm non propterea facere dicatur, contra impositam seruitutem altius non tollendi. d.l. ædificia.

Nec quicquam facit, quod hæc arboris plantatio sit contra seruitutem *Ne luminibus*: cum adiectione illa, *ne luminibus*, non censeatur eiusmodi seruitus imposta. sunt quippè ea verba adiecutat na*Et*a per modum causæ, & accessorijs, quo circa nō turā prin*ipal* propria seruant naturam, sed à principali dipal*is*. Ipositione regulantur. l. ex pupillari. ff. de vulg. l. 1j. ff.

iij. ff. de pecul. legat.

28 Sed nunquid † qui eam seruitutem *Ne lumenibus* debet licet obscurare lumina nequeat, saltē solem auferre possit, plantando puta arborem? Et interpretes ad vnum omnes existimāt, posse, nisi sol prædio dominati necessarius esset. d. l. si arborem. Quo loco Ang. exempla adfert locorum, qui solis habēt necessitatē. veluti inquit, si tam vmbrosus, & opacus esset, vt sine fulgore solis, habitari non posset. Aut quia seruitus eo in loco, alicuius artificij gratia, quod non poterat nisi calescēte sole exerceri, cōstituta fuit, veluti pannorū, lanarum, aut pellium curandarum causa, non enim probè hæc curantur, nisi in sole siccescant.

Hanc seruitutem præterea si quæsiisset Diogenes † Cynicus, qui Alexandrum illum magnum & inuictum, se rogantem, vt si qua sibi præstari vellet, indicaret, ne solis lumen auferret, in hæc verba secedere iussit. *Mox de ceteris interim, velim à sole mihi non obstantes.* non potuisset vicinus qui seruitutem debuisset, solis lumen tollendo vmbra facere, vt Flori. & alij scribunt. Ego † de hac omnium sententia dubito, quandoquidem impedit proculdubio lumen, qui solem aufert. quod autem fit ad luminis impedimentum, prohiberi potest. l. inter seruitutes. ff. de seruit. vrb. Et quoniam qui seruitutem *Ne lumenibus* debet, tollendo solem, contra impositam seruitutem facit. Promittit enim qui id genus seruitutis imponit, nō officere luminibus: & ita non reddere viçini lumina obscuriora, quām sint tempore seruitutis constit

Diogenes
ad Ale-
xandrū.

cōstitutæ. l.luminū. & l.inter.ff.de seruit.vrb.miu
nit autē lumina, qui ex loco lucido,claro,& so
lis pleno, vmbrosum, opacū, & tenebrosū facit.

Præterea qui eam seruitutem debet, arborem
ponere nequit, vt lumini officiat. d.l. si arbore.
in princip. in qua tamen esse non potest tāta fron
dium, aut foliorum densitas, vt impedian tur in
vniuersum radij solis, quominus in vicini domū,
quoquo modo veniant: multominus igitur
poterit quicquam fieri, quo in totum sol aufera
tur. Nam cui quod minus est nō licet, quod plus
est licere non debet.c.cum illorum.de senten. ex
com.c.cum in cunctis. de elect.

31 Nec me mouerit alle. l.si arborem. † quæ non
Not. sens. simpliciter dicit solē auferri posse, sed ita si locus
ad l.si ar- dominās talis sit, vt ei gratum sit, id est utile, cō
borem. modum, iucundum, & optatum, solem non ha
bere. Quo casu fateor, qui solem tollit, non face
re contra impositam seruitutem, cum fundū do
minantem meliorem reddat.d.l.si arborem. veri
per contrarium.

Ad hanc seruitutem postremo notabis, quod
si simpliciter imposta sit, intelligitur tā de præ
sentibus, quām de futuris luminibus:nec vñquā
ad præsentia lumina constringitur, nisi consti
tutio seruitutis, cum expressione verborū præ
sentis téporis, facta fuerit.l qui ædificium.cum l.
seq.ff. de seruit.vrb. Quare si seruitutē illam,
luminibus meis officiatur, ædibus tuis imposueris,
Explana- & postea sustulerim ædificium, non poteris lu
mina noui ædificij obscurare.
Explan- l.nō mo
dus.

Cui sententiæ tria fortiter obstant, quæ mihi
alias

alias in circulis opponebantur. Et imprimis. l. non modus. C. de seruit. & aq. vbi cōstituta seruitute aquæductus ad prædiū meum, si postea alia prædia vicina quæsierim, non possum ad ea aquā ducere te in iusto. quia inquit Imper. non modus prædiorum, sed seruitus terminum facit.

Deinde quia obligatio respectu certæ rei contracta, re illa crescēte, nō augetur. l. rutilia polla. ff. de contrah. empt. l. si tibi mādauero. §. is cuius. ff. mand. l. certa forma. de iur. fisc. libr. x. C.

32 Tertio illud generale: dispositio \ddagger simplex nō *Dispositio* trahitur ad futura. l. iij. §. illud. ff. quod quisqu. *simplex* iur. Quod locū in omni materia sibi vendicat. nō trahi. In contractibus, in rescriptis. c. fin. de rescrip. in *tur ad fu-* priuilegiis. c. ad audientiam, de eccles. ædific. In *tura*. iuramento. c. ij. de renunciat. c. clericus. de iure- iur. In delictis. l. eius qui. §. j. ff. de test. & d. §. is cu- ius. denique in ultimis voluntatibus. l. si ita. ff. de auct. & arg. leg. in quibus tamen latissima fit in- terpretatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. c. cum dilecti. de donatione.

Paul. Castrensis ex Petri sententia in d. l. non modus. aliud censet obseruandū, in seruitute, *Ne luminibus*, in qua potest præuideri, fenestras alias extrui posse: quam in *Aquæductu*, quem qui de- bet, præuiderere nequit, dominum fundi dominā- tis empturum prædia vicinorum, meritò de il- lis constituens sensisse non videtur.

Hinc post Petr. inferens, ad simile de mona- chis alicuius monasterij, quibus legata est certa frumenti aut vini quantitas, cuiilibet puta mo- dius tritici, aut amphora vini: neque enim debet augeri

augeri præstatio, licet numerus qui præuideri non potuit, augeatur. l. si cum meus. ff. si seruit. vend.

Ego quoniam hæc dissolutio nec saporis, nec coloris quicquam habet, eam audacter respuo. quid enim si prædia habuisset à patre? hoc enim præuiderat, cum filius paternorum bonorum quodammodo dominus sit: l. in suis. ff. de lib. & posth. & si filius, vt Paul. dicebat, ergo hæres. & tamen hoc etiam casu obtinet. d. l. nō modus. & d. l. qui ædificium. & d. l. si seruitus.

33 Dicebam aliás noua ratione. d. l. non fmodus. *Not. sens.* rectè perceptam non pugnare. neque enim repe-
ad l. non rio ipse diuersum in seruitute *Aquæductus* con-
modus. stitutum, quām in seruitute, *Ne luminibus*. Nam quemadmodum imposita aquæ ducendæ serui-
tute, ad certum fundum, acquisitis postea præ-
diis, ea seruitus non debetur: ita in seruitute,
Ne luminibus existimo, vt ædibus nouè quæsitis
non debeatur.

Nec l. qui ædificium. cum l. seq. cōtrarium di-
cunt, sed illud tantummodo docent, quòd si in
ædificio, cui vicinus seruitutem *Ne luminibus* de-
bet, fenestræ aliquæ de nouo factæ sint: futuris
quoque luminibus cautum videatur. Idem au-
tem arbitror statutum, in seruitute *Aquæductus*.
nam si fundo meo eam debeas, & fundus succes-
su temporis post constitutam seruitutem, pin-
guior & melior factus sit, ita vt maiore aqua in-
digeat, huic quoque futuro euentui prospectum
videtur: vnde aqua ad totum fundum dominan-
tem necessaria, duci poterit. Non enim modus
præd

p̄diorum, sed seruitus terminum facit. d. l.
non modus.

34 Ex his † responsum quoque puto ad illud ge-
nerale, obligatio respectu certae rei contracta,
35 non augetur re illa crescente. † Nam fateor,
vbi crementum illud extrinsecum esset, hoc est
extra rem contingens. At si ex re ipsa, crescit si-
ne dubio obligatio, quando non ideo accessisse
rei quicquam dicatur. l. vicinus. §. lacus. ff. de
aqua plu. arcend.

Sicuti in alimentis, infanti in cunabulis ad-
huc existenti relictis, eo quippe tempore succo
solo materno, hoc est lacte nutriebatur: at pro
xtatis incremento, alimenta quoque crescunt. l.
cum vnuſ. §. fi. ff. de alim. & cib. leg.

Etenim incrementa intra rem contingentia,
non faciunt rem censeri diuersam: quippe cuius
rei species eadem consistit, eadem quoque res es-
se existimatur. l. proponebatur. ff. de iud. vnde
non aliis est homo cum adoleuit, quam cum in-
fans erat. l. inficiando. §. infans. ff. de furt.

Quæ omnia non incommodè produci pos-
sunt ad antiquam illam quæſtionem Franc. Ac-
curs. de Episcopo qui communitati promiserat

36 tueri † pontem. In quem vt vel extolleretur, Pontem
vel elongaretur, excrescente postea aqua, non- qui tueri
nihil expendere necessum erat. Quæſtionis fuit debet, an
an eiusdem Episcopi impendiis faciendum es- aqua cre-
set. Et per superiora responsum est, vt si in altum scente te-
creuerit aqua, teneatur Episcopus: si in latum, neatur.
non teneatur. Differentiæ ratio est: quia hoc in-
crementum extra rem est, cuius ratione non cre-

scit obligatio: Illud intra rem, in quo diuersum statutum, ex prædictis intelleximus. Salyc. in d. l. non modus.

Prospectus.

37 *Prospectus seruitus.* Agamus tñc de seruitute *Prospectus*, ad quam imprimis sciri volo: Doctores communiter confundere seruitutem *Prospectus*, & Ne prospectu officiatur, cum tamen inter se, longè, latèque dissentent. Quod nec Azo ignorauit, qui in rub. C. de seruit. & aq. ita *Prospectus* seruitutem interpre tatur, vt qui prospectum mihi debet, non hoc debeat, vt cœlum videam, sed vt fenestra, aut alio quouis foramine, lux & diei claritas, ad me perueniat. Quare qui lumen habet, quia cœlum videre potest. l. lumen. ff. de seruit. vrb. proculdu bio prospectum habet, non è diuerso.

Et quia inquit Azo, is cui debetur prospectus, minorem sentit commoditatem in fruendo, quam cui debetur lumen, maiorem habet potestem in prohibendo, ne vicinus quicquam faciat, quod noceat ad grauiorem prospectum, & liberum. cum tamen is cui lumen debetur, queri non possit, si ei quicquam fiat, quod noceat ad liberum prospectum, si tamen cœlū videri possit. Qui enim minus habet, minus offendi debet: & qui plus habet, plus offendi potest. Hæc Azo.

38 Cuius verba tñ suppresso autore, transcriptis Acc. in l. inter seruitutes. ff. de seruit. vrb. Illicq; Doctores inferunt, vt si quis vnius sacerdotij, seu beneficij, duntaxat collationem habeat, non contineatur illud in generali impetratiōne in for

forma pauperum obtēta. Qui tractatus propriè pertinet ad c. si pro clericis de præben. in vj. ponit Archid. in c. j. de conceſ. præb.

Cæterum quæ ab Azo. Accur. & aliis traduntur, mera sunt fomnia. Nec enim verum est, eum cui seruitus *Prospectus* debetur, prohibere posse ne gratior, & prospectus liber impediatur: hoc enim est in seruitute ne prospectui officiatur. d. l. inter. Præterea qua ratione dici potest, maiorem esse potestatem eius qui minus ius habet, minorisq; est authoritatis?

Deniq; non intellexit Azo, quid esset hæc seruitus. nec enim conuenit vt dicamus, *Prospectus* + seruitutem in eo consistere, vt luciditas illa & claritas diei, per foramen aliquod ad me perueniat. Quocirca tu clarius dic, eum prospiciendi seruitutem habere, qui ius habet prospiciendi, & spectandi in prædium vicini. Et ita Theophilus interpres Græcus exponit in §. æquæ. de actio.

*Azonis
lapsus.*

*Nova ex-
positio ser-
uitutis pro-
spectus.*

Ne prospectui officiatur.

40 Est præterea seruitus, + *Ne prospectui officiatur*. *Ne prospe* quam duplicitur deberi posse, Scriptores tradūt. *Elii offi* Primo in genere, non contracta ad certum locum, ser*ciatur, ser* cum, sicuti cūm constituta est seruitus, *Ne pro* *pectui domus meæ officiatur*. Quo casu vicinus prospectum præstare mihi debet, non solum ex parte superiore, hoc est vt cœlum videri possit: sed etiam ex inferiore, vt videre possim arbores, nemora, lucus, viridaria, & alia loca amœna, circum domum meam posita.

Prospectus quippè est, non ex superioribus

modo locis, sed & ex inferioribus: licet lumen, ex supernis duntaxat. I. lumen. ff. de seruitu. vrb. Qua ratione intellectu difficile non est, longe plus esse, in seruitute *Ne prospectui*, quam in *Ne luminibus*. d. l. inter. quam Accur. & cæteri intellexerunt, in terminis de quibus agimus, quando scilicet seruitus *Ne prospectui*, generaliter esset constituta.

Imponitur secundo in specie: quia coarctatur ad locum vnum determinatè. veluti *Ne prospectui talis fenestræ officiatur*. Et tunc constitutæ seruitutis tempus, spectandum est, vt si eo tempore fenestra prospectum habebat, & ad superiora, & ad inferiora loca ab ea, quæ imposita est generaliter, nihil differat, continet quippe prospectus, non vt cœlum modo videri possit, sed & vt inferiora loca conspiciantur, specteturque, & nihil fiat, quod gratiorem, & prospectum liberum impediat. d. l. inter. & d. l. lumen.

Quod si seruitutis impositæ tempore, nec ex superiore, nec ex inferiore loco prospectū habebat, quia fortasse erat fenestra in ima parte domus, vnde tātum area eiusdem prospici poterat, & paries communis vicinorū in suo statu solūmodo tuenda erit, neque cogi poterit vicinus alium præstare prospectum. Quo casu in seruitute, *Ne luminibus* plus esse, quam in hac *Ne prospectui*, nemo est, inquiunt Doctores, qui non videat.

41 Ego verò, & † breuius, & melius dicendum *Noua de puto*, seruitutem, *Ne prospectui officiatur*, hoc sem-seruitute, per continere, vt gratus sit prospectus, & liber, *Ne prosp* tam ex superiore, quam ex inferiore loco, siue in ge-

in genere, siue in specie seruitus sit constituta. *Et si officiis inter.* Quo loco Iuriscon. adiicit in hac seruitute, quem plus habere, quam in *Ne luminibus*, nio. cum in hac seruitute, *Ne prospectus offendatur*, obici nihil possit ad gratiorem prospectum, & liberum. In seruitute verò, *Ne luminibus*, illud tantum, ne obscuriora lumina fiant.

Nec mihi vlo modo placet, quod tradunt interpretes de fenestra, ut si talis sit, quæ nec ex superiori, nec ex inferiore loco, prospectum habere possit, ibi sit seruitus, *Ne prospectui officiatur*. Cum enim nullus sit ibi prospectus, dici non potest seruitutem eiusmodi impositam, cum non entis nullæ sint qualitates. l. eius. ff. de reb. cred.

Altius non tollendi.

42 Hæc t̄ propria seruitus est, cum iure communis vnicuique liberum sit ædes suas etiam usque ad cœlum tollere. l. fi. hoc tit. l. fi. §. penul. ff. quod via ut clam. l. cum eo. & l. cuius. ff. de seruit. vrb. latius. C. de ser. & aq. Ad hanc seruitutem duo præcipue notanda veniunt.

34 Primum t̄ plantationem arboris non esse contra eam seruitutem, quam ideo, qui debet, potest arbores, & viridaria quæcumque habere supra eam altitudinem. l. quod autem. & l. ædificia. ff. de seruit. vrba. præd.

Intellige sanè, quando simpliciter esset constituta seruitus, *Altius non tollendi*. Nam si cum ea imposta copulatiuè esset seruitus, *Ne luminibus*, quia finge facta esset constitutio, *Altius no tollendi*,

¶ Ne luminibus officiatur. non modo non posset altius eleuari ædificium, sed nec viridarium haberí, aut arbor poni, quoniam licet non fiat contra seruitutem *Altius non tollendi*, fit tamen aduersus seruitutē, *Ne luminibus.* d.l. ædificia. &l. inter. & l. si arborem. ff. de seruit. vrba.

44 Deinde † annotandi sunt plures casus, qui ædificiis censetur à lege ipso iure imposita seruitus re quando vicino, *Altius non tollendi*, tametsi de eanihil quis prohi c̄tum sit.

beatur. Prior, vbi veller quis ædificare iuxta aream vicini, in qua frumenta conteruntur, & ab ea parte, ex qua sola area ventum habere potest. l. fi. §. fi. C. de serui. & aq. idque frugum fauore, & publicā utilitate suadente, constitutum docent illic omnes. pro quibus tu vide text. in l. i. ff. de nund.

Alter casus, vbi, qui altius tolleret obscurando lumina vicini, nullum sentiret commodum. l. j. §. denique. ff. de aq. plu. arcen. Nec enim probat lex eius factum, qui non vt suum agrum meliorem faciat, sed animo nocendi vicini ius minuit. l. in fundo. ff. de rei vendicatione. l. Seruius. §. si quis nouum. ff. de riuis. Vnde facere opus ad alterius iniuidiam & æmulationem vetuit. l. opus nouum. ff. de operibus public. aggregant plura recentiores in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure.

Tertius casus in hærede, qui obscurare tentat ædes legatas, lumen penitus recludendo. l. binas ædes. ff. de seruit. vrba. Nam si tantum relinqueret luminis, quantum sufficeret legatario, & habit

habitatoribus ad vsum , licet hæredi legatarum ædium lumina obscuriora reddere.d.l.binas. & l.si is qui binas.ff. de vſuſru.

Quartus casus, si excedatur forma, ac status antiquorū ædificiorum , hoc est modus vſitatæ altitudinis.l. qui luminibus.ff. de feruit.vrba. & l.j.C.de ædifi.priuat.de quorū iurium intellectu, præter aliorū sententiā in tertio miscel.lib.scripsi.

Quintus, quando statutum esset in ciuitate, ne vltra certam mensuram tolli posset ædificium quale esse Florentiæ, refert Accurs. in d.l. qui luminibus. & in d. l.j. qua in re anxiè distorquentur Doctores, an ea lex municipalis comprehendant, & liget forensem , sed apud me non tantam exigit controuersiam hæc quæſtio, quando certum sit consuetudinem, statutum, aut aliā quancunq; municipij legem, circa res disponentem, ligare omnes in vniuersum, qui res in illo municipio possident , etiam forenses.l. venditor. §. si constat. ff.com.præd.l.rescripto. §. fi. ff.de mune. & honorib. tales quippè dispositiones res ipsas, non item personas afficiunt. l. j. ff.de fund.dota. l. vnic. §. cum lex. C.de rei vxo.actio. §. j. quibus alie.lic.in Insti.copiosè Bart. & cæteri in l. j.C. de summa trinita.

Stillicidium auertendi.

45 Vt circa † tollenda ædificia duæ sunt seruitutes, altera affirmatiua, *Altius tollendi*, altera negatiua, *Altius non tollendi*, ita circa stillicidiorū auersionem à iurisconsultis duæ referuntur. affirmatiua vna *Stillicidii auertendi*, altera negatiua

stillicidium non auertendi. Est autem stillicidium quid. ne per ignotavagemur, stilla, seu aqua illa è tecto guttatum cadens, ideo sic dictum, quasi stillæ cadium.

stillicidium auertendi seruitus, vt de prima agamus, nihil aliud est mea sententia, quam ius, quo vicinus potest aquam supra tectum suum cadentem in locum vicini auertere, & deriuare. l.j.l.seruitutes quæ in superficie. §. si sublatæ. & §. sequen. ff. de serui. vrbani. §. prædiorum. de seruitu. in instit.

Hæc enim auertendi facultas (vt intelligas) nemini libertatis iure competit: ita quippe liberum est vnicuique in suo ædificare, & facere, vt nihil in alieno immittat. l. sicuti. §. Aristoteles. si seruit, vendice. Quare si nulla imposita tibi seruitute, stillicidium tuum in aream meam auertas, iure te prohibeo.

Circa hanc seruitutem habeto sequentes do-
46 strinas. Prima: † qui debet seruitutem *stillicidij recipiendi*, non potest ædificare in loco vbi cadit stillicidium. l. seruitutes. §. si seruitus. ff. de seruit. vrb. sic enim impediretur usus seruitutis, cui dominus prædij seruientis, impedimento esse nullo pacto potest. l. ædificia. & l. si arborem. illo titulo.

Nec opponas hic tex. in d. l. seruitutes. §. si. vera nanque dissolutio est, quam Accurs. & carelli præfenserunt (quicquid in aduersum euomat Cepol. multū noui, sed parum boni adferens.) vt qui seruitutem debet ædificare possit, modo nō in præjudiciū fundi dominatis, vt quia nō im-
pedi

pediat posterius ædificium, quominus Stillicidium rectè recipiatur, quod apertè sentit Iurisconsul. in d. §. fin. cùm enim neq; publicæ, neque priuatæ vtilitati quispiam nocet, ædificare prohiberi nequit. l. fin. §. fin. ff. de seruit. vrban.

- 47 Altera doctrina: † Qui habet *stillicidij auer-*
tendi seruitutem, nihil agere potest, quo grauior,
& durior fiat seruitus, licet quo leuior sit, pos-
fit. d. l. seruitutes. §. si antea. vicini quippè condi-
tionem meliorem quidē facere possumus, dete-
riorem non possumus, vt illic Iurisc. scribit.

Eo factum, vt qui seruitutem, *Ne luminibus*
 debet, licet lumina obscuriora reddere nequeat,
 locum tamen dominātem opacum, vmbrosum,
 & obscurum, potest pellucidum, clarum, & solis
 plenum, facere: deponendo, puta ædificium, aut
 arboris ramos. l. si arborem. ff. de seruit. vrb.

Sic est in fructuario, qui proprietatis causam
 meliorem facit, deteriorem non. l. sed & si quid.
 §. proprietatis. ff. de vſufruct. In vasallo respectu
 feudi. c. vnic. §. econtrario. de inuest. de re alien.
 fact. in feud. Et in filio & seruo respectu patris,
 & domini. l. seruus. & l. filius. C. de pact. l. nec fi-
 lius. C. de reb. cred.

- 48 Quod † si instes, cur ergo fructuarius nequit *Fruetua-*
 quærere seruitutem proprietati? d. l. sed & si *rius cur nō*
 quid. §. proprietatis. Respondeo, quia dominus *quærat*
 est, & nemo seruitutem acquirit, nisi qui domi- *proprietata-*
 nus est prædij dominantis. l. j. ff. commun. præ- *ti seruitu-*
 diorum. Aut qui legis interpretatione loco do- *tem.*
 mini est, vt pater. l. ex castrense. §. j. ff. de castrensi.
 pecul.

49 Tertia doctrina: extincto + ædificio, cui stilli Extincto cedium auertendi seruitus debetur, seruitus ipsa ædificio an non extinguitur. Quocirca si reponatur in ea- seruitus dem specie, & qualitate ædificium, præstandae extingua- rit denuò. d.l. seruitutes. §. si sublatum. Neque e- tur. 50 nim mutatione + rei seruitutes rerum pereunt, peremptæque, ex æquitate restituuntur. l. eum debere. & l. si testamento. ff. de seruit. vrba. l. & si forte. §. etiam. ff. si seruit. vendic. Tametsi diuer- sum sit in seruitutibus personarum, vt in usufru- etu, qui diruto ædificio interit. l. repeti. §. rei mutatione. ff. quib. mod. vsusfr. amit.

Quod præstat argumentum ad veterem illam
 51 quæstionem de templo, aut monasterio, an + de-
 Monaste- structis funditus muris, sua nihilominus reti-
 rior destru- neat priuilegia, quam Accursius & alij mouent
 eto an pri- in lege, sicut. §. finali. ff. quod cuiusque vniuersi-
 uilegia co tatis. Innocen. & alij in cap. cum ex iniuncto de-
 seruentur. no. oper. nuntia. tandem concludentes post re-
 stitutionem frui monasterium omnibus priuile-
 giis, quæ ante habebat. arg. d. §. si sublatum. Inno-
 in c. cum olim. de ver. fig. Si tamen (intellige) in-
 iuria, & de facto destruatur incursu, puta ho-
 stium, secus si de iure, autoritate, puta superio-
 ris. l. si vsusfructus ciuitati. ff. quib. mod. vsusfr.
 amit. Inn. in d. c. cum ex iniuncto.

Hic libenter quæsierim differentiæ rationem
 inter personales, & reales seruitutes, cur illæ mu-
 tatione rei extinguantur, hæ non. Sunt qui di-
 cant repositum ædificium in seruitutibus re-
 rum, in eadem specie & qualitate, idem esse cum
 primo, quemadmodum de legione, populo, &
 naui

nau Alphenus scripsit. l. proponebatur. ff. de iud. non item in seruitutibus personarum, sed cum non adferant hac in re quoque diuersitatis causam, cur in seruitutibus personalibus, repositum ædificium, non idem cum primo, sicut in seruitutibus rerum censeatur, explodenda est hæc solutio.

Floria. aliam pungit, quia, inquit, seruitutes personarum facilius amittuntur. l. corruptionem. C. de vſufru. verum. Sed neque hæc consideratio tollit difficultatē. nā de hoc agimus, hoc in dubium reuocatur, cur in hac specie facilius amittantur, cū in vtraque eadem videatur ratio.

Tu considera, si præter Doctorum sententiam, potest altero de duobus modis tolli hæc difficultas. Primum, vt dicamus, quòd t̄ cum vſusfructus pars sit dominij, & in omnibus ferme iuris partibus, ad instar dominij reguletur. l. iiiij. ff. de vſufruct. emolumenntum quippe totius rei continet. l. Mæuius. §. fundo. ff. delegat. ij. amissus re extincta, per repositionem ædificij, non restituatur, cum dominium amissum solo factō sine contractu præcedente, non retransferratur. l. clauibus. ff. de contrahen. emp. l. traditionibus. C. de pact. Seruitus autem *stilicidij*, aut altera realis, neque dominium, neque dominij, pars est, sed ius in re duntaxat, quod ad instar dominij regitur, proinde non extinguitur, aut extincta facile restauratur. Qua ratione vſus est in simili Iurisconf. in l. cum filius. §. dominus. ff. de legat. ij.

Potest secundò, & melius dici, quòd t̄ quemadmodum

Nova consideratio.

ad

admodum interit *vsusfructus*, sublato ædificio,
 ita etiam realis seruitus extinguitur, cum non
 habeat subiectum, in quo consistat. & hoc vult
 textus appensus fideliter in d. §. si sublatum. dum
^{No. intel-} dicit vtilitatem publicam exigere, vt repositum
^{et. ad §.} ædificium, idem intelligatur. His nanq; verbis,
^{i sublatu.} significat Iuriscons. quod licet subtili, & stricto
 iure interierit *stillicidij aduertendi* seruitus diruto
 ædificio. quia tamen reipublicæ interest, vrba-
 nas seruitutes non extingui. l. hæc autem. ff. de ser-
 uit. vrbani. Accurs. in l. sed an viæ. ff. de pignori.
 hac fictione, & æquitate conseruatur, quia lex
 interpretatur, & fingit repositum ædificium in
 eadem specie, & qualitate, propter omnimodam
 similitudinem, idem esse, cum primo, licet vere
 non sit.

⁵⁴ Nec idem † dicendum in *vsufructu*, in quo
 vtilitas publica non potest vlla considerari, sed
 solummodo priuata, atq; ideo fictio locū habere
 non potest, æquitate nō subsistente. l. sciendū. ff.
 ex quib. caus. maior. Bart. & cæteri in l. si is qui
 pro emptore. ff. de *vsuc*. Et hæc est veritas.

⁵⁵ Quarta doctrina, † Qui cum seruitute *Altius*
^{illicidij} *ruitus* *aliter* *mitta-* non tollendi, debet seruitutem *stillicidij recipiendi*,
 illam remittendo, in hac non sibi præiudicat. l.
 si domus. ff. de seruit. vrb. præd. Etenim quando
 plura, & diuersa iura vni competunt, uno repu-
 diato alterum non tollitur. l. j. §. sed videndum.
 ff. de success. edict. l. si prius. in princip. ff. de aqua
 plu. arcend.

Ergo secus vbi vnica seruitus *stillicidij recipien-*
di, deberetur, quam habens, si permittat ædifica-
 ri in

ri in loco seruiente, eam amittit. I. si stillicidij ff. quemadm. seruit. amitt. Nam alioqui concessio inutilis esset. Potest quippè, qui debet seruitutē *stillicidij recipiendi*, in uito domino prædij dominantis ædificare, modo stillicidium rectè recipiat. I. seruitutes. §. fin. ff. de seruit. vrb. Debet autem verba remissionis non nihil operari. I. si tam angusti. ff. de seruit. I. si quando. ff. de leg. j.

Hac ratione dicunt Accurs. & Doct. quod si in specie. d. I. si domus, primo remitteretur *stillicidij immittendi* seruitus, censeretur quoq; remissa *altius non tollendi*, cum non possit remissio aliter effectū habere, ut scilicet vicinus stillicidia non recipiat, nisi altius tollat.

56 Quod pace omnium dictum sit, † verum non *Nova op*
est, quo circa semper putaui decipi, & toto cœ-
lo errare Accursium & cæteros, cum possit esse
Altius non tollendi seruitus, remissa etiam seruitute
stillicidij immittendi. Tenebitur quippè, qui remisit, stillicidium aliò auertere, In locum, puta
proprium. Et si poterat esse ab initio sola, cur
non ex postfacto?

Cum igitur remisso uno iure, aliud diuersum
non intelligatur remissum, aut sublatum, vt pro-
bauimus: vero verius existimo, *stillicidij immittendi* seruitute primùm remissa, non ideo seruitutem
Altius non tollendi sublatam censi. Alio-
qui resultaret maxima iniquitas, vt cum remit-
tens eo fortasse motus fuerit ad remittendum
quod nihil eius interesset, stillicidium recipi à
vicino. plurimum autem expediret, ne altius tol-
leretur, vt ne puta suis officeretur luminibus, si-
ne fact

ne facto suo , & contra volūtatem iure proprio priuaretur. Quod quām à bono , & æquo sit alienum, est qui videat nemo.

Stillicidij non auertendi.

Interpretantur doctores ita hanc seruitutem, vt sit ius, quo stillicidium supra locum + vicini cadens, in proprium quis auertere prohibetur. & quoniam exploratum habent, seruitutem constitui non posse, nisi intersit. l. quoties. hoc titul. vt autem stillicidium in domum meam cadens, non auertatur, nequaquam mea interest, immo maximè est damnosum.

Considerant casum, quo expedit mihi stillicidium tuum non auerti, sed in domum meam potius cadere propter cisternam, puta, quæ aqua ex tecto tuo fluente commodissimè implebitur. Accur. in l. j. ff. de seruit. vrba. Aut propter prata, & viridaria, quæ iuxa domum tuam habeo. ea etenim irrigari mihi expedit.

Ego verò, quoniam hi casus perrarò continent, nec responsis iurisconsultorum conueniunt, alio modo hanc seruitutem declarandam censeo, idque Theophilo nobis applaudēte, + vt sit ius, quo vicino prohibet vicinus, ne in suum stillicidium auertat.

Hoc autem, ne credas libertatis iure competere, ita explicandum est, vt si primùm habeas seruitutem auertendi in Aream meam, stillicidium deinde concesseris mihi, ius deinceps non esse tibi auertere, habere tunc dico seruitutem stillicidij non auertendi. Quod ius non habeo

57
stillicidij
non auer-
tēdi serui-
tus.

58
Noua de-
claratio.

ex libertate naturali, vtpote, ea per primam & contrariam seruitutem *stillicidij auertendi*, funditus extincta, sed ex seruitute imposta.

Tigni immittendi.

Diffiniebam aliâs ita hanc seruitutem, vt sit
 59 ius, quo † *vicinus potest in parietem vicini tigna immit-* *Tigni im-*
tere. l. j. ff. de seruitut. vrba. præd. §. prædiorum. *mittendi*
 de seruitu. in Institu. *seruitus.*

Ad quam priusquam vltierius progrediamur,
 sciendum quid *Tignum* sit, quidque *tigni* appella⁶⁰tione veniat. Est igitur *tignum* ligni mate-
 ria ex qua apte disposita ædes extruntur. † Sunt *Tigni.*
 etenim *tigna* propriè træbes, quæ compactæ, æ-
 dificium faciunt, à tegendo dicta, quod his sum-
 mitas domus contegatur. l. j. §. j. ff. de *tig.* iniunct.

Quo factum est, vt latiore interpretatione,
 omne genus materiæ, ex qua ædificia constant,
 Iurisconsulti *tigni* verbo intellexerint. l. *tigni.*
 ff. ad exhib. l. *tigni.* ff. de verb. signific. adeò vt te-
 gulæ, lapides, cæmenta, calx, arena, cæteraque, si
 qua sunt ædificiis vtilia, vineisque necessaria, *tig-*
næ appella⁶¹tione contineantur. d. l. j. §. j. ff. de *tig.*
 iniunc.

His apertus fit sensus l. x i i. tabul. cuius ver-
 ba † Festo Pompo. referente hæc erant, *Tignum*
inunctum ædibus, vineæve vendicato, nec soluito. l. qui
 res. §. fin. in fin. ff. de solutio. Denique inquit
 illic Iulius Paul. lex xij. tabul. *tignum ædibus*
inunctum vendicari posse sciscit. sed interim
 id solui prohibuit, pretiumque eius dari vo-
 luit. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rer. domi.

L. xij. tab.
exposita.

Dein

Deinde sciendum, non licere alicui iure libertatis quicquam immittere in ædes vicini, vnde ut liceat, imposita seruitus esse debet. alioqui non liceret. in suo enim vnicuique, ita hactenus licet, quatenus non immittit in alieno. l. sicuti. §. Arist. ff. si ser. vend. l. quemadmodum. §. j. ff. ad leg. Aquil. Quid autem sit immissum propriæ, & in quo à proiecto differat. in iij. Miscel. lib. copiose docui. Cæterum nunquid immissum, aut proiectum, in meo possim propria autoritate tollere, & recidere, quam verbosè Doct. examinant tu ad claram resolutionem sequentes regulas constituto.

62 Prima: † immissum, aut ædificatum in meo, licet mihi recidere, & destruere propria authoritate. l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad l. aquil. l. si vitem. §. si quis ianuam. ff. quod vi aut clam, veluti aqueductum per domum meam, citra servitutem traiectam, possum meo iure sine iudice intercidere. d. §. si protectum.

Ratio, quia quod in solo meo, etiam ab alio, & ex aliena materia ædificatum est, solo cedit, & ita meum fit. l. adeò. §. ex diuerso. ff. de acquir. rer. domi. §. ex diuerso. de rer. diuis. in instit. quapropter destruendo, nemini iniuriam facere videor, cum tollam, quod meum est. l. si in area. ff. de condic. indeb. rebus nanque meis vti, vel etiam abuti, licet. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred.

63 Obtinet autem regula, † etiā si immitteretur in re cōmuni, hoc est cuius dominium ad immitterentem quoque pro parte pertinet. l. sed si inter. ij. resp.

resp. ff. de seruit. vrb. cùm in re communi melior sit conditio prohibentis. l. Sabinus. ff. communi diuid. Quod si immisum tollere, & ædificatum destruere quis potest, multo magis prohibere immittere, aut ædificare volentem. d. l. sed & si inter. §. fin. & l. in re communi. ff. de seruit. vrb. l. an vnus. §. fi. ff. de serui. rustic. Solet quippè dici, facilius impediri faciendum, quàm iam factum tolli. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui.

Intellige hæc, nisi socius re cōmuni ad vsum destinatum vteretur: vt quia paries esset ad sustinenda vtriusque socij vicini onera destinatus, tunc enim tignum immittens parieti idoneo, non potest prohiberi. l. si ædes. ff. communi diui. l. si fratres. §. itē Mela. ff. pro soc. bellissimè Ang. in l. quidam Hiberus. ff. de seruit. vrb.

Tempera, primò regulam, vt procedat, si possideam, nam me non possidente, secus foret dicendum. Potestas enim illa destruendi, in dominij, & possessionis, cōmodo, in vniuersum fundatur. Bart. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nuntia. Quo loco adiicit satis esse si vel naturalem, vel ciuilem possessionem habeam. Vnde tametsi ædificans detineat, vel etiam possideat naturaliter, ego verò dominus ciuiliter. Aut per contrarium naturaliter ipse possideam, ille ciuiliter. Omni casu in meo ædificatum, in meo tolle re, proprio iure potero. l. v. sufructuarius nouū. j. & ij. ff. de vsufructua. l. si seruus. C. quod cum eo.

Præterea, quod spectat ad dominium utile, sufficit: quo circa emphyteuta in re emphyteuti-

carya, exædificatum sua autoritate destruet. l.
in prouinciali. §. si ego. ff. de no. oper. nuntiat.

Tempera secundò, vt non procedat, fauore
religionis. l. ossa. ff. de religios. & sumpt. fun. vbi

64 ossa ab alio † illata in sepulchrum meum, non
Religionis possum meo motu, & iure eruere. alioqui iniu-
fauor. riarum actione potero conueniri. Hinc singu-
lariter infert Alexand. in d. §. nuntiatio. quod
si quis ædificaret in meo solo templum, nō pos-
sem mea autoritate ædificatum recidere. Idque
laſ. sequitur, & ratione confirmat: quoniam si
pro constructione ecclesiæ dominus solum suum
vendere cogitur. l. si quis sepulchrum. ff. de reli-
gio. multomagis potest cogi pati, vt cœptum
facelli, aut templi ædificium duret.

Ego verò hanc declarationem in vniuersum

65 damno. † neque enim vult religio fauorem ali-
Noua op̄i- quem sibi vendicare cum alterius iniuria. c. qui-
nicio. cunque. xvij. q. iiiij. Et quia magis fauetur priu-
to prohibenti, certantique de damno vitando.
quam piæ causæ. Bar. & cæteri, in l. j. in principi-
vij. q. ff. de no. oper. nunt.

Ad l. ossa. nouè respondeo, & verè, vt loqua-

66 tur † in sepulchro, in quod illata ossa, non pos-
Exposita sum tollere, quia propriè dominus nō sum: cùm
noue. l. os- dixerit Vlpia. sepulchranostrī domini j. non esse
ſa. l. j. ff. si seruit. vend. Ut autem quis immissum re-
cidere possit, aut ædificatum destruere, duo illa-
sunt necessaria, & pro substantia desiderata, vt
scilicet quis sit & dominus, & possessio, sicuti
palam fecimus, ex Bart. in d. l. j. §. nuntiatio.

Nullius præterea momenti est laſo. confirma-

tio. quod enim nonnunquam quis vendere cogatur, ut in casu d.l si quis sepulchrum, hoc est a praefide, & magistratu, ut illic monet Vlpia nos agimus, cum priuatus sua autoritate ædificat.

57 At verò † dixerit quispiam religionis, & ecclesiæ, fauore constitutum, ut ædificium solum rapiat, cedatque templo constructo. Glo. & Archid. in c. Apostolicus. xij. q. ij. Specul. in titu. de empt. & vend. §. tertio loco. l. intantū. vb1 Fulg. ff. de rer. diuision. Hoc enim nobiscum non pugnat, tum quod agatur tunc de ædificio extructo in loco proprio, non alterius, tum quod solum ab ædificio duntaxat consummato, fauore religionis capiatur, non autem a cœpto, de quo nos agimus, dicimusque eum qui incœpit prohiberi posse.

Postremò temperada est regula nostra, ut obtineat, quando quis recte ædificaret in meo, seclusi in suo, tametsi naturaliter immitteretur in meo, veluti si arbor plantata in tuo radices egredit, quæ propagatae protendantur in meo: tunc enim radices recidere mihi non licebit, sed utili interdicto de arboribus cædendis agendum. l. §. plures. §. si arbor. ff. arbor. furt. cæsar. l. j. C. de interdi. aut cum interdicta hodie in usu non sint, actione in factum speciali in locum cuiuslibet interdicti subrogata. §. si de interdict. in Institu. *Interdicti de arbori-* agendum erit.

68 Quæ tamen † secundum naturam interdicti bus cædere arboribus cædendis accipienda sunt, cuius dis duo ca duo sunt capita, priore prouidit prætor, ut si pita.

arbor ex ædibus tuis in ædes meas impendeat, de ea adimenda agere possim, atque ita, ut eam adimendi prius detur tibi facultas. Quod si non facias, mihi adimere volenti vim fieri prætor prohibet. quare si velim, mihi liberum erit, eam succidere, lignaque tollere.

Altero capite succurrit prætor ei, in cuius agrum ex agro vicini arbor impedit. nam si per vicinum stat, quominus pedes quindecim à terra eam altius coercent ei, in cuius agrum impendet, quominus ita coercent, lignaque sibi habere liceat, vim fieri vetat. Quod idcirco effectum est, ne umbra arboris vicino prædio noceret. l.j. in princip. & s. ait prætor. & §. deinde. ff. de arbo. cædend.

Ex quibus non difficulter cognosces utriusque capitum differentiam, quam Ulpianus eo loco tradit in §. fin. nā si arbor ædibus impendeat, succidi eam præcipitur. Si vero agro usque ad quindecim pedes tantum à terra coerceri.

Ratione prioris capitum esse puto, quod multis nominibus arbor impendens ædibus nocua esse possit ob causam imprimis luminum, obscurat siquidem domum, & efficit arbor, ne cœlum videri possit. l. si arborem. ff. de serui. urba. præd. Deinde aquæ pluviæ, quæ ex arbore guttatum distillans, parietibus, & tecto, nocere quotidie potest, præterea radicum excrescentium, quæ fundamenta ædium vitiare, & temporis successu funditus euertere possunt, proinde tota arbor succidi præcipitur.

Alterius vero capitum ratio in §. deinde. d.l.j.
scri

scripta est, ne vmbra prædio vicino noceat, quæ sola agro, & frugibus terræ obesse valet, auertit nempe solem, à quo cuncta vegetantur. Folia verò cadentia nutriunt, & impinguant agrum, ut ei noceat, tantum abest: vnde vitiū vmbrae, quia expurgari sufficit, satis esse legislatori visum fuit, sit rami per quindecim pedes à terra circunciderentur. Sed ad seruitutē nostram redeūdum.

69 Altera regula: † Proiectum in domū meam non licet mihi propria autoritate recidere. l. quemadmodum. §. j. ff. ad legem Aquil. vbi differentiæ rationem scribit Vlpi. inter Proiectū & Immisum. cur hoc non illud liceat præcidere, quia inquit, qui protexit, in suo fecit, neq; enim in alieno requiescit. l. malum. §. inter. ff. de verbo. signi. Qui verò immisit, fecit in alieno.

Oneris ferendi.

Potest hæc seruitus ita finiri, vt sit ius, quo colūna, paries aut aliud edificium, sustinere debet onera vicini. l. eum debere. ff. de seruit. vrba. l. sicuti. §. distant. ff. si seru. ven. In qua illud præcipue agitant scriptores, † an qui eam debet, rem onus sustinētem (quæ vetustate fortasse collabitur) teneatur reficere. Et existimant omnes, quod sic d. l. eum debere. & alle. §. distant. & l. & si forte. §. etiam. ff. si ser. vendi.

Oneris ferendi seruitus.

Sed obstat, quia propria seruitutum natura ea est, vt dominus prædij seruientis ad patientiam duntaxat ad factum nullo modo teneatur. l. quoties. §. fin. hoc tit. l. potest. ff. com. prædio. l.

j. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. Vnde nec qui debet seruitutem *Tigni immittendi* (quæ tamen non modicam habet affinitatem cum seruitute oneris ferendi) tenetur reficere. d. l. & si forte. §. j.

Dissoluunt ita argumentum Doctores, vt
 7¹ + in seruitutibus, quis regulariter non teneatur
 Facere in facere, præterquam in seruitute *Oneris ferendi*. d.
 seruit. quā l. & si forte. §. etiam. Sed non adferunt diuersitatis rationem. Præterea considerandum est, in
 do debitor teneatur. aliis plerisque seruitutibus, idē videri. l. j. §. apud
 Labeonem. ff. de aqua plu. arcen. vbi qui seruitutem debet, fossam purgare tenetur. Et manifestū
 fit in seruitute *Altius tollendi & officiendi lumini-
 bus*.

Ideo tu melius dic, quod per manus traditum est, debentem seruitutem, ad factum non teneri, accipiendum est, prima causa inspecta, & principaliter. nam in consequens ad factum quis teneri potest, vt in seruitute *Oneris ferendi*, in qua principaliter, quis ad factum non obstringitur, sed vt patiatur tantummodo columnam suam, aut parietem suum onera vicini sustinere. At ex quo voluit parietem onera perpetuo sufferre, paries autem æternus esse non possit, nisi collapsus restituatur, in consequens obligatur ad refectionem. d. l. eum debere. & d. l. & si forte. §. etiam. l. sicuti. §. distant. & §. Aristo. ff. si seruitut. vendic. Licent autem pleraque in consequentiam, quæ principaliter prohibentur. l. j. ff. de authorit. tut. l. si is qui duos. ff. de liberat. legat.

Declaratur secundò quod dicimus in seruitibus, quem nō teneri ad factum, vt procedat, nisi in seruitute nominatum actum esset contrarium. l. i. §. aquid Alphenum, vbi Accur. Bart. & alijs text. ita interpretantur. ff. de aq. plu. arcend. Et patet in seruitute *Alius tollendi*. l. j. ff. de seruit. vrb. præd. §. æquè. de actio. in Institut. Ipse tamen in d. l. quoties. j. §. fina. hoc titu. d. §. apud Alphenum. à Doctoribus perperam accipi palam feci. At verò dixerit aliquis obstat. d. l. quoties. §. j. quæ dicit id esse de natura seruitutum, vt quis non ad factum, sed ad patientiam teneatur. Contra naturam autem actus pactum appositum, nihil operatur. l. cum manu sata. §. fina. ff. de contrah. empt. l. si non fuerit. in fine. ff. pro soc. l. Lucius. & l. die sponsaliorum. ff. deposit.

72 Hoc argumentum vt tollas, † considera verius esse naturalia pacto tolli posse, manente nihilominus eodem contractu. l. j. §. si conuenerit. ff. deposit. l. pacta conuenta. ff. de contrah. emp. Nec obstant leges in contrariū allegatæ, in quibus pactiones controuersæ magis ad substantiam cōtractus, quam naturam respiciunt. quod nos alibi fusius attigimus.

Tertiò declara, nisi qui seruitutem debet, illud factum per tantum temporis præstare solitus fuerit: vt eius memoria non existat. d. l. i. j. §. apud Labeonem. ff. de aq. plu. arcen. lapsus quippe temporis vim habet expressi consensus. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æsti. c. super quibusdam. de ver. sig.

Quæ ratio magis concludit, quām probet.d.
§. apud Labeonem: qui non loquitur, quando
prēstitum est factum per tempus, cuius origo me-
moriā excessit, sed de fossa vetere, quæ quādo-
facta esset, memoria non extabat.

Præterea tex. ille nō dicit, eum qui fossam ha-
bet siccandorum agrorum causa, simpliciter &
absolutè, cogi posse, eam purgare, sed alternati-
uè agendum esse, vt vel ipse purget, vel patiatur
actorem ad pristinum statum eam reducere. non
igitur dici potest teneri preciscè, cùm ex alterna-
tiuæ natura electionem habeat.l. plerunque. §. fi-
ff. de iur. dot. l. quod autem. §. si maritus. ff. de do-
na, inter vir. & vxo. Reliqua ad hanc materiam
offendes à nobis plenius paulo tractata in. d. l.
quoties. §. j.

Ad hanc seruitutē *oneris ferendi*, postremò ad-
73 uertendū censeo, t̄ quia prima fronte videtur, eā
nullo pacto differre à seruitute *Tigni immittendi*.
Bar. tamen in. l. sicuti. §. cōpetit. ff. si seruit. vend.
ex significatione vocabulorū differentiā patere
dicit. d. l. eum debere. Hæc enim verba promitto
ferre, aut sustinere onera domus tuæ, hoc impor-
tant, vt ego, qui sum dominus loci seruiētis, ali-
quid faciam. At vbi conceditur facultas, & ius
tigni immittendi, importat concessio, vt domi-
nus loci dominantis faciat.

Hæc fructum habent vberimum, ad excus-
sionem quæstionis à Doctoribus frequenter tra-
ctatæ, si mihi debes seruitutem vt in pariete tuo
trabem immitam, qua sustineatur pars superior
domus meæ, an seruitus huiusmodi dicatur,
Tigni

Tigni immittendi, an verò *Oneris ferendi*. Multū autem interest vtra constituta intelligatur, cùm imposta *Oneris ferendi* seruitute compelli possit, qui eam debet, parietem reficere. Quod si *Tigni immittendi* tigna suscipere tantummodo cogeretur. l. sicuti. §. distant. ff. si ser. vend.

Doctores verissime dicunt, primam causam constitutionis ex verbis inspiciendam, vt si actū sit mihi licere tigna immittere in ædes tuas, vt onera domus meæ sustineantur, cum oneris ferendi qualitas in consequens duntaxat veniat, seruitus sit *Tigni immittendi*. Si verò principaliter actum sit, vt onera domus meæ sufferre tenearis, tametsi in consequētiā veniat tigni immissio, *Oneris ferendi* seruitus erit.

Id ego præter doctores confirmo, ratione imprimis deßumpta ex his, quæ diximus in seruitute *Altius non tollendi*. Cui quandoque coniungitur qualitas illa, *Ne luminibus copulatiuè*, & tunc sit duplex seruitus. si verò simpliciter sine copula, *Altius non tollendi*, *Ne luminibus officiatur*, vnica erit seruitus, *Altius non tollendi*. quia de ea principaliter agitur. sequentia verba, *Ne luminibus per modum causa* duntaxat adiiciuntur.

Et generaliter dicimus in diiudicando contractu, aut alio quoquis actu, præcipuam, primam & principalem eius actus causam, spectandam esse. l. j. §. idem Pomp. ff. deposit. Scriptores latè in l. ij. ff. de reb. cred. Postremò dicerem hic de *projiciendi* seruitute, nisi necessaria ad eius intellectum docuissem, in iiij. Miscellaneo. Quo loco *Projiciendi* inter cætera manifestum feci errare eos, & in seruitus.

excusabiliter, qui putant legislatores de seruitute proiiciendi aquam, vel stercora, loqui absurdum est enim hæc interpretatio: neque verborum proprietati, neque subiectæ materiæ, conueniens: cùm de ædificiis in hac seruitute agatur. l. si quando. ff. si ser. vend.

His expeditas habes seruitutes vrbanas, quæ à Iurisconsultis tractantur. Nec ignoro alias plerasque ab interpretibus conflictas, quas de industria prætereo, tum quod commentitiæ sint, tum quod ex prædictis earum cognitio lectori non admodum obscura esse possit. Dicamus modò 74 de rusticis † inter quas primas sedes tenet.

Itineris seruitus.

Iter, (ne vocabulorum ignoratione decipiatur) † *ius est eundi, ambulandi hominis*. l. j. in princip. ff. de seruit. rust. præ. hoc est ius, quo quis liberè potest ire, & ambulare, non tantum pedes, sed etiam eques, commeare, aut lectica vehi. l. qui sella. & l. inter actum illo tit. Quantæ autem latitudinis esse debeat iter in l. certi generi. §. si totus. usque ad fin. illo titu. doc. Et in esse quæ à testante, aut contrahentibus demonstrata fuit. Quod si prætermissum est, aliter eligi debet, qui determinabit. Ad hanc autem seruitutē *Itineris*, notandæ sunt sequentes doctrinæ.

76 Prima: † cui concessa est seruitus *Itineris*, omnia necessaria facere potest, hoc est ea, sine quibus usus seruitutis nullus esset. l. si iter. hoc titu. l. seruitutes. §. si domo. ff. de seruit. vrb. Et si dominus prædij seruientis prohibeat, confessoria datur

datur. l. loci. §. si quis mihi. ff. si serui. vend. Quod non in *Itineris* seruitute duntaxat obtinet, sed & in alia quacunque. l. refectionis. ff. com. præd. l. veteres. ff. de itiner. actuque priuat. Modo id impensis eius, cui debetur seruitus fiat. l. & si fortè. §. & Gallus. ff. si ser. vend. neque enim ad aliud tenetur, qui seruitutem debet, quam ad patientiam. l. quoties. §. j. hoc titu. Ea porrò in omni iuris parte frequentata est regula: cui non nihil concessum est, ea omnia videntur tributa, sine quibus concessum explicari nequit. l. fina. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. iij. ff. de iurisd. om. iu. l. huius. ff. qui potior. in pig. hab. l. iiij. §. fi. ff. de penu leg. c. præterea. & c. suspicionis. de off. deleg.

Per contrarium autem, si is cui concessa est seruitus *Itineris*, aut alia, facere vellet non necessaria, rectè prohiberetur. l. si eo loco. §. penul. ff. si ser. vend. l. iiij. §. pe. ff. de itin. actuque priuat.

77 Altera doctrina: † per agrum, aut alium locū *tre quādo* alienum, nō licet ire. l. Diuus. ff. de seruit. rustic. per alienū c. omnes. j. dist. Vnde vadens, à domino iure pro agrum ihibetur. l. iiij. §. planè. ff. de acqui. re. do. §. planè. de ceat. rer. diuif. in instit. Et si pertinaciter contendat, potest conueniri iniuriarum aetione. l. iniuriarum. §. fina. ff. de iniur. Certi tamen casus ab hac doctrina excipiuntur.

Primus si à domino non prohibeatur. quan- diu enim quispiam non vetatur, poterit ire per fundum alienum, siue sciente, siue ignorantē domino. Pet. Cyn. & alij in l. per agrum. C. de seruit. & aq. per d. l. diuus. argu. à contrario ibi, nolens

nolentibus dominis. Proinde quod summus pontifex scribit in d.c. omnes. i. distin. ire per agrum alienum fas esse, ius non esse, Doctores ita interpretantur, ut fas sit domino non vetante, eo autem repugnante, & prohibente, ius non sit. Postmodum constringunt hanc declarationem in fundo rustico, secus existimantes in domo aliena: quam ingredi domino etiam non prohibente, minimè licet. *Quinimo contra ingredientem, iniuriarum agi potest.* l. is qui domum. ff. de iniur. Sed præsertim noctu, per alterius domum ire, indecens est. Accur. in l. iter. ff. comm. præd.

Ego vero, cùm videam hunc casum Doctorum ab æquitate, & recta animi ratione, satis alienum: non temerè illis assentiri possum. Et enim considero inuitio domino, hoc non licere, quod omnes admittunt, & negari non potest.
 78 d.l.diuus. & §.planè. & d.l.per agrū. Atqui t inuitum lex interpretatur, nō eum modo, qui expressim dissensit, sed eum, qui nominatim non consensit. l.filius fam. §.inuitum. ff.de procur. l. inuitum. ff.de seruit.vrb. Et non tantum scientem, verum etiam ignorantem. l. qui vas. §.veteare. ff.de furt.

Hinc bellissimè detorquetur in Doctores l. diuus. quæ cum dicit *Nolentibus.* satis demon-
 79 strat nolle ignorantibus dominis, posse quem declarata. in alienis agris aucupari: cum & nolle, & prohibere, ignorans dicatur. d. §. vetare. Præterea illinc absurdè nimium interpretes argumentum à contrario sic inducunt. quia dicit iurisconsul-

eus *Nolentibus*. ergo à contrario ignorantibus,
aut minimè prohibentibus poterit. Hoc nan-
que modo perperam dessumitur argumentatio,
quod à contrariis, & oppositis aptè ita colligen-
dum erat, *Nolentibus*, ergo volentibus dominis
licet. Et si bona esset argumentatio à contrario,
quam Doctores faciunt ex d.l. Diuus. quod de
domo tradunt, proculdubio verum non esset.
etenim Iurisconsul. in d.l. is qui domum. ingre-
sum prohibet, in uito domino. Ergo à contra-
rio, domino nō prohibente liceret intrare: quo
falsius nihil dici potest.

In hoc igitur articulo, sic censerem distin- *Nova di-*
guendum. Aut dominus scit: & tunc liceat cui- *stinctio.*
que ire, quoad prohibeat. l. Labeo. ff. de aqua.
plu. arcen. l. qui bona. §. si quis iuxta. ff. de damn.
infest. cùm enim ex eo modicum inferatur dam-
num: succedit decantata iuris regula: † in iis, que
non grauis sunt præiudicij, scientem, qui pati-
tur, videri consentire. l. quam Tuberonis. §. sunt
quidam. ff. de pecul. Moder. fusè in l. quæ dotis.
ff. soluto. matri. Canonistæ in c. nonne. de præ-
sumptio.

Aut dominus ignorat: & tunc non liceat ire
per fundū alienum. nam nolle dicitur, qui igno-
rat, vt iam probatū fuit, & nolente domino cō-
stat hoc nō licere. d.l. Diuus. cum similib. Vnum
casum exciperem, quando verisimile est domi-
num, si sciret nō prohibitum: veluti, quia per-
sonæ essent coniunctæ. Facit siquidem coniun-
ctio, etiam in præjudicialibus præsumi consen-
sum. l. si seruus cōmunis. ff. de dona. inter vir. &
vxor.

vxor.l.procula.ff.de probatio. Idem putarem, si intercederet præcipua quædam, & nō leuis amicitia, quæ non minus in iure, quam consanguinitas operatur. Gl.& Canonistæ in c. requisiſti, de testa. Moder.in l.exigendi.C.de procu.Vnde alibi Accur.amicum intimum suorum appellatione venire dicit,in l. ij. C. in quib.cau.colon.censit.lib.xj.C.

Alter quoque casus excipitur à regula, vbi scilicet iret quis per alienum fundum, effodendi proprij thesauri gratia. l.thesaurus.ff.ad exhib. Quod & si omnes probant, absolutè tamen verum non esse mox ostendam: dum illud, pri-

mium intelligamus circa propriam thesauri fi-

nitionem,& significationē, superstitiosos quā-

si doque fuisse lurisconsultos: qui † thesaurum
thesau- dicant esse veterem duntaxat pecuniaꝝ deposi-
rus quid. tionem, cuius non extat memoria, vt iam domi-
nium non habeat. quo fit, vt inuentoris efficiat-
tur: quia non est in alterius dominio. & quod in
nullius bonis est, fit primo occupantis. Quod si
lucri metus, vel custodię causa, sub terra condi-
ta fuerit, non est thesaurus. ideoque, & eius fur-
tum fit. l.nunquam. §.fi.ff.de acqui.rer.domi.&
alibi Imp.thesaurū appellat conditam ab igno-
tis dominis, vetustiori tempore pecuniā. l.vnic.
ad princip.de thesau.lib.x.C.

Recepérunt tamen alibi s̄p̄latiorem signi-
ficationem, vt quæcunque reposita pecunia cu-
stodię gratia, aut ad vius necessarios, thesaurus
dicatur. l.item Labeo. in princip. ff. famil. ercif. l.
thesaurus. ff.ad exhib. Quæ interpretatio sanè
con-

congruentior est, cum thesaurus Græca dictio sit à θησαυρῷ verbo Græco idem, quod reponere significans. Quo pacto thesaurus in d.l.thesaurus. & à nobis hac in re accipiens est.

Porrò verum non est simpliciter, quod Doctores tradunt, licere † effodiendi thesauri gratia, ire per fundum alienum, quandoquidem hoc effodiendi nemini sua autoritate licet, sed est index ipse ad eundus. d.l.thesaurus. Sed & vterius desiderantur duo, priusquam hoc à iudice quispiam impetrare possit, & imprimis, ut iuret se calumniæ alienum. causa id minime postulare. Deinde, ut damni infecti nomine caueatur. d.l.thesaurus. & l.Iulianus. §.j.ff.ad exhib.

83 Tertius casus est, † in seruo fugitiuo, pro quo inquirendo, & inuestigando, licet intraredomum alienam.l.j. §.j. & l.Diuus. ff.de ser.fugit. l.requirendi. C. illo titul.vbi Doctores in vxore idem dicunt. Sed neque hic casus verus est, cùm non ex se, sed adito duntaxat iudice, id facere possit. d.l.diuus. Quare non dicitur habere facultatem ingrediēdi, cùm propria autoritate nequeat. l.ij.C. de pignorib. Speciale autem esse censem Accur. & alij,in seruo fugitiuo, diuersum existimantes in rei furtiuæ perquisitione:tum illorum textuum argumento ab speciali, tum maximè ex. §.conceptum.ad fin.de obl. quæ ex delic.in instit.

Quod satis durum videtur. cur enim si suspicitor librum furto mihi subtractum apud te esse, iudicis officium non implorabo, ut perquirere possim, cū rem meam à te possessam, quam aliter tecu

recuperare non possum, propria autoritate capere clanculumque surripere mihi liceat? Gloss. in c. ius gentium. j. dist. quin amplius, si offendorem meum de cuius fuga timetur, ad iudicium traducere nequeam, possum me vlcisci propria autoritate. Accurs. in l. nullus, C. de iud. Panor. in c. j. col. xij. de iud.

Dicebam, temperandum esse & finiendum ita hoc negotium: ut siquidem nulla indicia apparet, contra eum apud quem suspicor rem mihi subtractam esse, non possit fieri ea rei furtiuæ perquisitio: nec debeat iudex hanc facultatem concedere. Alioqui posset sine causa lædi cuiusvis existimatio, dum apud eum res furtiuæ perquiruntur. Si vero appareant indicia aliqua, se-
cundus: etiam si talia sint, quæ ad torturam non sufficient. l. j. ff. de quæstio. de his quippè nullum esset dubium, Illud quoque putauerim, ubi publica versaretur utilitas, etiam si nulla extarent indicia, patere copiam in alienis edibus perquirendi. l. quosdam. de metall. lib. xj. C. l. omnes. in fine. de aquæduc. eo. lib.

84

Quartus † casus est in fructibus, qui ex arbo-re mea in fundum vicini cadunt: quorum colligendorū gratia, per fundum alienum mihi licet ire. l. vnic. ff. de gland. legend. Modo tamē ut illic Iuriscons. docet, intra triduum faciam. Alioqui nō potest mea interessē, cum fructus in terra cadentes, ut plurimū triduo corrūpantur. Ex quo Bar. ibidem in fine infert, quod si tales essent fructus, qui vna die corrupterentur, licaret mihi singulis diebus ire. & si à vicino prohibe-

ter,

rer, ad interdictum illud de glande legenda re-
recurrerem. Infert & aliud, quod si de rectoratu, *Rectoratus*
Consulatu, aut alio officio breui tempore dura- *quaestio ce-*
turo, inter aliquos esset controuersia, deberet *leriter ter-*
negotium intra illud ipsum tempus celerrimè *minanda.*
terminari, ne iudicium tardè redditum deludi
possit. Quare tunc rectè censuerunt Canonistæ
procedi posse die feriato, in c. fi. de re iud. Bald.
in l. j. C. de temp. appellat.

Sed cum tex. in d. l. vnic. dicat interdictum
de glande legenda, tribus diebus finiri, obstat
fortissimè, quod vulgo dici solet, interdicta, re-
mediaque prætoria omnia anno durare. l. in ho-
norariis. ff. de actio. & obliga. §. j. de perpet. &
temp. actio. Veritas est quam Bar. in d. l. vnic. in
fine ponit, ut non loquatur illic Iuris. de tempo-
re, quo durat instatia, sed de tempore collectio-
nis fructuum, ut sic velit, si ex arbore mea Glás
(cuius nomine omnes fructus continentur, ut
ibidem Vlpia. docet. & Caius in l. qui venenum.
§. fi. ff. de verb. sig.) in fundum tuum ceciderit,
quam impediās, ne colligere possim, proponam
interdictum, ne mihi vim facias, quominus ter-
tio quoque die legere, & auferre liceat.

Quintus casus, quando via publica destru- *via destru-*
cta est, tunc enim licet ire per fundum alienum. *Ela licet*
l. si locus. §. fi. ff. quemad. seruit. amit. Accurs. in *ire per fun-*
d. l. per agrum. Glo. in d. c. omnes. j. dist. & ita o- *dum alie-*
86 mnes transeunt. † Quod tamen ego verum non *num.*
puto. cùm non simpliciter dicat Iuriscons. in d. l.
si locus. §. fin. liberum esse ire, sed vicinum viæ
publicæ, quæ vel impetu fluminis, vel ruina a-

missa est debet viam præstare si (quod intelligendum est) magistratus, aut curatores reipublicæ ita faciendum censuerint, latitudine futuræ viæ designata. Alioqui non est priuatis concedendum, quod per magistratus fieri debet, ne detur occasio tumultus faciendi. I. non est singulis ff. de reg. iur.

87 Præterea, † quemadmodum significat *Ac-*
Res sua quā cur. in d. l. si locus. §. si. non debet id fieri, nisi
do quis pri persoluto pretio domino fundi. l. ij. vbi Bal. ex-
uari possit. pressè. C. quib. ex cau. ser. pro premi. liber. accip.
 licet enim ob publicam utilitatem possit quis
 rei propriæ dominio priuari. I. item si verbera-
 tum. in princip. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. dee-
 uictio. hoc tamen accipiendum est, facta debita
 compensatione, id est præstita rei quæ auferuntur,
 estimatione. l. venditor. §. si constat. ff. commu-
 præd. & d. l. ij. pulchrè Bar. & legistæ in l. fi. §. fin.
 ff. de pignor. actio. Canonistæ in c. quæ in ecclæ-
 siarum. de constit. vt non abs re doceat Bald. in
 c. j. §. adhoc. colun. v. de pac. iur. firm. Quòd si
 summus pontifex auferat mihi beneficium, de
 plenitudine potestatis, tenetur mihi prouidere
 de æquè idoneo. Ias in l. fina. C. si contra ius vel
 vtil. pub.

Sextus casus in eo qui emit pendentem vindicem, quam vt colligat, ire per fundum alienum potest. l. qui pendentem. ff. de actio. emp. Inde Doct. dicunt, quòd si decima debet solui in fundo, potest exactor decimarum ingredi fundum, vt decimas exigat.

Septimus casus in eo, qui iter ad sepulchrum
 non

non habet. nam iusto pretio oblato vicino, per eius fundum ire poterit. l. si quis sepulchrum. ff. de religios. Accur. in l. per agrum. C. de seruit. & aq. Aliique omnes sequuntur. mihi tamen nec hic casus placet, quando tunc non possit quispiam id facere sua autoritate, sed præses adeundus sit, qui causa cognita, & prospecta loci opportunitate, ne vicinus magnum patiatur detrimentum, statuet. d. l. si quis sepulchrum.

Vltimus casus, vbi seruitus imposita fuisset. d. l. per agrum. qui casus dubitationem non habet.

88 Tertia doctrina: † cui debetur itineris seruitus, potest itinere cum alio vti, Accurs. in §. j. de seruit. in instit. & alij sequuntur. mihi non placet. nam persona ad actum nunquam extrinsecus intelligitur. l. si ita stipulatus. §. chrisogonus. ff. de ver. oblig. Et quoniam hoc est in uxore, filiis, & aliis, qui sunt de familia speciale. l. si ita stipulatus fuero. illo titu. propter duram separationem. l. possessionum. C. com. vtriusque iud. Aut ratione societatis. l. si quis vni. ff. de duob. re. Ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legib.

Actus.

Vlpianus in l. j. ff. de seruit. rust. præd. de actu 89 sic loquitur: † *Actus ins est agendi, vel iumentum, vel vehiculum.* itaque qui iter habet, actu non habet. qui vero actu habet, iter quoque habet, hoc est facultatem eundi sine iumento. At dixerit quispiam. imo videtur eum, qui iter habet,

agere posse iumentum, vel vehiculum, cum e-
ques commeare, & sella lecticáue vehi possit. l.
qui sella. & l. inter actum. ff. de seruit. rust.

90 Tu breuiter dic † aliud esse equitem incede-
Agere re sella, lecticaque vehi, & aliud agere iumen-
tum, vel vehiculum, siquidem ille propriè agere
dicatur, qui pecora, & armenta trahit, præ se du-
cit, celeriterque impellit, vnde in Tytiro Vergil.

En ipse capellas

Protinus ager ago, hanc etiam vix Tytire duco.

91 Est † & aliud vehi lectica, & aliud agere ve-
hiculum. nam lectica gestatorium quoddam est,
ad instar cubiculi factum, in quo lectus stratus,
& fenestræ sunt, quibus adhibentur specularia
ad arcendos ventos, & lucem excipiendam, &
hac lectica vehuntur delicati, & diuites homi-
nes, frequentius † matronæ. Vehiculum verò est
currus quatuor plerunque rotarum, in quo fœ-
num, frumentum, vinum, aut aliud aliquid ve-
hitur, & agit propriè vehiculum Auriga, qui il-
lud dicit, & ante sc impellit.

93 Sed rursus in Iurisconsult. quòd † qui actum
habet, iter non habeat, suadet. l. si mater. §. si quis
iter. ff. de except. rei iud. vbi qui succubuit in
seruitute *Itineris*, agere potest ad seruitutem A-
ctus. ergo in actu non est iter: alioqui repellere-
tur actor exceptione rei iudicatæ: quia idem pe-
teret. l. cum queritur. ff. illo tit. Præterea si qui
actum habet, iter quoque habere intelligatur,
cum *Itineris* seruitus sciuncta sit omnino diuer-
sa, & separata ab *Actus* seruitute. l. loci. §. j. ff. si
ser. vend. Sequitur posse tolli: & segregari, iter
ab

ab actu. Nam ex duabus seruitutibus vna adimi potest , qua remissa , aut alio modo extincta , & sublata , altera remanet . I . si domus . & I . si ædes . j . ff . de seruit . vrba . Atqui iter ab actu separari non potest . I . j . ff . de adimend . leg .

Præuiderunt hanc difficultatem Accur . & reliqui , tam in d . l . j . ff . de seruit . rustic . quām in d . l . j . ff . de adimend . leg . Ad cuius dissolutionem considerant iter dupliciter accipi , imprimis , vt est seruitus per se . Deinde , vt est simplex commoditas , quæ inest seruituti . *Actus* . qui igitur a-^{Iter dupli-}_{citer acci-}ctum habet , iter non prout seruitus , sed utri commoditas est , benè habet .

94 Mihi hæc omnium † sententia nō placet , per d . l . j . ff . de seruit . rust . in qua cum finitur iter , ius esse eundi , ambulandi hominis , proculdubio dici non potest , quin iter seruitutem notet . Dixerat quippè Iurisconsultus , seruitutes rusticorum sunt hæc , Iter , Actus , via , Aquæductus , & particula-
tum eas finiens , subiungit . Iter est ius eundi , ambu-
landi hominis . Deinde sequitur : *Actus est ius agendi*
iumentum vel vehiculum . Adiiciens Vlpian . itaque
qui iter habet , actum non habet , quo in loco nemo etiam dicturus est , quin de itinere , vt iter seruitus est , verba faciat . quare cum statim adnectit : qui actum habet , iter habet , de itinere in eadem si-
gnificatione , sine controuersia , verba facit . A-
lioqui ineptam faceret conuersionem .

Ego nouè , & verè , dico , iter contentum sub *Nova opini-*
Actu seruitutem esse . Nam cui conuenit diffini-
tio , cōuenit diffinitū . Iter autem vt est seruitus ,
ius est eundi , ambulandi hominis , qui actum ha-

bet, huiusmodi quoque ius habet, ergo habet itineris seruitutem, qua de re tex. videtur expressus in l. ij. ff. quemad. seruit. amit.

Præterea, ut omnem lapidem hac in remoueamus, eximamusque omnem scrupulum, aduertendum est, quia itineris seruitus per se considerata, ut est seiuincta, & segregata omnino ab aliis seruitutibus, sine alia tollitur, & ab alia quacunque separatur. l. loci. §. j. ff. si ser. vend. l. si mater. §. si iter. ff. de excep. rei iudicatæ. Considerata autem, prout inseparabiliter cohæret seruituti, *Actus*, non potest ab ea quoquo pacto se iungi. d. l. j. ff. de adimend. leg. Ratio, quia est pars substantialis, & integralis seruitutis *Actus*. l. si pupilli. §. si. ff. de nouatio. non tamen propterea, quod pars est, & totius appellatione continetur, propriam perdit naturam.

Pars. Tolle simile in pariete, qui potest per se considerari sine ædificio, potest & cū ædificio. tuncque pars est substantialis ædificij, à quo paries se iungi nequit. vtroque autem casu propriè paries erit. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. Quare sicut nihil agit, qui ædibus legatis parietes adimit, quod sine pariete ædes esse non possint. Ita qui *Actu* legato, iter adimit, nihil aufert, cum *Actus* sine itinere nequeat esse. d. l. j. ff. de adimend. leg. Et ita nouè declaro hanc materiam.

Circa quam duæ duntaxat doctrinæ, & ex quidem breues notandæ sunt. Prima: concessa seruitute *Actus*, per tam angustum locum, vt per eum agi non possit, quæ non valet, in vim *Actus* in vim Itineris defenditur. l. si cui. vbi dicā hoc tit

titul. Altera doctrina, occupato loco seruitutis *Actus* impetu fluminis, & facta alluvione, restituto, reponitur seruitus in pristinum statu. I. si ager. cuius. & I. cum usumfruct. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. I. si locus. in princip. ff. que mad. seruit. amitt.

Via.

Agamus nunc de via, ad quam præcognoscendum est †, viarum quasdam publicas esse, *tus.* quasdam priuatas, quasdam vicinales, ut eas familiariter distinxit Vlpia. in l. iij. §. viarum. ff. ne quid in loc. pub.

96 † Publicæ viæ sunt, quæ usum, utilitatēmque publicam, & communem habent. per eas enim unicumque ire, & commare licet, Has Græci *viae* vocant, id est regias. quod fortè, non ad alium, quam ad Regem, & principem pertineat. c. j. Quæ sint regal. in feud. Nos consulares, & Prætorias dicimus. Priuatæ viæ propriè sunt, quæ sunt in agris, quibus seruitus est imposita, ita ut ad agrum alterius ducant, & propterea vocatae sunt Agrariæ. Dicuntur autem ideo priuatæ, quod earum usus non publicus sit, sed priuatorum. Vicinales appellantur, quæ in vicis sunt, quæve in vicos ducunt. haec ut plurimum publicæ sunt, quauis & priuatæ esse possint, si ex collatione priuatorū, iter constitutū sit. d. §. viarum.

Nos propositā cautionem nequaquam egredi, de via duntaxat priuata dicemus, quam sic finiuit Vlpian. in l. j. ff. de seruit. rustico. *Via est via quia in eundi, agendi, & ambulandi,* Qua diffinitione

patet viam, iter, & actum, in se continere. Verum hoc stante, plerisque videri posset, nullam esse inter actum, & iter differentiam, cum & qui habeat actum, ius quoque eundi, agendi, habeat, ut supra vidimus.

Accursius in l. prima allegat. & in §. j. de servitutib. in institu. hoc contrarium t̄ subodoratus dupliciter ostendit, in via plus esse, quam in actu. Et imprimis ex l. qui sella. ff. de servitutibus rusticorum. quo loco traditum est eum, quia etum habet, trahere tignum aut lapidem nō posse, sed neque hastā rectam ferre. Qui verò viam habet, hæc omnia posse. Deinde quia actus latitudo non ea lege, sed ab homine demonstratur. Viā autem lex duodec. tabular. determinat, ut in porrectum octo pedes, in anfractum sedecim habeat. l. viæ. & l. certo. §. latitudo. ff. de servitutibus rusti. prædio.

Hæc vera sunt, Cæterum non tollunt difficultatem, quam ego in viæ diffinitionem, & Iurisconsulti doctrinam, circa viam premere fortissimè sic ostendo. Omnis bona diffinitio generi, & differentiis constare debet. In viæ autem definitione nulla legimus verba, quibus certæ & sufficientes præmonstrentur differētiæ, inter viam & actum: cùm & qui actum habeat, ius quoque habeat eundi, agendi, & ambulandi. Quo præterea fit, ut frigida admodum, & debilis Iurisconsulti doctrina reddatur, tradentis eum, qui viam habet, iter & actum, habere. nam & qui actum habet, non minus, sed idem habet, hoc est actum, & iter.

98 Considerandum † est, præter alios ad huius iter ab a-
obicis dissolutionē, proprietate significationis ētudiu-
er ex etymo accepta, aliud longe iter esse ab actu, & sum, &
ab vtroq; via. Iter enim ab eundo dictū, Ius pro- ab vtroq;
priè est eundi hominis, *Aetus* verò, qui ab agen- via.
do dicitur, proprie ius est, iumentum aut pecus
agendi, & trahēdi, non item vehiculum quod ex
propria significatione, agi non dicitur. *Via* verò
à vehendo dicta ius etiam vehiculum ducendi
complectitur. Nec dicas hæc pugnare cum. l.j.ff.
de seruitutibus rusticorum, vbi docet iuriscon-
sul. Actum ius esse, non modo iumenti, sed etiam
ducendi vehiculum. Id enim non ex proprietate
verbi cōtingit, nec etiam id ius principaliter ha-
99 betur, sed in † cōsequentiam iumentorum, quæ
à iuuando dicta, ea animalia significant, quæ cur
rus trahunt, nostrumq; laborem & onera, vt Co-
lumel. in. vj. de re rust. ait, subiectando vel aran-
do adiuuant.

Considera secundò, Vlpia. in. d. l. j. ff. de serui-
tutibus rusticorum, finientem *Via* seruitutem la-
tioribus, & amplioribus verbis, vsum, quā vſus
sit in seruitute *Aetus*, inde manifestum faciens,
Via plus actu continere, quem diffiniens ius agē-
di duntaxat esse dixit, cum tamen viam finiendo,
plenus locutus, eam ius esse dixerit, eundi, agen-
di, & ambulandi.

Nec obstat si dicas idem in effectu contineri
sub *Aetu*, quod sub via, cum sub vtrauis serui-
tute, *Aetus*, & Iter comprehendantur. Nam re-
spondeo, in seruitute *Aetus*, iter non contineri
principaliter & inspecta prima causa, sed accef-

soriè, & in quandam consequentiam. In *Via* autem, & *Actus*, & *Iter*, vtrunque æquè principaliter venit. Quocirea cùm in contractibus primis, & præcipua contrahentium voluntas spectanda sit. I. si quis nec causam. ff. de reb. cred. I. nauis auera. ff. ad I. Rhod. de iact. I. j. §. idem Julianus. ff. deposit. I. j. ff. de autoritate tutorum. Et inspecta principali causa in *Via* plus sit quam in *Actu*, meritissimò dicendum *Viam*, plus quam *Actum* continere. Et ita mihi videtur, licet Doctores non ponant.

100

Vielatitudo

Sed postquam † in latitudinem Viæ incidimus, ea quæ sit intelligamus. Quia in re primum ad partium conuentionem, ut omnes in dicta viæ. censuerunt, recurrendum est. Contractus quippè ex conuentione legem accipiunt. I. prima. §. si conuenerit. ff. deposit. Quod ego tamen ita recipere, si per locum demonstratum à partibus, possit duci vehiculum: alioqui tametsi patres millies conuenirent, non esset *Via*, sed *Iter*, aut *Actus*. I. si tam angusti. ff. de seruitutibus. I. via. in principio. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. Quod si à partibus nulla facta sit viæ determinatio, lex duodec. tabularum, in porrectum octo pedum latitudinem esse voluit: Insinuosum verò, flexum, & anfractum, sedecim pedum. Verba leg. duodecim tabularum hæc erant. *Via latitudo in porrectum, octo pedes: In anfractum* (id est vbi flexum est) *sedecim habeto.* quam legem ad verbum propè citat Caius in. I. viæ. ff. de seruitutibus rusticorum.

101

Ad Hæc duo præcognoscenda sunt. † pri-

mum

num octo potissimum modos metiendi, ab his *Mensura-*
 qui de agrorum mensuris scripsierunt traditos. *rum varijs*
 lugerum, plethrum, perticam, passum, vlnam, pe- *modi.*
 102 dem, vnciam, & digitum. *Iugerum.* † pedes duce- *Iugerum.*
 tos quadraginta habet in longitudine: In latitu-
 dinem verò, dimidio minus conficitur. Sic di-
 103 tum, quòd vno boum iugo per diem, tantum
 spatij arari possit. † *Plethrum* pedibus centum *Plethrū.*
 104 constat. † *Pertica*, vt Seruius Sulpitius dicebat, *Pertica.*
 105 † linea est qua agri diuiduntur: ea est longitudi- *Linea.*
 106 nis decem pedum, seu duorum passuum. † Vnde *Decempe-*
 & *Decempeda* dicta est, & qui eo mensuræ ge- *da.*
 nere demetitur, *Decempedator* à Cicerone in xiiij. *Decempe-*
 107 Philipp. est appellatus. † *Passus* est quinque pe- *dator.*
 dum. Accur. in l. iiij. ff. de verborum significatio- *Passus.*
 ne. sic dictus, quòd passis & extensis brachijs,
 hanc mensuram conficiamus. Alciat in l. quin-
 quepedum. C. finiū regund. *Vlna.* vt Seruius in- *Vlna.*
 108 terpretatur, † est utriusque manus extensio: hoc
 est spatium, quantum utraque manus dilatatur,
 & extenditur. Cui consentire videtur Rhodig.
 in. iiiij. lectio. antiq. cum inquit, si ambas manus
 explices, à pectore in lineam rectam, hæc mensu-
 ra Vlna nuncupatur. Id autem vix est ut reci-
 piám, cùm hoc mensuræ genus, ad passum, ut
 modo dixi, pertineat. Alciat in l. mille passus. ff.
 de verborum significatione, Vlnam sex pedibus
 constare putat. Mancinel, verò, cum Vergil. lo-
 cum exponens,

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
 Treis pateat cœli spatium non amplius Vlnas.

Vlnam

Vlnam, vnius cubitus mensuram esse dicit.

109 + Est autem *cubitus sesquipedalis*, hoc est vnius *Cubitus.* pedis & dimidiati. Pes autem est quindecim digitorum. Glo. in. c. sicut. xvij. q. iiiij. Et omnes iuri nostri interpretes sequuntur.

110 Mihi tamen non placet, cum *Palmus* ut Alex. *Palmus.* Neapolita. in diebus genia. lepidè præmonstrat, quater multiplicatus, pedem efficiat. At qui *palmus* digitis quatuor constet, loquor de minore.

111 nam maior duodecim + digitorum est, qui *spina* *spithama* ma græco vocabulo dicitur. Bud. in. l. fina. ff. si mens. fals. mod. Id autem spatium est, quantum expansa manu, & extensis articulis, à magno di-

112 gito, ad minimum, palma protenditur. + *Vncia* est trium digitorum. huius exiguæ dimensio.

113 *Digitus* nis meminit Varro in j. de re rustic. + *Digitus o-*
mnium mensurarum minima est. quatuor, vi modo dixi, *Palmum conficiunt*: & sedecim, pedem.

114 Deinde + vt exactè. d. l. viæ. Intelligamus, si. *Ratio. l.* mulatq; l. xij. tab. quatenus de dimensione *Via* *viae excus* verba facit. + Inquirenda est ratio, cur in porre-
sa.

ctum octo pedes ea lex præscriperit dūtaxat, & 115 in anfractum duplicauerit. Floria & cæteri di- cunt, quod cum sese vident aurigæ, trahentes plaustra ne concursu offendantur, clamitant sta- vt igitur vehicula non possunt in porrectum re- trahi, minore spatio octo pedū, ita nec in anfra- ctum minore sedecim.

Cui declaratiōi obstare plura video. Imprimis quod per manus traditum est, in seruitutibus nō alterius factum, quam eius cui debetur seruitus,

considerari. Vnde alia quæ occurunt vehicula, imaginari & excogitare non possumus. Obstat præterea l. via. in princip. ff. de seruituribus rusti codum dicit constitui viam posse octo pedibus angustiorem, satisq; esse, si eam habeat latitudinem, qua vehiculum ire possit. Et ita lex non considerat concursum vehiculorum, sed an vñ tantummodo vehiculum, eius scilicet cui constituitur seruitus, ire possit,

Ego aliter & melius dicerem, considerata solum commoditate eius cui seruitus imposita est. In porrectum octo pedes constitutos, quia tanto vt plurimum latitudinis spatio eget vehiculum, vt commode ire possit. Quocirca nihil prohibet, quin partium conuentione, si vel latior, vel angustior via fiat, secundum quantitatem vehiculi constituatur, vt si vehiculum fortasse maius habeat & amplius solito, is cui viæ seruitus est constituta, latior quoque via constitui possit. si angustius autem, angustior. Quod si in sinuosum aliquem inflexum, è recto itinere divertendum est, vt quotidiè videmus, duplo maius spatiū est necessarium, quo sine incommoditate vertatur, circumagaturque vehiculum: & cùm opus erit, retrahatur. Et hæc est mea ratio, qua meliorem nec quidem peritissimus auriga, proferret.

Nova ratio.

Hic quereret placet, nūquid seruitus via via seruitus per plures fundos debita, vna sit, an verò secundum fundorum numerum multiplicetur. Et conseruant omnes vnam esse seruitutem, licet ea per debita, an plura prædia imponatur. l. vna, ff. de seruit. rusti- vna sit.

co. Nec obstat l. si ædes. §. primo. ff. de seruitur
vrba. quam omnes ex Bartoli sententia intelli-
gunt, quando plures sunt fundi dominantes. Al-
l. vna loquitur, in pluribus fundis seruientibus,
vt hic sit sensus, licet plures fundi seruant. sita-
men vni duntaxat fundo, *Via* seruitus debeatur,
vnica erit seruitus. d.l.vna. Si verò fundis pluri-
bus debita sit, tametsi ab uno fundo debeatur,
tot erunt seruitutes, quot fundi dominantes. d.l.
si ædes.

Quam sententiam adiuuat vltra Doct. l. nam
satis. §. si ego. j. respons. ff. quemadmodum seruit
amit. vbi si fundo nostro communi, à vicino
fundo, *Via* seruitus debeatur, & fundum regio-
nibus diuiserimus, ita vt non amplius fundus
vnum sit, sed sint duo, qualibet parte nunc suum
totum faciente, duplex erit quoque *Via* serui-
tus. Quod non alia ratione contingere videtur,
quam ex dominantium fundorum pluralitate.

117 Cur autem † potius ex dominantium, quam
seruentium fundorum numero, multiplicetur
seruitus, Doctores rationem non scribunt. Co-
gitabam ego, si talis reddi posset, quia in discer-
nenda & iudicanda seruitute prædium domi-
nans, eiusdemque qualitas spectatur, non item
fundus seruiens. Vnde vt cognoscamus an serui-
tus urbana sit, an rustica, attendimus qualitatem
prædij dominantis, vt si illud urbanum sit, urba-
na quoq; seruitus dicatur. si rusticum, rustica.
Accur. & reliqui in l. j. ff. de seruit. vrba. Quare
licet *Via* suapte natura sit rusticæ. l. j. ff. de seruit.
rustico, si tamen domui debeatur, erit urbana.

serui

seruitutes. §. si. domo. ff. de. seruitutibus urbano-
rum prædiorum.

118 Re tamen † pressius expensa, in noua sum sen- *Nova op-*
tentia, vt non ex sola pluralitate fundorum do- *nio.*
minantium resultet pluralitas seruitutum. hoc
enim (succenseant quantum velint Bart. & alij)
nullibi probatur. Et absurdum esset dicere, vt si
duos fundos habeam contiguos, quibus vicinus
tuus fundus seruitutem *Via* debeat, me quoque
duas habere seruitutes.

119 Nec quicquam † me mouerit. l. si ædes. ad quā *Nouè ex-*
nouè & vere respōdeo: duas illic esse seruitutes, *posita.* l. si-
non propter pluralitatem duntaxat fundorum
dominantium, sed propter pluralitatem perso-
narum, & fundorum dominantium simul: habe-
bant namq; singuli fundi dominantes singulos
dominos, quibus constituta erat singulatim ser-
vitus *Altius non tollendi.* Ideo plures erant seruitu-
tes. Idemque in *Via*, & alia quacunque seruitute,
sive Urbana, sive Rustica, dicēdum censeo. Hinc §. si ego. de
quoq; responsum patet, ad dictum. §. si ego. non *claratus.*
enim illic operatur sola fundorum pluralitas:
sed ea coniuncta cum dominorum diuersitate.
Sed nec officit nostra confirmatio, quandoqui-
dem aduersus Doctores probatum eit, à prædio
dominante, seruitutis dominationem facien-
dam non esse.

Aquæductus.

120. Ductus † aquæ, tribus generibus fieri, aut *Ductus a-*
riuis per canales structiles, aut fistulis plum-*qua tripli*
beis *citer finit.*

beis, aut tabulis fictilibus, eruditè iuxta, ac copiosè docet M. Vitruuius libr. de architect. viij. capitu. viij. Extat etiam libellus elegans Sext. Jul. Front. de Aquæductibus vrbis Romæ, qui lectu iucundissimus, & dignissimus omnibus in manu est. Horum aquæductuū rationes, quia prosequi impræsentiarum nō attinet, ad ea loca lectorem relegamus. Nos quæ pertinent ad Iurisconsultum accuratè tractemus.

Aquæductus t̄ imprimis, sic finitur ab Vlpiano, vt sit *ius aquæ ducendæ*, per fundum alienum. l. j. ff. de seruitutibus rustico. Dixit (*ius*) quia seruitus omnis in iure consistit. l. j. ff. de seruitutibus vrb. l. i. ff. quemadmod. seruit. amitta. Dixit (*Aquæduc-*
tendæ) ad differentiam seruitutis *Hausus aquæ*, quæ alia est à seruitute *Aquæductus*. l. j. in fine. ff. de seruitutibus rustico. Nam & illa, aquæ, quæ duci non potest, imponitur: vt puteali. l. j. §. quāquam ff. de aqua quotidiana. & æsti. Dixit (*per fundum alienum*), ad differentiam iuris, quod quis in proprio fundo habet aquæ per eum ducendæ, nam hoc ius, seruitus non est, cum res sua nemini seruat. l. vti frui. ff. si vsusfruct. petatur. l. in re communi. ff. de seruitutibus vrbano.

Nova difficultas. Moui ego hic aliquādo difficultatem, cur sit quod Vlpia. in. l. j. ff. de seruit. rusti. in diffinitio. Aquæductus hæc verba (*per fundum alienum*) dun- taxat addiderit, cum tamen æquè necessaria fuerint definitioni *Itineris*, *Actus* & *Via*. Dicebam hæc verba post diffinitiones illarū quo tuor seruitutum posita, ad omnes æqualiter referenda. Nam & vulgo dici solet, clauilam in fine positā

ad præcedentia omnia capitula referri. l. talis scriptura. §. fi. ff. de leg. j. l. j. in fi. C. de lib. præter. c. secūdo requiris. de appellat. Hinc autē satis fit eidens *Aqua ductus* seruitutem rusticam esse.

Sed diffinitioni, & prædictis imprimis obſt. l. si prius. §. idem placuit. ff. de aq. plu. arcen. vbi is cui constituta est seruitus aquæ ducendæ, non potest aquam per lapidem ducere. Deinde quia si istud ius aquæ ducendæ seruitus effet rusticæ, non personæ, sed prædio deberetur. l. vnuſ ex ſociis. ff. de ſerui. rusticō. l. qui aliena. §. fi. ff. de ne- go. gest. omnes quippè ſeruitutes tam urbanæ, quam rusticæ, prædiorum ſunt, & rerum, non e- tiam personarum, vt hac l. Atqui *Aqua ductus* ſeruitus personæ, non prædio debetur. l. Lucius. ff. de ſeruit. rustic. l. Mella. §. fi. ff. de alimen. & ci- ba. legat. Qua ratione non tranſit ad hæredes. d. l. Lucius. cum ſeruitus cohærens personæ ad hæ- redes non tranſmittatur. l. si quis binas. ff. de vſu- fruct. l. non ſolum. §. tale. ff. de liber. lega.

112 Prior difficultas ſic tolli debet + in conces- ſione cuiuscunque ſeruitutis, lex facit hanc no- bilem interpretationem, vt omnia, quæ ſunt ad eius ſeruitutis vſum neceſſaria, qui ſeruitutem habet facere liberè poſſit. l. ſi iter. hoc tit. ſerui- tutes. §. ſi domo. ff. de ſeruit. vrb. præd. citra ta- men incommodum domini, quantum fieri po- test. l. iiij. §. fi. ff. de itin. actuque priua. Nos enim opinamur, inquit Vlpian. in l. Seruinus. §. ſi quis nouum. ff. de riuis. vtilitatem ſine incommodi- tate eius, cuius ager eſt, ſpectandam, & ita habes verum ſenſum d. §. placuit. quo loco conſtituit.

ideo Iurisconsult. eum qui *Aquaeductus* seruitutem habet, lapidibus riuum sternere non posse, & sic per lapidem stratum aquam ducere. quoniam hoc maiorem in modum incommodaret fundum seruientem. nec multo melior reddetur inde conditio eius, cui seruitus debetur, cum possit fistulis, & tubulis fictilibus, aquam duce-re. Ad quam dissolutionem sunt Pom. verba, in l.hoc iure. §. penulti. ff. de aqua quotid. & æsti. ls inquit, qui ius aquæ quotidianæ habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliud quidlibet facere po-test, dummodo, ne fundum domino, aut aqua-gium, riualibus deterius faciat. Et idem in l. *Quintus.* ff. de seruit. rustico. tradens licere ei, qui aqueductum habet, fistulam cuiuslibet ge-neris in riuo ponere: cum ex dicto §. idé placuit, tum ex prædictis recipit interpretationem, mo-do scilicet, id fiat sine incommoditate agri ser-uientis, & domini eius.

Ad tollendam porrò secundam difficultatem considerandum est, imprimis d.l. Mella. §. fin. lo-quì in seruitute *Hauslus aquæ*, quare in proposito induci non potest. De cuius etiam text. intelle-ctu nos multa, & in rubri. & in l. quoties dixi-mus. Obstat ergo duntaxat l.Lucius. in qua Bar- & alij fatentur, non agi de seruitute *Aquaeductu*m reali, sed personali. Nec est nouuni seruitutem, suaptè natura realem, propterea, quòd ad per-sonam referatur, & constringatur fieri persona-lem. l.apud Iulianum. §. si quis alicui ff. de legat. l. vbi seruitus *Lapidis cædendi*, quæ sui natura realis est. l.ergo. & l.veluti. ff. de seruit. rustico. propter relati

relationem facti, ad personam dicitur personæ, & non prædij. Sic in seruitute *Hauslus aquæ*, videmus, quæ licet sui natura prædialis sit. l. j. ff. de seruis. rustico. prædicta tamen ratione fit quando; personalis. l. Mella. §. fina. ff. de ali. & cib. leg.

Quod si scire + cupias an iuris alicuius concessio sit prædialis, an personalis, vbi sumus in dubio, Bartolus & cæteri hanc doctrinam tradunt, vt si fiat per verba facti concessio (quia personalis. concedas mihi facultatem eundi, aut, vt possum ire, agere, per fundum tuū, vel ex fundo tuo haurire aquam, aut cretam inde eximere, vel arenam fodere, & sic de similibus) sit personalis, non item realis, tametsi occasione rei, aut prædij facta fuerit. d. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. fa. text. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verbo. oblig. & in §. sed cum factum. de stipul. seruor. in instit. Idemque si verba illa facti referuntur ad concedentem, veluti, quia promiserit quispiam, non habere fenestram in pariete, non tollere altius, & cætera id genus, erit quippe concessio personalis, non item seruitus. Quocirca poterit emptor habere parietem, aut altius tollere. Specul. in titu. de empt. & vend. §. j. Si verò concessionis verba sonent in ius, vt quia concessisti mihi ius eundi, agendi, aut ius aquam ducendi, seruitus est realis, quæ omnino in iure consistit. l. j. §. fi. ff. de rer. diuilio. vnde ad hæredes transit, præterquam duobus casibus.

Primus, si ex qualitate personæ, cui fit concessio, & qualitate rei concessæ, coniiciamus concedentis affectionem personalem fuisse, vt

quia legatum fuerit filiæ ius transeundi per dominum hæreditariam. l. pater filiæ. ff. de seruit. leg. hoc enim indecens non erat, filiam per eum locum transfire, at in hærede parum conueniens, quandoquidem intersit nostra plurimum ne secreta patrimonij nostri pandantur. l. ij. C. quan. & quibus quart. pars deb. lib. x. C.

Alter si non fiat determinatè respectu certi fundi, sed indeterminatè respectu fundi certificandi per eum, cui fit concessio, quo casu personalis est sine dubio. l. Lucius. ff. de seruit. rust. Quæ in iis terminis loquitur, ut ex illis verbis, Aut vbi cunque vis, constat. Hæc autem omnia, cum ob multa, tum ob id, vel maximè notanda sunt, quod vbi concessio seruitus interpretatur, transit ad quoscunque hæredes. vbi vero est personalis simpliciter, non transit in hæredem. l. f. s. fin. ff. de contrahenda emptione. l. Caius. ff. de annu. lega.

124 Solus Alciat. in † Dispunctio, has doctrinas Alciati o- meras esse scholasticorum cruces, ex male trans- pinio. flata litera d. l. Lucius. fluentes asserit, quandoquidem non fuerit illic facta aquæ ducenda concessio, tanquam ius, sed in modum simplicis facultatis, & quia verbum χαρισματοι. id est gratifactor tibi, personam respicit, proinde nihil ad hæredes transmittitur.

Communi- Mihi communis sententia, & declaratio ad **nis senten-** eum text. fundator, videtur, ut ideo concessio **tia proba-** illic personalis sit, quia usus aquæ, non ad domum modo, quæ in Isthmo erat, sed ad quemcunque alium locum concederetur, ut merito **ta.** intelli-

intelligamus concessionem non prædij contemplatione, sed personæ factam esse. Qua ratione, licet nemo dicat, vsus est alibi Vlpia. ex La-beonis sententia, in l. j. §. præterea Labeo. ff. de aq. quot. & æsti. Ea autem ita explicanda est na-tura seruitutum, præsertim rusticarum, vt non nisi respectu fundi vicini, & eius necessitatibus esse nequeant, hoc est nisi qui habet seruitutem, fundum vicinum habeat, & quatenus ad eum ipsum fundum opus sit. l. ergo. ff. de seruit. rustico. Quo fit vt eæ seruitutes non personæ sed prædij di-cantur. l. qui in aliena. §. fi. ff. de nego gest. l. vnu-s ex sociis. ff. de seruit. rustico. Cùm itaque in d. l. Lucius. vsus aquæ concessus fuerit fundo non vicino, dici non potest propriè seruitus. Erit i-gitur concessio quædam personalis, quæ ideo non transmittitur ad hæredem. l. vsus aquæ. ff. de vsu & habitatio. & d. l. Lucius. Et hanc di-stinctionem latius exequuti sumus in l. vt po-mum. hoc tit.

Sed an illa concessio personalis respectu etiam fundi non vicini facta seruitus sit, nécne, videamus. cuius rei cognitio uberrimum adfert fructum. Quoniam si seruitutem esse dicamus, agi poterit confessoria contra quemcunque possessorem fundi seruientis. Si verò non est seruitus, agi tantum posset aduersus concedentem. Quod Accur. Barto. & alij in l. Mella. §. fi. ff. de alimè. & cib. leg. verius putauerunt, per l. Caius. ff. de ann. lega. & l. fi. §. fi. ff. de contrahenda empt.

Ego verò in Rubrica contrarium animosè defendi, ad quem locum relego lectorem. quan-

rum porrò spectat ad l. Lucius. nescio qua fronde negari possit, illic esse seruitutē, cū ex titulo, sub quo inserta est (fortissimum in iure argumentum. l. Imperatores. ff. de in diem addictio.) euidens fiat, de seruitute ibidem agi, non tam prædio tamen, quām personæ debita. Sic & in d.l. Mella. §. fina.

125 Vna postremo † doctrina circa hanc seruitutem A quæductus annotanda est, eum qui ius aquæ ducendæ habet in alium locum, quām ad ad quem seruitus acquisita est, aquam ducere non posse ex meo. ff. de seruit. rustico. l. j. §. illud. ff. de aq. quotid. & æsti. Hinc sequitur non posse eum eius aquæ usum alteri cedere. l. cum essent. §. per plurium. ff. de seruit. rustico. Nam seruitutem mihi concessa non possum uti pro me in aliam partem fundi, quām ad quam seruitus est quæsita. d.l. ex meo. & nisi seruata forma concessionis. l. non modus. C. de seruit & aq.

Ratio, quia qui habet seruitutem, non potest ea aliter uti, quām ad suam, aut fundi sui commoditatem. l. quoties. hoc titulo. l. ergo. §. fin. ff. de seruitutibus rustico. Et quia alioqui seruitus seruitutis induceretur, contra l. j. ff. de usufruct. leg.

Rei propria liberā quisque ad ministratiōne trahet. Hic quispam fortasse dixerit, rerum propriarum administrationem cuique liberam esse, etiam abutendo. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. l. nemo exterus. C. de Iudæ. l. in remandata. C. mānda. Ergo qui ius habet aquæ ducendæ, eo liberè in alterius etiam gratiam, uti potest. Scriptores dicunt hoc obtinere in iis quæ

quæ omnino alicuius sunt. At ubi constituta est seruitus ad certum fundum, vel determinatam eius partem, habet hoc ius certam formam, àqua recedi non potest. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact.

Tu verò clarius dic, eum qui ius habet aquæducendæ, nō habere illud simpliciter, & absolu-
tè, sed limitatè, & determinatè, ad designatum
fundum, vel eius certam partem, quare non po-
test vti ad aliam partem, quia sic non vteretur
iure suo, siquidem ius illud non habeat, in di-
spositionibus quippè limitatis, effectus est limi-
tatus. l. in agris. ff. de acq. re. do.

Prædicta tamen ex Accurs. & aliorum sen-
tentia, in d. l. ex meo. declaranda sunt, vt proce-
dant, priusquam aqua sit ingressa fundum do-
minantem. Nam postquam fuerit in agro, cui
debita erat, poterit dominus aquam illam in a-
lium quemuis locum ducere, intellige semper,
nisi domino loci seruientis noceretur. l. j. §. illud
Labeo. ff. de aqua quoti. & æsti. Fui autem ho-
die solito lögior: quod cras nō sim prælecturus.
Est enim mihi dies natalis, quem mecum decet vos
omnes cōcelebrare. Valentia, xij. Decēb. 1545. rafsj.

Hauſtus aquæ.

126 Inter seruitutes rusticorum + prædiorum re- *Hauſtus a*
ctè veteres annumerarunt *Hauſtum aquæ, Pecoris ad quæ serui-*
aquæ appulsum, Ius pascendi, Calcis coquædæ, Arenæ fodien- *tus.*
de. l. j. §. fi. ff. de ser. ru. præ. l. fi prius. §. via publica.
& §. fi. ff. de aq. plu. arc. §. inter rusticorum. de ser-
uit. in instit. de quibus sigillatim dicendum est.

Et ne quis primum existimaret eandem esse seruitutem aquæ hauriendæ, cum seruitute aquæ ducendæ, has seruitutes discretas esse, & separatas. Ideoque interdicta de his separatim reddi, dixit Vlpia. in l. j. §. j. ff. de fonte. Sunt enim quædam aquæ, quæ tametsi perennes sint, duci tamen nequeunt, ut puta puteales, & quæ extra meatus suos effluere non possunt, cuiusmodi aquis, non ductus, sed haustus aquæ seruitus imponi potest. l. j. §. quanquam ff. de aqua quoti. & æsti. *Haustrus aquæ seruitus*, definitore Azone in summa tit. C. de seruit. & aq. col. iij. *Ius est hauriendi aquam de puteo, vel fonte vicini*. Sed quoniam aliæ sunt aquæ præter puteales, & fontanas, quibus hæc seruitus imponitur. Et conuenit hæc diffinitio simplici personali concessioni, non sat tutam eā existimauerim, quamobrem hanc seruitutem sic ipse finirem, ut *Ius sit hauriendæ aquæ ex fundo vicini ad prædij mei utilitatem, aut commoditatem*. l. ergo. §. Neratius. ff. de seruit. rust. Est quippe hauriendi ius non hominis, sed prædij l. si mihi §. fi. ff. de ser. rusticō.

127

Ad hanc seruitutem † annotato sequentes doctrinas. Prima, seruitus *Haustrus aquæ* est in-nominata. Accurs. in l. j. §. in prædiis. ff. de seruit.

128 rustic. † Appellant autem Doctores nominatas seruitutes eas, quæ per verba iuris demonstrantur, ut *Iter*, *Altus*, *Via*, *Aqua duetus*. Innomina-tas verò quæ per verba facti, hoc est, ab ipso actu vtendi denominantur, veluti *Haustrus aquæ*, *Appulsus*, *Ius pascendi*, *Calcis coquendæ*, & *Arena fodiendæ*. d. l. j. §. in prædiis. cuml. sequent. Sic & delicta

delicta Barto. & alij in.l.j.colum.iij.ff.ad Turpilia.& in.l.j. §. culpa. ff. si quis test.lib. esse iuss. fue. dixerunt quædam nominata , quædam innomina- *Delicta*
nata esse. Ea quæ nominata vocant, quæ nomen à *nominata*
iure habent, & ex vi nominis comprehendunt *& inno-*
delictum, vt furtum, falsum, adulterium, plagiū, *minata.*
& similia. Innominata verò, quæ magis per ver-
ba facti, quām delicti demonstrantur, vt percu-
tere, vulnerare, comburere. Fieri quippè potest,
vt Titium percutiam, Titium vulnerem, eiúsve
ædes comburam, sine crimine, atque adeò sine
dolo.

129 Quam diuisionem vti commentitiam † reij- *Omnium*
ciendam censeo: in primis considerans seruitu- *opinio con-*
tes quas innominatas dicunt, æquè per verba iu- *futata.*
ris demonstrari, sicut nominatas. Perscrutarér-
que à Doctoribus libenter, cur *Hauſtus aquæ* ser-
uitus non ita nominata dici debeat, vti *Aquaedu-*
lius. Prætereà, melius demonstrari videntur quæ-
dam ex innominatis per verba iuris, quām no-
minatæ. Etenim inter innominatas scriptores
collocatam volunt, *Ius pascendi*, quæ ipfissimis iu-
ris verbis designatur (*Ius*) cùm nulla nominata-
num sic concipiatur. Deniq; considero ea in iu-
re nostro propriè nominata dici, quæ nomen ha-
bent speciale alteri non conueniens.l. iuriisgen-
tium. in' prin. ff. de paet. l. naturalis. ff. de præscrip.
verb. Omnes autem seruitutes sunt huiusmodi,
igitur nulla innominata.

130 Altera doctrina, † cui conceditur hauſtus *Hauſtus cō*
aqua, aut ius hauriendi aquam ex fonte, puteo, *cōſſo*, *iter*
aut alio loco, vnde hauritur aqua: Iter quoq; hoc *cōceditur.*

est ius eundi ad eum locum, concedere videtur.
 l.ij.¶ qui haustum. ff. de seruit. rustico. concessio
 quippè vno, ea omnia concessa intelliguntur,
 sine quibus concessum esse non potest. l. secunda.
 ff. de iuris dic. omni. iudic. l. j. ¶. j. ff. si vsus fru. pet.
 Quod præsertim in seruitutibus obtainere vide-
 mus, seruitutis namque concessione facta, tribu-
 tum quoque censeri debet, quicquid ad eam ne-
 cessarium est. l. si iter. hoc tit. l. seruitutes. ¶. j. ff. de
 seruit. vrb. præd. l. refectionis. ff. commu. præd. l.
 veteres. ff. de itin. actuq; priuat.

Intellige hanc doctrinam, si concessio Hau-
 stus aquæ legitimè facta esset, quia ad fontem
 priuatum. Alioqui secus, vnde ad publicum flu-
 men si haustus aquæ concedatur, nihil agitur. d.
 l. ij. ¶ qui haustum. cum enim non teneat præci-
 pua & expressa concessio iuris scilicet haurien-
 di ex flumine publico (licet etenim vnicuique
 sine concessione eiusmodi aquam ducere, & hau-
 rire. l. quominus. ff. de flumini.) Nec tenebit tacita
 concessio itineris. l. si sponsus. ¶. si maritus. ff.
 de donatio. inter vir. & vxor. l. ij. C. si pen. app.
 mors interuenerit.

131 Tertia doctrina: † *Haustrus aquæ*, sicuti *Aqua-
 ductus*, potest ex eodem loco concedi pluribus,
 modo posterior concessio priorem non impe-
 diat. l. ij. ¶ fina. ff. de seruit. rustico. Quo tex.
Franciscano ta fuit controuersia, quæ olim fuit inter Franci-
 ru & Do- scanos & Dominicanos, concessum quippè pri-
 minicano.. inum fuerat (vt illic Alber. refert) Franciscanis
rū controuer vt aquam ducere, & haurire ex flumine publico
 sit. possent. deinde idem concessum Dominicanis,
 in qu

in quos Franciscani contendebant, posteriorem concessionem valere negantes. Tandem pro Dominicanis, & merito iudicatum, cū vtrisq; aqua sufficeret. d.l.i.j. §. si. & l. Lucius. ff. de aqua quoti. & æsti. Alioqui cum priori concessioni nocua posterior esset, effectum non haberet sine cōsen-
su eius, cui seruitus prius concessa fuit. l. aquam. C. de seruit. & aq. l. per quem locum. ff. de serui.
rusti. præd. At verò dixerit quispiam, si potest seruitus ducendæ, aut hauriendæ aquæ, secundo concedi, ergo seruitus seruitutis est, contra. l.j. ff.
de v̄su & v̄sufru. leg. Respondet Bartol. ibidem,
eum qui seruitutem habet, non posse v̄sumfru-
ctum, aut aliam seruitutem constituere. seruitu-
tis etenim seruitus esse non + potest. Cæterum dominus fundi concessa vna seruitute potest & alteram concedere, quæ tunc non dicetur serui-
tus seruitutis, sed alia seruitus, non à prima ser-
uitute habita, sed à fundo. l. qui per certum. ff.
com. præd.

Appulsus pecoris ad aquam.

In prædijs + quoque rusticis *Pecoris ad aquam Pecoris ad appulsus seruitus computatur. d.l.j. §. penulti. ff. de aqua ap-*
seruit. rustico. & §. inter rusticorum. de seruit. in pulsus ser-
instit. Ea autē me autore, ius est pecudes ad fontem, uitus.
aut alias aquas vicini, appellendi. Quæ si constituta
sit prædium habenti, cuius maximè fructus in
pecore consistat, prædialis est, nisi certa persona
à concedente demonstretur. l. pecoris. ff. de ser-
uituti. rusticorū. Alioqui personæ seruitus est. l.
Mella. §. quidam libertis. ff. de aliment. & cibar.
leg.

lega.l.si quis binas.ff.de usufru. Aut simplex ius personale cuius ideo nulla fit ad hæredes transmissio.l.Caius.ff.de annu. leg.l.pater filiæ.ff.de seruit.leg.obseruata personalis iuris natura.l.fina.¶.ff.de contrahend.empt. Quando autem huiusmodi iuris concessio dici debeat seruitus prædij, aut personæ, vel etiam merum ius personale, ex verbis concessionis colligendum est, vt tradit Fulg.in.d.l. pecoris. & hæc erunt tibi in hac seruitute loco primæ doctrinæ.

134 Altera doctrina.† Qui ampliorem numerum pecorum quam debeat ad aquam appellit, non potest in vniuersum prohiberi, cum pecora separari possint.l.j.¶. Marcellus.ff.de aqua. quoti. & æst. in his quippe, quæ diuidua sunt, & separabile per lia, non vitiatur vtile per inutile.l.si sponsus.¶. inutile nō generaliter.ff.de donat.inter vir. & vxo.l.j.¶. sed vitiatur. & si mihi.ff.de verb. obliga.c. si confirmationem. de elect.in.vj.

Ius pascendi seu pecoris pascendi seruitus.

135 Diffinietur rectè seruitus *Pecoris + pascendi* in *Pecoris pa* hunc modum, si dicamus eam *ius esse pecoris pascendi in alieno agro*.l.j.¶. in prædijs.&l. pecoris.ff.de *uitus* seruit.rusti.¶.inter.de seruit.in insti. Pecoris autem † verbo quæcumque quadrupedes quæ gregatim habentur, & pascuntur, veluti oves, capras, boues, equos, mulos, asinos, meritò continentur.l.i.j. ff.ad leg. A qui! l. legatis.¶. pecoribus. ff.de leg.i.j.¶. j.de l. Aquil.in instit. Et solent miti pascendi caussa pecora in pascua, hoc est in syllam

uam, aut alium locum pastui pecudum destinatum.l.sylua.§.f. ff. de verbo. signific. pascua porro quædam publica sunt, quædam priuata.l.j. & iot.ti.de pasc.pub.& priuat.lib.xj.C.

Ex prædictis satis eidens fit doctrina, quam
17 hoc in loco primam daturi sumus † nemini licere pecus suum in alieno pascere.l.Q quintus. ff. bulare in ad.l.A quil.alioqui frustra de ea re imponeretur alieno fun seruitus.Cui tamen rei obstat.c.j. §. fina.de pac. do quando tenend.& eius violat.in feud.vbi permittit legis- lator, viatori equum suum pabulare in agro alieno, vtique ad refectionem equi herba, & viridi sylua pro sua commoditate & vsu necessario, sine tamen aliqua vastatione.Diuina quoq; lege concessum legimus per alienam messem træfunti manus spicas euellere, & manducare.c. scriptum.v j. q. iij. Sed hæc permissa intelligas ad necessarium transeuntis vsum: quia viatorem per terram alienam iter facientem fames premit.c. discipulos de consecrat. distinct. v. aut equus eius eadem fame vrgetur.dic̄t.c.j. §. fina. Æquitas namque idipsum suggerit, etiam si stricto iure deficiamur.l. ij. §. item Varus. ff. de aqua pluia arcenda.Cui enim nō æquum videbitur vel hoc saltem viatori concedere, quod sine graui domini fundi dispendio futurum est.l.in creditore. ff. de euictio.

38 Hic. † quæritur, si deprehenderim bouem, *Animal* equū, aut alia pecora vicini in agro meo, quo iure mihi sit succursum.Et si quidem illa expellere *in proprio* deprehendit, debet quomodo si suum deprehendisset, *sū an liceat* abigere sine damno, vel admonere dominum, ut *at retinere* suum.

suum recipiat. deinde agere pro damno dato, ad quod proprias actiones habet. l. quamuis. ff. ad. l. Aquil. non autem sibi ius dicere autoritate propria poterit. l. extat. ff. quod metus caui. Quidam tamē retineri posse dicūt, donec vicinus pecoris dominus damnum emendet. l. hoc amplius. §. j. ff. de damno infecto. & l. ratis. ff. de incēdio, rui- na, & naufragio. Alij verò (quorum sententia frequentiore Doctorum calculo probatur) di- xerunt nemini concessum esse hoc iure retentio- nis vti. l. quamuis. ff. ad l. Aquil. Glosa in. c. si læ- serit. de iniuria & damn. dat. nisi tantum quoad sciat, cuius est animal, quod damnum intulit. l. capite quinto. ff. ad l. lul. de adult. Specul. in titu- de acto. §. primo. Subuenitur quippè domino agri actione, vel legis Aquiliæ. d. l. quamuis. vel de pastu pecoris. l. qui seruandarum. §. fina. ff. de præscrip. verbo. vel de pauperie. l. j. & tot. tit. ff. si quadrup. pauper. fe. dica. Et ita tollunt Old. & Ang. d. §. j. l. hoc amplius. & d. l. ratis. cū vtro- bique Neratius scribit non licere tibi aliter tol-

lere ratem vi fluminis in + agrum meum delata,
Retentionis quām si mihi caueris de præterito damno. Dam-
nus an acti num namque ratis non potest dominus actione,
one tolla- sed duntaxat retentionis iure consequi. Quam
tur. dissolutionem Bartol. in dicta. l. hoc amplius. §. j.
improbat: cum per actionem non excludatur re-
tentio. l. prætor ait. §. fina. ff. de damno. infect. vbi
præter actionem datur retentio. Sed huic argu-
mento Cuman. respondet, per actionem ordina-
riam, & ad diuersum effectum competētem: qua-
lis ea est, quæ de pastu pecoris datur. Ius retinen-
di tol-

ditolli, non item per extraordinariam, & subsidiariam potissimum, si ad idem competit cum retentione. dicta. l. prætor. §. fina. Quocirca probabilior videtur hæc ratio diuersitatis ea, quam Bartolus prodidit, dicens quia facilius pereunt animalia, quam cæteræ res, maius esse in his periculum. Ideo ea non posse retineri, licet de alijs rebus contra.

140 Ad hæc crediderim ipse † eum, qui bouem, equum, pecudes, aut aliud pecoris genus in suo deprehendit, si cum dominum ignoraret, pecus incluserit, illudque diu aluerit, posse iure pignoris impendiorum nomine pecus retinere. l. si in area. ff. de condicione indebiti. l. Paulus. ff. dedoli exceptio. cum impensæ in utilitatem rei, cuius possessionem bona fide natus est, conuersæ fuerint. l. qua ratione. §. literæ. ff. de acquirendo rerum dominio. Ad quæ plura Bartolus & alij congerunt in. l. si non fortem. §. si centum. ff. de condi. indeb.

141 Habeto nunc aliam doctrinā circa hoc † ius *testis, an* pascendi. Si controuersia sit de pascuis, aut ne- quis sit idem moribus villæ, seu alterius communitatis, in qui *neus in causis* quilibet de communitate particulariter po- *sa sua com* test immittere pecus suum, ut depascatur, aut *munita-* desecare ligna (quale ius Bausellani, iuxta To- *tis,* losam patriam nostram charissimam, habent)

142 qui est ex ea vniuersitate, † non est in illa causa testis idoneus. Cyn. in. l. parentes. C. de testib. Bar. & alij. in. l. sed si hac. §. patronum. ff. de in ius vo- cand. tunc enim dicitur res propria controuer- ti, ex quo eius commodum, & incommodum ad sin-

ad singulos spectat. l. j. §. biduum. ff. quand. appell.
sit. & in re propria testimonium dicendi iura fa-
cilitatem omnibus submouerunt. l. omnibus. C.
de testib. Et quod dicitur passim Ab Accur. Bar.
& cæteris ciues, incolas, & alias singulares perso-
nas ciuitatis, aut communitatis, testimonium
ferre posse in causa, quæ communitatem illam
respicit. Accur. & alij in l. intantum. §. vniuersita-
tis. ff. de rer. diuisio. & in l. si municeps. ff. quod
cuiusque vniuersit. cum non sit singulorū, quod
est vniuersitatis. d. l. sed si hac. §. patronum. & ca.
qui manumittitur. xij. qu. ij. sanè accipendum

¹⁴³ test, vbi principaliter commodum & utilitas rei
cōtrouersæ referretur ad communitatem, quia
puta tractetur de electionibus consulum. Ac-
cur. in. §. cogitandum. de monachis. coll. j. Qua-
etiam ratione, nec de negotio ecclesiæ clericus
testimonialium ferre prohibetur. c. cum nuncius.
de testi. Secus autem, si commodum aliquod par-
ticulare ad singulares eius communitatis homi-
nes sit peruenturum, quod nullus in re sua testis
idoneus intelligatur. d. l. omnibus. & l. nullus. ff.
de testibus.

¹⁴⁴ Quæ t omnia aliàs inducebam pro me, vt om-
Valentini nibus præmonstrarem perperam questos de me,
inuria de & meis cōsilijs, quosdam ex ciuibus Valentiniis:
Corasio neque enim promiseram in conductione non
consulere contra singulares personas vrbis Va-
lentiæ, sed duntaxat non agere causam aliquam,
aut patrocinari aduersus communitatē aut rem
publicam Valentinam. publica autem ea propriè
sunt, quæ in publico vſu habentur, non in com-

modo priuatorum.l.sed celsus.in prin.ff.de contrah.emp.l.inter publica.ff.de verbo.significat.
Quare totius inculpatè potui in causis singulorum ciuium,etiam contra eos,consulere.l.intantum. s.j.ff.de rer.diuisio.l.sed si hac.¶ qui manumittitur.ff.de in ius vo.

Calcis coquendæ & arenæ fodiendæ.

146 Seruitus totius *Calcis coquendæ* ius est coquēdi calcem in fundo alieno. Itidem *Arenæ fodientæ* seruitus ius est,arenæ fodiedæ,& tollendæ in agro alterius.l.j.¶ fin.&l.ergo ff.de seruit.rusti.præd. sic in seruitute *Cretæ eximendæ*.d.l.ergo &l.veluti illo tit. Quæ seruitutes rusticæ sunt ut prædicta iura probat,& ¶ inter rusticorum.de seruit. in instit. Ad quæ loca de quæstionibus huc pertinentibus te remitto,tempestuum est nanque, ut cum satis,& fortasse plus æquo temporis,interpretationi legis primæ,dederimus,ad expositionem legis secundæ veniamus.Ioannes Corasius Tolosas in florentissima Valentinorū acha demia die x v. Decembr. m. d. x l v.

L. V N V S.

1 Dominus in re communi nihil potest.

2 Fenestram socius an ædificare possit.

3 Molas nouas in moletri-

na quando socius ponat.

4 Seruitus fundo communi ab uno non queritur.

5 Particula minima fundi recipit seruitutem.

- 6 species huins l.
 7 Quod commune est, meum
 est. reg. declarata.
 8 Seruitus cur à socio toti fun-
 do non quæratur.
 9 Pars diuisa dicitur totum.
- 10 Communis res Vendit,
 & donari potest.
 11 Vtilitas seruitutis factū
 desiderat.
 12 Vsus fructus pro parte in-
 diuisa constituitur.

VLPIAN. LIB. XVII.

AD EDICTVM.

Vnus ex dominis communium ædium, ser-
 uitutem imponere non potest.

Dominus
 in re com-
 muni ni-
 hil potest.



M N I B V S notum t̄ esse scio, quod
 tamen est hic præfandum, neminem
 dominorum in re communi qui-
 quam ignorantē, aut inuitō socio,
 iure facere posse. l. Sabinus. ff. com. diuid. adeo vi-
 nec parietem demoliri, vel etiam reficere, tamet-
 si naturali ratione communis sit, valeat. l. parie-
 tem. ff. de seruit. vrb. Sed neque fenestram face-
 re, aut t̄ aliquid aliud quo paries deterior reddi
 possit. l. eos qui. & l. quidam Hyperus. ff. de ser-
 uit. vrb. quæ præstant fortissimum argumentū,
 3 vt si duo t̄ moletrinam communem habeant, &
 alter velit molas nouas, etiam veteribus melio-
 res ponere, socio inuitō, nequeat, & si de facto
 ponat, non tenebitur socius conferre partem
 Paries cō- expensarum. quanquam si veteres molæ omni-
 munis refi no inutiles essent, secus dicendum foret. Quem-
 ei potest. admodum in pariete dicimus, quem ruiturum,

aut

aut non satis potentem, ad utriusque domus
onera sustinenda, qui si potest repugnante etiam
socio, reficere, quodque impendit a socio recu-
perabit. I. in parietis. cum duabus II. sequen. ff. de
dam. infect. I. si communes. ff. de neg. gest. I. si æ-
des. ff. communi diuid. Amplius traditum est ædi-
ficium quocunque commune, ab uno ex sociis
secundum necessitatem, tametsi dissentiat alter,
refici posse, & ita, ut si in restituendis impendiis
reficienti per quatuor menses cessauerit, fiat,
qui refecit totius rei insolidum dominus. I. si
fratres. §. idem respondit. ij. ff. pro soc. I. si vt pro-
ponis. C. de ædifi. priuat. vsque adeo interest rei-
publicæ, aspectum publicum non deformari.
ij. §. si quis nemine. & I. fi. ff. ne quid in loc. publ.

- 4 Illud quoque hic præmittendum venit, t vnu seruitus
ex dominis non posse fundo communi serui- fundo cō-
tutem acquirere. I. si vnu. ff. de seruit. rustico. muni quæ
nemo quippè, nisi sibi seruitutem recipit. I. pro- ri non po-
prium. ff. commu. prædio. cùm ex contractu al- test.
terius, alteri non quæratur. I. ea quæ ciuiliter. ff.
de acq. rer. do. I. j. C. per quas perso. nob. acqui.
Quanquam & subtilior ratio afferri posse vide-
tur, quia sicut anima in corpore, ita seruitus tam
fundi dominantis, quam seruientis respectu, to-
ta est, ut aiunt, in toto fundo, & tota in singulis
partibus fundi. I. si cui. hoc tit. I. certo generi. §. si
totus & I. via cōstitui. §. si. ff. de seruit. rust. præd.
5 t vnde toti fundo nō potest acquiri, quin quæ-
ratur cuilibet, vel minimæ particulæ, quod fieri
per eum, qui non est dominus nequit. d. §. si to-
tus, vbi Ang. perus.

6 His ita † prēmissis, species sic ad l. nostram est,
species l. effingenda. Ego & Titius habebamus ædes co-
 munes, quibus imposui seruitutem, *Altius non
 tollendi*, ad vtilitatem ædium vicinarum, quæ tu-
 erant. Docet h̄c Vlpia. cōstitutionem hanc ser-
 uitatis à me tibi factam, inutilem esse, cùm ego
 non in totum dominus essem, sed in parte. Atqui
 vnuis ex dominis ædium communium non po-
 test imponere seruitutem.

Dubitatem faciebat regula, quod com-
 mune est, meum est. l. serui electione. §. Labeo. ff.
 de legat. j. l. illud. ff. de rit. nup. & quia dominus
 fundi recte seruitutem constituit. l. j. ff. comm.
 præd. §. ideo de seruit. in instit. Domini autem
 verbo, dominum etiam pro parte contineri cer-
 tum est. l. j. §. domini. i. j. ff. ad fillania. sicut &
 tuis appellatione, pars quoque rei contineatur
 cum in toto pars includatur. l. planè. §. fin. ff. de
 leg. j. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iud.

Ratio decisionis fortius premit. Quoniam,
 vt diximus, in re communi nemo dominorum,
 inscio, aut inuito altero, iure quicquam facit. l.
 Sabinus. ff. communi diuid. l. in re communi. ff.
 de seruitu. vrb. prædio. & quia, vt ante monui-
 mus, seruitus ita per fundum seruientem diffusa
 est, vt omnes glebæ seruant. l. certo. §. si totus. ff.
 de seruit. rusticò. prædi. Atqui omnes in vniuer-
 sum glebæ non ad me solum constituentem ser-
 uitutem, & ex parte dominum pertinent. Quo-
 circa omnibus nō potuit imponi seruitus. l. per
 fundum. & l. vnuis ex sociis. ff. de seruit. rusticò.
 l. si quis duas. §. duas autem. ff. com prædio.

Non

7 Non obstat dubitandi ratio. † Quod enim *commune* vulgo effertur, meum esse, quod commune est, *an meum* procedit respectu partis meæ. d.l. serui elektione. *dici possit.* § Labeo. l. ij. ff. de cond. insti. & l. j. C. qui test. fac. poss. & ita secundum quid, non simpliciter. l. Quintus. ff. de aur. & arge. leg. Aut quantum ad dispositionem partis socij, respectu cuius, quod commune est, meum non est. l. Sabinus. ff. communi diuidun. l. pupillus. §. ff. de verb. signific. lportionem. C. de communi. rer. alie. præterea quod vulgo dici solet, meum esse, quod commune est, procedit ex facta quadam, & impropria interpretatione. propriè enim non videtur meū, quod etiam alterius est. d.l. illud. ff. de rit. nuptia. l. quicquid. ff. de acq. rer. domi. Accurs. in l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. Bart. & alij in d. §. Labeo. Qua de re ingens est illic concertatio inter Doctores quos videto: nam hæc ad tractatū seruitutum non pertinent.

Non potest.) Sed nec acquirere. l. proprium in fin. ff. comm. præd. † vnde qui stipulatur iter, aut *Seruitus* aliam seruitutem, ad communem fundum nihil cur fundo agit. l. si vñus. in princ. ff. de seruit. rustic. præd. *communi* Quoniam socius, qui stipulatus est seruitutem *non que-* fundo communi, nō potest vti seruitute in fun- *ratur.* do seruiente, ad utilitatem suam, quin vtatur ad utilitatem alterius domini, cum non sit partis corporis dominus, sed totius corporis pro in- diuso, & ita in minima gleba terre ex parte do- minium habeat. l. si vt certo. §. si duobus, ff. cō- modat. Atqui ex contractu alterius, nisi per eos, qui in potestate nostra sunt, nihil nobis quæ-

ritur. l. fundus ille. ff. de contrah. empt. l. ea qua.
ff. de acquir. rer. domi. l. j. C. per quas perso. nob.
acq.

Seruitus Porro quod hic scribit Vlpian. vnum ex do-
quando co minis communium ædium seruitutem impone-
muni præ re non posse, vt satis iam dicta demonstrant, ac-
cio acqui- cipiendum est, vbi res à pluribus dominis pro-
ritur. indiuiso possidetur: nam si partes diuisæ essent,
distinctæ, & separatim singulis assignatæ, dubiu-

9 *T* non est, quin in ea seruitus constitui possit a
domino. l. ad certam. hoc tit. nec enim tunc am-
plius res communis est, nec in ea partes plurium
dominorum respectu considerari possunt, sed
quælibet pars facit suum totum. l. quod in re-
rum. §. si quis post. ff. de leg. j. Huc pertinet, quod
eleganter. Q. Mutius apud Iul. Paul. scribit,
partis appellatione, rem pro indiuiso significari
nam quod pro diuiso nostrum est, id non pa-
tem, sed totum esse. l. rectè. §. si. ff. de verbo. sig.

Sunt item, qui dicant in casu l. ij. §. ex his. ff.
de verb. obli. vnum ex pluribus dominis in fun-
do communi seruitutem ante promissam, rectè
constituere, cum scilicet unus fuit tantum pro-
missor, cui plures hæredes successerant. Quem-
modum enim in favorem creditoris placuit leg.
multiplicare obligationes. l. ea quæ. ff. de regu.
iur. l. hæredes. §. an ea. ff. famil. erciscun. quod est
maiis: permisit quoque uni cohæredum con-
uento constituere seruitutem, vt liberetur. Sic
enim in fideiussore disposuit lex, vt damnatus
rem debitoris tradat, eiusque dominium trans-
ferat, quod tamen nō habet. l. si procuratore. §. si

igno

ignorantes. ff. mandat. nec illo casu iniuriam sibi inferri cohæredes iure contendere possunt, cum non nisi verè debitum soluatur, disponatque cohæres de re communi ad vsum, in quem fuit à testante destinata, quod etiam in iuris sociis facere potest. l. & hæc distinctio. §. fin. ff. locat. Ad hæc, & illud notandum, quod licet unus ex dominis communis prædij, non possit imponere seruitutem fundo communi: ipse tamen constitutens non potest vetare eum cui constituit, concessò iure vti. l. ij. ff. cō. præd. Azo in summa huius tit. §. constituitur. & Floria. hic.

¹⁰ Sed cur pars $\frac{1}{2}$ rei communis vendi, donari, *Contra huius pignoris ve nomine obligari potest. l. si fratres. super re C. com. utriusque iud. l. vnic. C. si res com. pig. communis dat. sit. constitui autem seruitus in parte nequit. aliter quam per obscurus est hic nodus, in quo plura à commentatoribus scripta sunt. Tu breuiter dic rationem esse, quia $\frac{1}{2}$ utilitas constitutæ seruitutis, do, cur pos non in solo iure consistit, sed factum desiderat. sit.*

quod non potest in constituentis parte explicari, quin socij pars attingatur, eius denique utilitas diminuatur. Ex contractu autem alterius iniquum esset, alterum lædi. l. paterfam. ff. de hæred. insti, etiam in re communi. l. Sabinus. ff. communi. diuid. At vero ex emptione, donatione, aut pignoris obligatione, commodum sine facto queritur, aut si factum aliquod consideratur, in traditione puta consistens, illud sine socij in-

¹² commodo expediri potest. Hac ratione $\frac{1}{2}$ in seruitute vusufructus (quæ quoniam in utilitate, & fructuum perceptione consistit, diuidua est.

1. j. §. si v̄sus fructus. ff. ad. l. falcid. contra aliarum seruitutum naturam. l. stip. non diuiduntur. ff. de verb. oblig.) non iniuria Papinia. respondit, pro parte etiam indiuisa, eam constitui posse. l. v̄sus. fructus ab initio. ff. de v̄suf. v̄tilitas namque huius impositę seruitutis in fructuum perceptione cōsistit, & ita in facto, quod explicatur sine partis socij incommodo. Ioannes Corasius Tolosas Valentia, die x viii. Decembr. m. d. xlv.

L. S E R V I T U T E S II.

- | | |
|--|---|
| 1 solum. | do esse possint. |
| 2 superficies. | 17 Seruitutem nemo in dūnum alterius imponit. |
| 3 Aedes quibus constent. | 18 Proprietarius, an in prae iud. fructuarij constitut seruitut. |
| 4 sensus l. nostræ disputatus. | 19 Intellecta noue l. ij. ff. si v̄sus fr. pet. |
| 5 superficies non est seruitus. | 20 Fructuarius non impo nit seruitutem. |
| 6 Actio quæ pro superficie de tur. | 21 Dominus directus in præjudicium utilis non imponit seruitutem. |
| 7 superficies est diuidua. | 22 Emphyteuta constituit seruitutem. |
| 8 seruitus est qualitas. | 23 Emphyteuta nō alienat. |
| 9 Enodatus §. fi. l. si tibi homo. | 24 Communis opinio de fensa. |
| 10 superficies est utile domi nium. | 25 Alienatione prohibita, quādo verita intelligatur |
| 11 Dominium directum, & utile. | |
| 12 Superficies pars domus. | |
| 13 Totum triplex. | |
| 14 Pars quadruplex. | |
| 15 Superficies, quæ pars ædiū dicatur. | |
| 16 Domini duo eiusdē rei quā- | |

14 seruitutis constitutio.
15 Declarata l. fi. C. de reb.
alle.
17 Resoluto iure datoris, quā

do resolutum ius accepto-
ris censeatur.
28 Nouē declaratur l. no-
stra.

Seruitutes prædiorum, aliae in solo, aliae
in superficie consistunt.



D e uidentiam l. nostræ præcognoscendum est, quid sit solum, & quid superficies. † Solum dicitur, quod *solum quid.*
aliud sustinet. l. solum. ff. de rei vend.

Ideo astrorum cœlum, arium aér, hominum terra, & narium mare, solum appellatur. propriè autem, vt Festus ait, solum terram ipsam vocamus, quod ea hominum omnium, & animalium

fundamentū sit, & sustentaculum. † Superficies verò dicitur, quicquid est supra faciem terræ. *superfi-*
cies.

Vnde parietes, & tecta in vrbaniis, in rusticis arbores, herbe, fructices, superficie adscribuntur.

† Aedes itaque solo, & superficie, constant. d. l. solum. & l. eum qui ædes. in princ. ff. de vscap. & sine solo superficiem stare non posse, notissimum est. l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ff. de leg. j.

4 *Constitunt.*) In horum † verborum expositione *Excussus* variant interpretes. Sunt enim, qui putat Iurisc. *huius l.* velle seruitutum alias rusticorum, alias vrbano- *sensus.*
rum prædiorum, esse. Qui sensus à posterioribus omnibus, nec iniuria reprehenditur, tum quod diuinatorius sit, contorquens nimium, ac violans literam, tum quod hanc vrbanarum, & ru-

sticarum seruitutum diuisiōnem à Martia.iam traditam, in l.j.non sit verisimile,hic inculcari à Iul.Paul.

Alij dixerunt(& hunc sensum scriptores omnes recipiunt)tradere hic Iuriscons.seruitutes alias,in solo,hoc est à domino soli,alias in superficie,hoc est à superficiario constitui. In quem sensum Bartol.fortiter opponit,& soluit ut,hic per eum. Ex cuius dictis facito quatuor doctrinas.

5 Prima,superficies seruitus † non est,sed utile dominium. Idque Accur. hic primus docuit,
superficies an sit quem Bart.& cæteri omnes sequuntur,hac ratione,quoniam si seruitus esset,non posset in ea consistere seruitus,quando seruitus seruitutis esse non possit.l.j.ff.de vſu & vſufruc.leg.Fatentur tamen Doctores superficiem impropriè & lata quadam significatione:secundùm quam omnē grauamen quod dominus continuo sentit,seruitus dici potest,seruitutem esse.l.si tibi homo.§.fina.ff.de leg.j.Quod autem propriè seruitus dici nō possit,vltra Doctorum scripta,sua detur,quia pro superficie non † competit actio confessoria,quæ datur pro seruitute,sed utilis actio in rem.l.superficiario. ff.de rei vend.l.tutor.§.fin.ff.de pignora.actio.l.j.§.j.ff.de superficieb.Et quia cum actio in rem competit,quæ non nisi domino datur.l.in rem.ff.de rei vend.consequens est,superficiarium dominium habere superficie,propriæ autem rei nullam esse seruitutem nemo nescit.l.vti frui.ff.si vſuſr.pet.l.in re communi.ff.de seruitu.vrba.præd.Deinde quo

quoniam seruitutes omnes præter usum fructū solum, individualiæ sunt. 1. Stip. non dividuntur. ff. de verb. oblig. 1. j. §. si ususfructus. ff. ad 1. falc.

7 † Superficies autem est dividua, cū pro ea iudicium detur communis dividendo. 1. j. §. penult. ff. 8 de superficieb. † Denique seruitus qualitas est, non substantia. 1. quid aliud. ff. de verbo. signifi. Superficies autem per contrarium, substantia est, non qualitas. quo circa dici nō potest superficiem seruitutem esse.

9 Verum negotium. † facit d. l. si tibi homo. §. fi. ad quam negari non potest, quin expositio Doctorum, & interpretatio maxime extranea sit, & incongruēs, cum ita Iurisconsul. eloquutum inepte dicere cogamur. Quo circa considerabam, si dici potest, quod verius videtur Iurisconsul. illic non docere superficiem esse seruitutem, aut seruitutem debere, sed potius contrarium superficie, scilicet deberi seruitutem. Vult namque Iulia. quod si superficiarius, hoc est qui superficiem in alieno solo habet, ut certam pensionem præstet, legauerit domino soli superficiem, lucrifaciet superficiem legatarius: Idque consequetur, ut ea seruitute: quam solum superficie debebat, liberetur.

Et hic est planus sensus, ad d. §. fi. ut dicat superficie à solo seruitutem deberi, tantum abest, ut velit superficiem seruitutem esse. qua in re considerare oportet, superficiem tanquam fundū dominantem, solū vero tanquam fundū seruientē. Hinc aduersus omnes sequitur, verbum seruitutis in d. §. fin. propriè stare, atque ita de ea serui

*Not. sens.
ad §. fi. l. fi
tibi homo.*

seruitute accipi, de qua agimus. nam & est hæc constitutio contra naturam, cum naturaliter eius, cuius est solum, liber sit accessus usque ad cœlum. l. fin. §. j. hoc tit. l. fin. §. si quis proiectum. ff. quod via aut clam. & natura solo cohæret superficies. l. obligationū ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. qua prædiū hoc est solum vicino prædio, id est superficie ad eius, vel domini utilitatem, cum iuris sui diminutione seruit. Seruitus itaque propria erit, cum finitio seruitutis ei ap- positiissimè conueniat.

IO

*superficies
est utile
dominiū.* Altera doctrina. † Superficies est utile dominium. qua in re sciendum est obiter, ne terminorum ignoratione lector decipi possit, Dominium quod aliud nihil est, quam ius de re corporali perfectè disponendi. Bar. in l. si quis vi. §. differētia. ff. de acq. poss. à Doctoribus ita partitū fuī-

11 se, vt † quoddam directum sit, hoc est verū proprium & principale. l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Quoddā verò utile, quod à vero dominio separatum rei utilitatem, & comoditatem omnem ad se trahit, quale illud est, quod ex emphyteusi, aut superficie habemus. l. j. §. fin. ff. si ag. vectig. l. j. §. quod autem. ff. de superficieb.

12 Tertia doctrina: † Superficies est pars domus. l. solum. ff. de rei vendi. Hic ad sexcentorum locorum intellectum annotabis, non eodem modo totum, & partem, in iure nostro ubique accipi. nam totū triplex reperitur. Vniuersale, quod partibus quibusdam remotis, totum esse nondesinit, vt genus, è quo, si subducas speciem unam, non

*Totū tri-
plex vni-
uersale.*

nō tamen ideo genus esse definit. *Integrale*, quod ex suis partibus ita integratur, ut semota parte definit esse totum, veluti domus, quæ ex solo, & superficie constat. ei etenim si superficiem, vel etiam superficie partem, tectum puta, aut parietem, ademeris, definit esse domus. l. eum qui ædes. ff. de vscap. Sic si solum, aut aream, cum & ea pars sint eidem. d. l. solum. l. seruitutes. §. si sublatum. ff. de seruit. vrba. & l. qui res. §. areā. in fi. ff. 13 de solut. † Numerale denique, quod ex partibus numeraliter collectis, constat: vt decem, totum est constans ex uno, duobus, & reliqua numero- rum collectione.

14 Pars quoque † multiplex reperitur. *Prædica-* *Pars mul-*
mental is, seu subiectua, quæ sub toto vniuersa- *tiplex.*
li continetur, sic dicta, quod de suo genere præ-
dicitur, eidēmq; subiiciatur, vt homo, bos, asin-
nus, & similia considerantur tanquam partes sub-
iectuæ, & prædicamentales animalis. Integralis,
quæ integrat suum totum, ad positionemque
totius ponitur, vt Bart. explicat in. l. si mater. §.
si quis iter. ff. de excep. rei iud. Sicuti paries re-
spectu domus d. l. eum qui ædes. & viusfructus
(vt Doctores existimant,) respectu fundi. l. iij. ff.
de vscap. l. qui vsumfructum. ff. de verbo. obliga.
Quotitatiua veluti tertia, quarta, aut alia pars
rei pro indiuiso. Sic sexcuns, triens, quadrans,
semis, quota pars est assis. l. seruum. §. fina. ff. de
hæredi. insti. §. hæreditas. illo titu. in instit. Nu-
meralis quæ ad numerum pertinet, vt quatuor
pars arithmeticæ est duodecim. Alciat. in l. ap-
pellatione. ff. de verbo. significatio. Accidenta-
lis

Numerale.
lc.

lis postremo quæ, ut tradunt Scriptores, in l.j.f.
de leg.j.adesse & abesse potest præter totius cor-
ruptionem, ut pupillaris substitutio, ad pater-
num testamentum.l.penul. ff. quemad. test. aper.
Consistit quippe paternum testamentum sine ta-
bulis pupillaribus, ut nemo nescit: & dies pars
stipulationis dicitur.l.j.§.diem. ff. de edend. cum
tamen sine die stipulationem recte fieri sit notis-
simum. §.omnis. de verb. oblig. in instit. Cætera
quæ ad partis tractatum spectant, posui in l.ad
certam hoc tit.

15 Ex his satis intelligimus † superficiem ædiū
partem esse integralem, cum ex solo, & superfi-
cie, ædes totæ confiant, & integrerentur.

16 Ultima † doctrina prestatur singularis, decla-
Duo an ratio ad illud vulgare, duo non possunt esse do-
posse interius mini eiusdem rei insolidū.l.si ut certo. §.si duo-
re i dem rei bus vehiculum. ff. commod. l. hæreditate. §.pa-
in solidum ter. ff. decastrens. pecul. l. Mæuius. §. duorum.
esse. ff. de legat. ij. procedit quippe respectu eiusdem
iuris, & dominij. nō item respectu diuersorum,
potest nanque vnuſ esse dominus insolidum iu-
re directo, & aliis insolidum iure vtilis do-
minij.

Nunc tractemus intellectum l. nostræ. & Bar-
tol. quem reliqui sequuntur, ita verba Iuriscon-
sulti interpretatur, vt velit non ab eo tantum,
qui est dominus soli, hoc est directus, sed & ab
eo, qui vtile tantum dominium habet, puta à su-
perficiario imponi posse seruitutem. Atque
hinc sumpta occasione examinant Doctores,
quando dominus directus seruitutem recte con-
stit

sttuat, & quid in vtili. Quam rem ipse noua
breuius methodo finiturus, regulam generalem
17 constituo: Non t̄ potest quis in proprio fundo,
in alterius præiudicium, imponere seruitutem.
lij. §. j.l. per quem locum. ff. de seruit. rustico. li-
cet enim dispositionem rerum suarum liberè
vnicuique lex committat. l. sed & si lege. §. con-
suluit. ff. de pet. hæred. l. nemo exterus. C. de iu-
dæ. l. in re mandata. C. mandat. Hoc tamen ita
vel ex naturali iustitia accipiendum est, si non
publicum, aut priuatum alicuius commodum
lædatur. l. opus nouum. ff. de oper. publ. fusè
laſon, in l. ex hoc iure. ad princip. ff. de iust.
& iur.

Seruitus
non impo-
nitur in
præiudi-
cium alte-
rius.

18 Hinc primò infertur t̄ proprietariū non pos-
se imponere seruitutem in præiudicium fru-
ctuarij. l. sed & si quid §. penult. ff. de vſufructu.
Cui tamen doctrinæ obstat l. ij. ff. si vſuſruct.
pet. vbi hæres in damnum legatarij fructuarij
seruitutes constituit, & vicinorum prædia ser-
uitutibus liberat, licet teneatur fructuario in
id, quod interest. Doctores communiter ex Ac-
curſ. sententia dicunt testatorem illic, non rem
propriam, sed hæredis legasse.

19 Ego t̄ hanc dissolutionem, quæ tam aperte
diuinat, non probo. licet enim testator rem hæ-
redis, sicut propriam legare possit. l. vnum ex fa-
mil. §. si rem tuam. ff. de legat. ij. §. non solum. de
leg. in dubio tamen, nō præsumitur. Alij dixerūt
in d. l. ij. vſumfructum legatum fuisse in diem in-
certum, vel sub conditione, ante cuius diei, vel
conditionis, euentum hæres seruitutem impo-
ſue

Nouē ex-
poſital. ij.
ff. si vſu-
ſructa.

suerat, & sic eo tempore, quo dominium habebat. l. j. §. serui. ff. ad fillania. & ne cum dies legati cesserat. l. j. §. j. & §. si autem aliquid sub conditione. C. de cad. toll. Verum neque hæc solutio mihi placere potest, tum quod itidem diuinatoria sit. tum quod etiam in fundis legatis sub conditione imposita seruitus, ab hærede existente conditione finiatur. l. si is cui. §. si. ff. quemad. seruit. amitt. l. si fundum à testatore. ff. de cond. & demonstrat.

Vsusfructus legatus non tradit in legatarium.

Considero itaque, ut nouè, & verè, tollamus hoc contrarium, quod licet dominium rei legatae rectâ transeat in legatarium. l. à Titio. ff. defur. Vsusfructus tamen legatus non ante in legatarium transfertur, quam ab hærede constitutus sit. l. iij. in princ. & §. dare. ff. de vsuf. & d. l. ij. ff. si vsuf. pc. quam ad hoc singulariter annotavit Franc. Are. in l. j. col. ix. ff. de le. j. ex ea Bar. & aliorum sententiam improbans existimantum, vsumfructum in ultima etiam voluntate, ipso iure constitui. Cum igitur in d. l. ij. nondum fuisse constitutus vsusfructus, ab hærede potuit seruitutes ante traditionem imponere, neque extinguetur, quoquo pacto seruitus imposita: quantum tamen interest legatarij, hæres præstare cogetur.

20 Secundò principaliter infertur † fructuarium non posse imponere seruitutem fundo, cuius vsumfructum habet, & quoniam nec illi quidem seruitutem acquirit. d. l. sed & si quid. §. penul. cum fructarius dominus non sit, & nemo seruitutem imponat, nisi qui dominus est. l. j. ff. com. præd.

Infertur tertio, quem non posse in proprio fundo imponere seruitutem, in præiudicium habentis aliam. l.i.j. §. j. & l.per quē locū. ff. de seruit. rusti. l.in cōcedendo. ff. de aqu. plu. arc. l.hoc iure. §. is qui. & l. Lucio. ff. de aq. quot. & æsti.

21 Infero quartò, t̄ nō posse dominū directum in præiudicium habentis vtile superficiarij, puta vasalli, aut emphyteutæ, imponere seruitutem. Et quoniam si non potest proprietarius in præiudicium habentis tantum ius in re, hoc est fructuarij, aut aliam seruitutem habentis, nouam imponere. l.sed & si quid. §. pe. ff. de usufru. d. l. per quem locum, cum similibus adductis. multominus in præiudicium eius, qui vtile dominium habet, cuius causa sine dubio longe nobilior est, solidior, & potentior, Doctores plenè in l.naturaliter. in princip. ff. de acqui poss.

22 Quinto eadem ratione dico, t̄ non posse dominum vtilem in præiudicium directi imponere seruitutem. Alioqui tamen potest: vt hinc secundum omnium intellectum probatur. Imposita itaque seruitute, ab emphyteuta, vasallo, aut superficiario, si contingat vtile dominium extingui, & cum proprietate consolidari: quia constitutio seruitutis domino directo obesse non potuit, extinguetur quoque seruitus. c. j. §. quid ergo. de inuest. de re. alie. fact. in feud. extinto quippe iure constituentis seruitutem, extinguitur seruitus imposta. l. si is cui. §. si. ff. quemad. ser. ammitta. & vulgo dicimus, resoluto *Resoluto* iure datoris, resolui quoque ius acceptoris. l. si ex *iure dato* duobus. §. ff. de in diē addic. l. lex vectigali. ff. de *ris. &c.*

pign. l. peto. §. prædium. ff. de leg. ij. l. Statius Florus. §. Cornelio. ff. de iur. fisc.

23 At verò nō desunt, qui absolutè dicant † emphyteutam nullo modo seruitutem imponere ta an serui posse, propterea quod rem emphyteuticam alienum fun dare nequeat. l. fin. C. de iure emphy. & cui prodo impo- hibita est alienatio, interdicta etiam intelligatur nat. impositio seruitutis. l. fi. C. de reb. alie. nō alie. Et quoniam in seruitutis constitutione consensus eorum, qui ius in re habent exigitur, sine quo inutiliter constituitur seruitus. l. in concedendo. ff. de aq. plu. arcen. Nec obstat, quod emphyteuta dominus sit vtilis, cum enim alter sit dominus nobilior, & superior, non debet seruitus spreto eius consensu, posse imponi. Sicuti in marito diximus, qui licet dominus rei dotalis dicatur. l. doce ancillā. C. de rei vend. quia tamen liberum dominiū nō habet, nec seruitutē fundo debitam amittere, nec aliam ei imponere potest. l. Iulianus. ff. de fund. dotal.

Tu nō recedas à communi, quæ verissima est,

24 dum illud meminerimus † impositam, ab emphyteuta seruitutem eidem duntaxat obesse, non etiam domino. d. c. j. §. quid ergo. Nec te moveat d. l. fi. C. de reb. alie. non alie. quæ cum dicit

25 † prohibita alienatione, pariter vetitam censi constitutionē viusfructus, nexū pignoris, & seruitutis impositionē, procedit, vbi simpliciter, & absolutè alienatio interdicta est, vt in re dotali, nō etiā vbi secundū quid, puta fine alterius consensu, patet in vasallo, qui prohibetur feudū aliena re si

re sine domini consensu. c. j. qualiter olim feud.
alie. pot. & tot. tit. de prohib. feud. alie. per Fred.
& tamen vsumfructum constituit , aliamque
quamcunque seruitutem imponit. d. c. j. §. quid
ergo. de inuest. de re. alie. fac. Sic in emphyteuta,
qui licet alienare prohibitus sit , irrequisito do-
mino. l. fi. C. de iure emphy. potest tamen in re
emphyteutica vsumfructum constituere. l. j. §. j.
vbi Bal. ff. quib. mo. vsusfr. amit. & eam pigno-
ris nomine dare. l. tutor. §. fi. ff. de pignora. actio.
lex vectigali. ff. de pigno.

¶ Præterea d. l. fi. C. de reb. alie. iis tantum [†] casu-
bus obtinet, quibus eadē est ratio in pignoris ne-
xu, & impositione seruitutis, quæ est in vera, &
propria alienatione , facta per trāslationē domi-
nij, aliàs secus. l. ex hoc. §. j. ff. de alie. iud. mut.
caus. fac. Vnde, si ratio prohibitionis sit, ne quis
facultatibus labatur, non intelligitur verita per-
mutatio , cum præsertim ex ea prohibitus est,
tantundem consequuturus. l. fi. ff. de iur. dot.

L. fin. C. de
reb. alien.
explicata.

Non item obstat l. in concedendo. quoniam *Seruitutis*
fateor in constitutione seruitutis, exquirendum *constitu-*
concessum eorum, qui ius habent in re, & quo-
rum interesse potest , aliorum puta, quibus e-
tiam debetur seruitus. de quo casu agit illic lu-
riscons. nos de domino directo tractamus , cui
nullum fit præiudicium , si ab Emphyteuta ser-
uitus imponatur, duratura tantum , quo ad ipse
rei vtilitate fruetur , nam vbi continget rem ad
dominum redire , seruitus extinguetur. ex vul-
gata regula , resoluto iure datoris , &c. d. l. lex
vectigali. cum similib.

Quod tamen in primis declarandum est, nūl dominus impositioni seruitutis consensisset. l. in diē. ff. de aqua plu. arc. Deinde ut procedat re ipsa ad dominum tanquā dominum, & iure dominij redeunte iure puta prælationis, aut ob canonem non solutum, securus, si ad eū ut priuatum rediisset, veluti, quia emphyteuta, qui seruitutem imposuerat, donasset, legasset, aut vendidisset rem emphyteuticam domino, quo casu transfibit res proculdubio ad dominum cum onere suo. l. alienatio. ff. de contrah. emp. l. traditio. §. j. ff. de acqui. rer. domi. Quæ decisiō verissima in hoc regno vsu seruatur, attestan. Guid. pap. q. ccccclxxv. Benedic. in c. Raynutius. in verbo & vxorem. in iij. deci. de test. Nichol. Boher. deci. clxxxj. vbi accuratè hoc ipsum tractat.

Ex his præsentire facile est, singularem decla-

27 rationem ad regulam, † Resoluto iure datoris,

Resoluto resoluitur ius acceptoris, procedit namque, vbi iure dato- ex antecedenti, & necessaria causa, ius illud re- ris reg. de- solueretur. d. l. si ex duobus. §. fina. ff. de in diem clarata. addic. d. l. lex vectigali. ff. de pign. & l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fis. Secus, vbi ex causa voluntaria, seu ex voluntate ipsius datoris. l. si res. ff. Quibus mod. pig. vel hypo. sol. l. in diem. ff. de aqua plu. arc. & utrobique per Barto. & cæteros ad quotidianæ quæstionis de- cisionem subinherentes.

Si vendita sit res, cum pacto de retrouenendo, & emptor medio tempore pignori rem de- derit, aut eidem seruitutem imposuerit, ven- ditore reemente euaneat ius pignoris & ser- uitutis

vitutis constitutio. cum resolutum sit ius emptoris ex præterita causa, & necessaria, nempè ex pacto apposito in contractu. d.l. lex vectigali. & alleg. l. si ex duobus. §. fi. Similiter in hærede grauato restituere post mortem suam, qui interim res, vel hypotheca, vel seruitutibus, onerauit. Nam eo mortuo, & ita eueniente die fideicommissi, extinguentur nexus illi pignoris, & seruitutum. d. §. Cornelio.

Diuersum in quibusdam aliis factorum speciebus, à Doctoribus propositis, veluti, si prius, quam venditor vltra dimidiam iusti pretij deceptus beneficio. l. ij. C. de rescind. vend. vteretur, rem emptam pignoris nomine emptor obligasset, aut in ea seruitutem constituisset, nam venditore postea ex d. l. ij. rescindente venditionem, non resoluentur iura pignoris, aut seruitutis, cum resolutio contractus fiat ex causa voluntaria, hoc est ex voluntate ipsius emptoris, qui iusto pretio oblato, potuit rem retinere. d. l. ij. Sic si lege municipij irritetur donatio, non insinuata intra certum tempus, & interim donatarius, cui res à donatore traditæ fuerant, res donatas obligauerit, elapsso tempore, quo fieri debebat insinuatio, & ita ad irritum reuocata donatione, obligatio non euanscet. Cùm resolutum fuerit ius donatarij ex propria eius voluntate. dicta l. si res. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. Quas decisiones, vt communi- ter receperas referri volui, non quod eas fixè probem, nam permulta sunt, quæ eis negotium faciunt, quæ nisi res omnino extra cautionē serui-

tutū esset, hic confarcirem. Ego alibi dicam, ut
interim videto, Cuma. & Imol. in d.l.in diem.
ff.de aqua plu.arc.& Fulg. in d.l.si res.

Sed redeamus ad intellectum l. nostræ, quæ cū
28 dicit, + seruitutes alias in solo, alias in superficie
verus sen- consistere, non hoc vult quod Doct. putant, vt
sus l. no- aliquæ à domino directo, aliæ à domino utili,
fra. constituuntur, etenim hæc interpretatio imper-
tinens nimis est, ad verba Iul. Paul. qui breuiter,
vt mea fert sententia, sentit, quasdā esse seruitutes,
quæ in ipso solo cōsistūt absque superficie, hoc
est ad quarū usum, nō est ædificium aliquod ne-
cessarium, sed terra ipsa, & solū sufficiens est, in
quo propterea cōsistere dicuntur, vt seruitutes
Itineris, Via, Aelius, Aquæ ductus, Haustus aquæ, Poco-
ris appulsus, Calcis coquendæ, & eximendæ, Arena fu-
diendæ, & similiū. Sunt item aliæ seruitutes, quæ
in superficie, hoc est in ædificio consistunt. l.ser-
uitutes quæ. ff.de ser. vrb. præ. nec enim esse pos-
sunt, nisi superficies sit, aut ædificium, quod de-
beat seruitutem, aut cui debeatur, vt Altius tol-
lendi, Altius non tollendi, Luminum, Stillicidium admittendi,
nō admitti, Oneris ferendi, & similes. Et hæc
interpretatio ad tex. nostrū, tam vera est, quam
quæ verissima. Ioann. Coras. Valentiae, die xx.
Decembris. 1545.

L. SERVITUTES. III.

- 1 Seruitus à quocunque con- 3 Ædificio futuro impo-
stituitur. nitur seruitus.
- 2 Seruitus non constituitur 4 Ecclesiæ nondum extrah-
sine prædijs. elæ, queruntur priuilegia.

- 5 sepulchro acquiritur ser-
uitus.
- 6 Promittere seruitutē, &
constituere, diuersa.
- 7 Seruitus quocunque con-
tractu constituitur.
- 8 species l.
- 9 P̄fus fructus diem, &
condit recipit.
- 10 Iura realia ex die, aut
conditione transferuntur.
- 11 Condītio extīctiua, &
inchoatiua.
- 12 Improbatus communis
sensus.
- 13 Nouus intellect. ad l.no-
stram.
- 14 Seruitus cur pure con-
stitui debeat.
- 15 Possessio & dominium
sub conditione transfe-
runtur.
- 16 Seruitutes constituenda
cum perpetuitate.
- 17 Actus legitimus condi-
tionem recipit.
- 18 Declarata l. actus legi-
timi.
- 19 Emācipatio cur nec diem
nec conditionem recipiat.
- 20 Acceptatio cur pure
concipienda.
- 21 Hæreditas non aditur
sub conditione, & quare.
- 22 Optio non recipit condi-
tionem.
- 23 Tutor cur conditionaliter
non detur.
- 24 Sententia quam condi-
tionem recipiat.
- 25 Noua & vera ratio ad
l. nostram
- 26 Ipso iure, quid in ciuilē
disciplina significet.
- 27 Ad tempus & ex tem-
pore.
- 28 Certa conditio qua.
- 29 §. placet, declaratus nouē.
- 30 Exceptio doli cur hic lo-
cum habeat.
- 31 Exposita posteriora ver-
ba l. nostræ.

Seruitutes ipso quidem iure neq; ex tem-
pore, neq; ad tēpus, neq; sub cōditione, neq; ad
certam conditionem: verbi gratia, quamdiu
volā, constitui possunt. Sed, tamē si hæc adii-

ciantur per pacti, vel doli exceptionem, occurretur contra placitum seruitutem vendicanti. Idque & Sabinum respondisse, Cassius retulit, & sibi placere.



Eruitutes. Non est subtilior lex in hac materia seruitutem, ista, in qua tractantur, quæ sunt de apicibus iuris, & plerunque dicenda occurrit, quæ

Seruitutis cōstitutio quæ deside ret. magis animo concipi, quam verbis exprimi possunt, ut Odoff. Bart. & cæteri attestatur. Agitur autem hic præcipue de constitutione seruitutis, qua in re ad euidentiam tria considerare nos oportet, Personas quæ constituunt, Res in quibus constituuntur, & Modos constituendi. Cir-

1. ca primum dubium non est quascunque + personas (quæ tamen iudicio non carent. l. inuitum. ff. de ser. vrb.) seruitutem rectè constituere posse, cū rei suæ vnusquisque liberā habeat dispositionem. l. nemo exterus. C. de iude. l. in re mandata. C. mand. etiā abutēdo. l. sed & si lege. § consuluit. ff. de petit. hæredit. Circa res tolle hanc doctrinam, + sine prædiis non potest constitui seruitus, nemo enim (inquit Vlpia.) seruitutem acquirit, aut seruitutem debere potest, nisi qui prædium habet. l. j. ff. com. præd.

2. Obstant tamen multa, & imprimis quoniam via seruitus est. l. j. ff. de ser. rust. quam nihilominus rectè promittit, qui fundum non habet. l. 3 hæredes. §. an ea. ff. famili. erciscundæ. + Deinde, quia ædificio futuro, quod nondum est seruitus, vel imponi, vel acquiri potest. l. si seruitus.

§. ff.

§. finali. ff. de seruitu. vrba. præd. l. Labeo. ff. de seruit. rust. Quibus textibus, Doctores adducti censent, + templo aut monasterio nondum constructo exemptionis priuilegia concedi posse, atque etiam statui, vt postquam ædificatum erit, certam obedientiam præstet. Præterea in re aliena potest constitui seruitus, vt constitutio euicitonis saltem obligationū operetur. l. fundum. §. j. ff. de euict. Item seruus nihil habet. l. placet. ff. de acquiren. hæredi. §. item eorum. per quas perso. nob. acq. in insti. & tamen seruus quærit seruitutem. Denique + sepulchro potest acquiri seruitus. l. iter. ff. quemadmodum seruitu. amit. & tamen nemo dici potest habere sepulchrum, cum sepulchra in nullius sint dominio. l. j. ff. si seruitus vend.

Ad claram dissolutionem harum difficultatum considerandum est, + aliud esse promittere seruitutem, aliud constituere. Ex promissione namq; personalis duntaxat nascitur obligatio, quam certum est sine fundo consistere. cum in ea nulla rerum sed personæ tantum, ratio habeatur. l. fina. §. fina. ff. de cōtrahend. emptio. l. j. §. si hæres. ff. Ad Trebellian. Ex constitutione autem, ius reale causatur. quod nisi subsit res, inane est: vel potius nullum, vt carens fundamento. §. omnium. de actio. in insti. Ergo (vt primum tollamus) promitti seruitus potest ab eo, qui prædium non habet. d. l. hæredes. §. an ea. quando ex ea promissione sola in personam obligatio exoriatur: in qua nullus habetur ad rem respectus. Constitui verò non potest, sine prædijs. dicta. l. j. ff. commu-

Promissio
aliud à cō-
stitutione
seruitutis.

Contractus super re aliena quomodo conservatur. præ. quod ex constitutione, reale ius enascatur. Id autem non subsistit, si rem non habet, in qua resideat. simile est in rei alienæ obligatione, pignoris nomine, quæ sicut venditio fieri potest, rem alienam. ff. de contrahenda emp. respectuamen obligationis in personam. l. tutor. §. contrariam. ff. de pigno. actio. nam ius ipsum reale, neque per venditionem rei alienæ, neque per pignoris nexum, constitui potest. d. l. rem alienam. & l. iij. ff. de pigno. actio. Alioqui. inferretur graue præiudicium domino, contra omnem æquitatem. & ita in specie declarat. Bartol. in. l. si sine C. ad Velleia.

Quod autem pertinet ad alteram difficultatem, considerandum est, quod cum seruitus constituitur, futuro ædificio, non constituitur sine fundo, est quippe fundus, licet nudum exædificatus. Quibus fit ut non etiam obsit l. fundum. §. j. ff. de euictio. fateor siquidem per alienum fundum seruitutem constitui: sed non quemadmodum censet illic Africanus, ut valeat conuentio in vim constitutæ seruitutis: sed ut teneatur constitutus euictionis nomine. Ad quartam, de seruo, planum responsum patet: quia seruus non sibi, hoc est, ad sui commodum, querit seruitutem, sed domino, cui nudum præstat ministerium. §. sed cum factum. de stipu. seruo. §. ei qui & §. post mortem. de inutil. stipul. in insti. Vlti. sepulchra an sint in dominij nostri non sint. d. l. j. ff. si seruitus vendicatio. quia annumerantur inter res religiosas: quas in nullius esse bonis constat. l. intantum. §. sacra. ff. de

ff. de rerum diuisi. Quia tamen in sepulchris ius inferendi habemus: in dominio nostro (legis interpretatione) esse creduntur. l. si quis sepulchrū. & l. si plures. ff. de rel. & sum. fu.

Circa modum + constituendi, illud præcipue *Constituendum est, & inter viuos, & testamento seruitur seruitutem constitui.* §. fina. de seruitu. in institu. & tūs et teita, per quencunque contractum, siue nomina- stamento, tum, siue innominatum (vt apertè demonstrat il- & inter lic Imper. dum ait, pactionibus siue stipulationi- viuos. bus.) quatenus enim de pactionibus loquitur, ad innominatos cōtractus se refert: cùm omnia pāta nuda cōtractus sint innominati. Accur. in. l. j. ff. de actione & obligatione. Quatenus verò de stipulationibus verba facit, de contractibus nominatis loquitur, cū stipulationis contractus sit nominatissimus. l. j. §. fi. ff. de pactis. Sic enim separant Iurisc. in hac materia seruitutum stipulationes à pactis. l. cū essent. §. fi. ff. de seruit. rusticō. Hæc cum de nobis audiret Petrus Bucherus eruditissimus doctor, decanusque inclytæ achademiæ Grationopolitanæ, sic in circulis opponebat. Actio ex constitutione seruitutis enascitur l. secunda. ff. si ser. vendic. §. æquè de actio. in institutio. ergo pacto nudo non constituitur, cùm nō pariat actionem nuda pactio. l. iurisgentium. §. sed cùm nulli. cum vulga. ff. de pactis. Respondi conuentionem hanc nudam à lege fomentari videlicet ex dicto. §. fina. de seruitut. in quo expressim cautum est, pacto nudo efficaciter constitui seruitutem. non mirum si ex ea pactione (licet nuda) actio oriatur. l. legitima. ff. de pactis

Buchichel
ly viri do
ctissimi
argumen
tum.

Etis.l. etiam.l. frumenti. ff. de vſuris.l. ad exactio-
nem.C. de dot.promiss.

Est porrò differentia inter constitutionē serui-
tutis ex testamento, & inter viuos. Superiore
namque casu ab adita hæreditate incontinenti
quæritur: adeò ut ignorans eam sibi legatam non
vtendo amittat. l. si partem. §. si per fundum. ff.
quemad.serui. amit. Cùm verò inter viuos con-
stituitur, non nisi vſu, & patientia (quæ in serui-
tibus traditionis effectum habent.l. quoties,
ij.hoc ti.l.j. §. fina. ff. de ser.rusti.) quæritur. cum
enim seruitutes incorporales sint, atq; ideo non
possideantur.l.j. §. fi. ff. de rerum diui.l. sequitur.
§. si viam. ff. de vſuc.l. iij.in. prin. ff. de acqui. poss.
nulla seruitutis vacua traditio esse potest. dicta.l.
quoties.cæterum patientia constituētis, qui aliū
eo iure seruitutis vti patitur, efficit ut traditio
sequuta intelligatur.d.l.j. §. fi. de ser.rus.l. si ego.
§. j. ff. de publi.l. iij. §. dare. ff. de vſufruct. Quam-
primum autē cœperit vti seruitute emptor, aut
alius cui verbo constituta est, statim eam acqui-
ret, cùmprecedat titulus habilis.l. quædam mu-
lier. ff. de rei. vendi. §. interdum. de re.di. in insti-
tumq; proprie non ante dicitur constituta.d.l.fi
partem. in prin. & paulò. infra dicam. An autem
seruitus in diem, vel sub conditione constitui
possit, peregregiè docet Papi. in hac.l. ad cuius
speciem pergo.

8 Quælitum est à Papiniano, † nunquid, sicut
species. l. purè, ita ad diem, ex die sub conditione, & vſq;
ad certam conditionem seruitutes cōstituantur.
Respondet quod non, summo iure, verū ex æqui-
tate

tate: quia nihil magis cōgruit fidei humanæ, quā
 quæ placuerunt inter contrahentes seruari. l. j. ff.
 de pact. si is cui non purè, sed adiecta die, aut con-
 ditione seruitus constituta est, eam contra placitum,
 hoc est purè vendicet, & petat pacti exce-
 ptione, aut doli submouebitur. excipi namq; ei
 poterit de pacto, quod aliter pacti fuerunt, aut
 dedolo. dolo quippè facit qui cōtra formā cōue-
 tionis seruitutem petit. Et licet inter initia nihil
 dolo malo fecerit: attamē nunc petendo, dolosè
 facit. l. palam. §. item quæritur. ff. de dol. excep.
 merito pacti conuenti vel doli exceptione con-
 tra legem conuentionis vendicans seruitutem
 repelletur. l. eum qui. §. qui ita. ff. de verbo. obli.

Ratio dubitandi est fortissima: quia quicūq;
 cōtractus & purè, & sub cōditione fieri potest. l.
 in diem. ff. de condic. indeb. l. ij. ff. de in diem ad-
 di. §. omnis. de verb. oblig. §. emptio. de contra-
 hen. emp. in insti. & de constitutione seruitutis
 9 euidentis fit: † quia vsus fructus seruitus est. l. j. hoc
 tit. qui siue ex die, siue ad diem, siue sub cōdicio-
 ne dari potest. l. iiiij. ff. de vsufru. l. & puto. §. vsu
 fru. ff. famil. erciscund.

Decisionis vera ratio est, secundūm Bartol. &
 alios: quia tempus non est modus inducendæ, vel
 tollendæ obligationis. l. nemo potest. ff. de leg. j.
 obligationum feré. §. placet. ff. de actio. & obli-
 ga. Cūm itaque ex constitutione seruitutis con-
 stituens perpetuò obligetur, non potest seruitus
 ex tempore, vel ad tempus, constitui. neque enim
 eius obligationis tollendæ tempus, modus suffi-
 ciens est.

Nec

Aetus qui Nec obstat ratio dubitandi, quoniam licet re
 neque die gulare sit, ut quod pure concipitur, sub condi-
 neq; con- tione fieri possit, certi tamen casus, à lege specia-
 ditionē re li ratione excipiuntur, qui neq; diem, neq; con-
 cipiūt, de- ditionem recipiāt. l. actus legitimi. ff. & in. vj. de-
 clarati. regu. iur. & hæc est vera dissolutio: licet ad com-
 munem declarationem non tendat. Ad quam vt
 pergamus, dicendum est non obesse quod dici-
 tur de usufructu, qui seruitus est, sed personalis.
 10 nos de seruitutibus rerum agimus. † Et si instes
 iura quoq; realia sub die, aut conditione trans-
 ferri vt in dominio, & possessione Iulianus do-
 cet. l. qui absenti. §. j. ff. de acqui. posses. Respon-
 dent Accurs. Barto. & cæteri (mirabiliter totam
 hanc materiam coarctantes.) hunc textum de
 11 conditione † (vt vocant) extinctiua non etiam
Conditiō extintiū et in- choatiua. inchoatiua, seu inductiua loqui, vt ita velit Iuri-
 sconsul. seruitutem sub inchoatiua conditione
 rectè constitui. non item sub extinctiua: veluti si
 dixero: cōstituo tibi seruitutem *Itineris* sub cōdi-
 tione, si nauis ex Asia venerit: iure, & legitime,
 in hunc modum seruitus est constituta. Si verò
 constituerim pure, (ea tamen adiecta lege) vt fi-
 niatur & extinguatur si nauis venerit ex Asia:
 inutilis ipso iure, & inefficax erit constitutio.
 Qui sensus ad legem nostram ab omnibus ac-
 12 commodatur. Mihi non † diuinatorius modo,
 sed euidenter Papiniani verbis repugnans vide-
 tur. Cùm enim dicit seruitutes sub conditione
 constitui non posse: indicat apertè se loqui de
 conditione adiecta constitutioni, non extinc-
 tiū. Præterea disponere ad certam conditionem,
 & sub

& sub conditione, (quam extinctiuam dicunt) paria sunt. siquidem vtrunq; eò tēdat, vt in euenuum conditionis actus extinguitur, & tamen hic iurisconsultus hæc duo vt diuersa prorsus & separata ponit.

Ego, sine violatione hunc text. intelligo: vt velit + seruitutes nec sub conditione inchoati- *Not. sensua* constitui, nec in conditionis euentum extin- *sus l.* gu posse. qui sensus planus est, & verissimus. Ad quem optimè quadrat illa dubitationis ratio. Omnis actus regulariter diem, & conditio nem recipit, hoc est in diem, & sub conditione, sicut pure concipi potest. l. secunda. ff. de in diem addic. l. sub conditione. & l. quod in diem. ff. de actione & obligatione. l. in illa. l. hoc iure. l. ante calendas. l. eum qui calendis. & l. hoc anno. ff. de verborum obligatione. §. emptio. de emptione & venditione. §. omnis stipulatio. de verborum obligationibus in insti.

14 Verum + quæ possit dari decisionis ratio, intellectu difficillimum est. Nec enim imprimis hue pertinere potest ratio M. dicentis seruitutes neque diem, neque conditionem recipere: quia nec dominium sic transfertur. hoc enim vt Accurs. Bartol. & alij aduertunt, aperte falsum est,

15 cum + & possessio et dominium, sub conditio- *Possessio* ne transferantur. l. qui absenti. §. j. ff. de acquiren. *& domi-*
nium sub
posse. & ex tempore ita, vt dominium pro tem- *cōditione*
pore recedat, & post tempus reuertatur. l. penul- *transferre*
tima. C. de legatis. Præterea maiorem habet affi-
nitatem vsusfructus cum dominio, quam ser-
tur. *vitus: cum in multis catibus, usumfructum par-*
tem

tem dominij dixerit Iurisconsul.l.iiij.ff. de vſu-fru.& tamen vſusfructus sub conditione, ex tempore, & ad tempus constitui potest.d.l.iiij.& l.& puto. §. vſusfructus. ff. famil. ercisc.

Non etiam conuenit ratio communis, quia tempus non est modus tollendæ, aut inducenda obligationis.l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & obliga. nec etiam conditio.l. nemo potest. ff. de. lega. j. Quoniam, vtcunq; defendi posse in seruitute ad tempus constituta, non tamen militat in constituta ex tempore, quæ nullo temporis euentu finitur. Et verè. §. placet. habet tantum pro absurdō, vt obligatio ad tempus constituatur. non etiam vt ex die, cessant quippè tūc & verba, & ratio Iurisconsulti.

16 Accurſij † quoq; rationem, quod voluerit lex constitui seruitutes, cum perpetuitate quadam, propter vtilitatem prædiorum non quadrare, Barto. existimauit, quando ea attenta, non deberet impediri constitui ex tempore seruitus. perpetua siquidem postea effet seruitus, exempli eius quæ purè constituitur. Eandem quoque rationem (alia tamē consideratione) improbat hic Angel. peruf. fieri quippè potest, inquit, in modo tempore agro vtilitatem perpetuam afferre. cum tamen fieri non possit, vt ad modicum tempus seruitus constituatur, vt hic.

17 Omnia † autem rationum deterrima est, quam simplices quidam (hoc significanti nomine vocat eos Roffred. Beneuent. in quarta parte ſuę ſummę) tradiderunt. quoniam inquiuit, seruitus, actus est legitimus, ex legis ſanctione de-

scendens, & robur accipiēs. l. legitima. ff. de pacē.
Atqui actus legitimī neque diem, neque conditionem recipiunt. l. actus. ff. de regul. iur. Qua in
re inexcusabiliter errant, cum (vt iam diximus) regulare sit quemcunque actum, & pure & in
diem, & sub conditione fieri posse. §. omnis stipulatio. de verbor. obligat. in insti. cum sexcen-
tis similibus. Nec quicquam obest d. l. actus. quæ

¹⁸ non loquitur absolute de quibuscunque acti- *Explicata*
bus legitimis: sed de illic expressis. *Actus* inquit *l. actus le-*
legitimi, qui non recipiunt &c. Expendendum autem *gitimi.*
præsertim venit relatiuum quis, vel qui. cuius
ea est natura, vt iunctum antecedenti, sine copu-
la ster restrictiuè. l. ea tamen adiectio. ff. de leg.
iii. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in
l. j. C. de summa trinit.

Habent porrò expressi casus, in d. l. actus le-
¹⁹ gitimi. specialem rationem. Et imprimis [†] eman-
cipatio quam nec diem nec conditionem reci-
pere ideo dicit Rofred. vbi supra, quod duo sint
tantum modi, quibus filius sui iuris effectus, re-
dit in patris potestatem. unus honestus, per ado-
ptionem. l. qui liberatus. ff. de adop. alter inho-
nestus, per ingratitudinem. l. j. C. de ingrat. lib.
præter quos absurdum est filium in patriam po-
testatem reuocari: quod tamen fieret, si ad diem
fieri posset emancipatio, die transacto.

Quæ tamen ratio (mea sententia) bona non
est, vel ex eo, quod tantum cōcludat, vbi ad diem
fieri emancipatio. non etiam si ex die, aut sub
conditione. Quocirca considerabam si melius
dici posset. hoc ideo constitutum, quia filius,

Emancipa-
tio cur diē
cōditionē-
ue non re-
cipiat,

Nova ra-
tio.

alioqui ad tempus intelligeretur. cum tamen dicatur Iul. Paul. moribus nostris non conuenire, ut temporalem filium habeamus. l. si tibi. ff. de adopt. & nolit lex statum liberorum esse in pendentia, aut in suspenso remanere. l. in quæstione. §. f. C. de sentent. pass. nisi cogat necessitas, ut in capto ab hostibus. §. si ab hostibus. quib. mod. ius pat. pot. sol. in instit.

20 De acceptilatione (qui casus \neq alter est) rationem idem Roff. esse dicit, quia acceptilatione cur est imaginaria solutio. l. j. ff. de acceptil. Solutio dies autem conditione autem eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. §. j. quib. mod. toll. oblig. in insti. & scilicet nequeat. mel extincta obligatio amplius non reuiuiscit. l. qui res. §. aream. ff. de solut. Reuiuisceret autem, si fieret ad diem elapsi die. Sed qua ratione precedentis casus rationem sustulimus, haec quoque submouenda est. Quocirca tu sic (& melius) dici
Nova ratio. 20. Acceptilatio exemplo veræ solutionis liberat. l. in diem. ff. de acceptilat. Solutio autem vera statim liberat, non expectata die, aut conditione. §. j. quib. mod. tol. obli. ergo & acceptilatio ut non minus operetur fictio legis, quam verita. l. filio, quem pater. ff. de accepcl.

21 Tertius casus \neq est, Additio hæreditatis quæ nec diem, nec conditionem recipit. d. l. actus. hæredita- & l. eum qui duobus. §. f. ff. de acq. hæred. Sum- tis curpum ratione (inquit idem Roffred.) quia in hæ- riefieri de redem omnia iura statim transeunt. l. cum hæ- heres. ff. de acq. pos. & hæres fit sola voluntate. l. iam dubitari. ff. de hæred. inst. l. quoniam foro rem. C. de iur. delib. At, qui semei est hæres, per euem

euentum diei, conditionis, aut alio modo non potest desinere esse hæres. l. & si sine. §. sed quod Papinia. ff. de minorib. Ego alias breuius dicebam, quod cum aditio hæreditatis confistat in hæredis voluntate. d.l. iam dubitari. & l. potuit. C.de iur. delib. §. fi. de hæret. qualit. & diff. firma, certa, & explorata. l. ij. ff. de offi. procur. Cæsa voluntas autem ex die, in diem, aut sub conditio-
tione concepta, non sit certa. quinimo nec pro-
priè voluntas. l. j. ij. respons. ff. de donatio. profu-
se Docto. notant. in l. j. ff. de reb. credit. non pos-
sit nisi pure adiri hæreditas. Hinc alibi diximus
sub cōditione etiam de præsenti (quoniam & ex
ea incertitudo oritur, licet actum non suspen-
dat. l. cum ad præsens. ff. de reb. cred.) hæreditati-
tem adiri non posse. d.l. eum qui. §. fi. nisi condi-
tio talis esset quæ nullam pareret incertitudi-
nem: quia iuris & necessaria. l. muto. §. j. ff. de tut.
veluti Adeo si de iure possum. Bal. in l. potuit. col. ij.
C.de iur. delib.

² Optio serui \dagger quartum locum occupat. Quæ promptam habet rationem, ne sit in potestate legatarij ius hæredis reliquos fortasse seruos distrahere volentis, impedire, & interpellare, si in diei aut conditionis euentum optionem moretur. Qua etiā ratione cōstitutū videmus, ut cogi possit à iudice legatarius ad eligendum intra certum tempus. l. mancipiorum. ff. de optio. leg.

³ Ultimus casus est \dagger datio tutoris, quæ nequit à iudice sub conditione fieri. d.l. actus. & l. muto. §. sub conditione. ff. de tutel. Et est ratio, quia sit cum cause cognitione. decretum autem,

*Nova ra-
tio.*

*Optio ser-
ui cur non
recipiat cō
ditionem.*

*Tutor cur
sub condi-
tione non
detur.*

à iudice non interponitur, aut non fertur sententia sub conditione. l. j. §. biduum. ff. quand. app. sit. Ergo secus vbi testamento daretur tutor, qui & ex tempore, & usque ad certum tempus, & sub conditione, & usque ad certam conditionem dari potest. l. tutor datus. §. j. ff. determinata. tutel. §. ad certum. qui test. tuto. da. poss. instit. Et tunc medio tempore alius tutor dandus est. l. si quis sub conditione illo tit. §. j. de attilia. tut.

24

*Sententia
sub qua cō
ditione nō
profera-
tur.*

Ex prædictis habes † alium casum (præter expressos) in d. l. actus. qui conditionem non recipit, videlicet sententiam. d. §. biduum. quæ cum certum finem liti imponere debeat, certaque proferri. l. j. ff. de re iu. §. curare. de actio. in inst. in pendenti esse non potest. l. non quemadmodum. ff. de iud. quod Bar. in d. §. biduum. declarat in conditione extrinseca & penitus remota, veluti, si nauis ex Asia venerit. Nam sub intrinseca, & negocio cohærente, ut si est probatum, aut ut capiantur immobilia, si non reperiantur mobilia, ferri potest. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. Bal. in c. quod ad consultationem de re iud. Id autem an accipiendum sit de conditione intrinseca de præterito presentive, an etiam de futuro, plenè post cæteros examinat Ias. in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iud. Sed è diuerticulo in viam redeundum. Accommodari denique huc non potest ratio qua vtitur hic Angel. perus. vestitus plumis Bartoli, seruitus (inquit) qualitas est. l. quid aliud. ff. de verb. sig. quare sic se habet ad prædiū seruiēs, sicut cicatrix quedā in corpore

pore nostro, quæ nihil aliud est, quam qualitas quædam corpori nostro impressa. l. quæritur. §. ff. ff. de ædil. edict. quemadmodum igitur cicatrix sub conditione, aut ad tempus, corpori hominis, alteriusve animalis, non imprimitur: cum hoc in potestate inferentis cicatricem, non sit: ita nec seruitus prædialis, per quam ipsum prædiū seruiens (veluti per quandam cicatricem) efficitur deterius.

Verum, vt dixi, hæc ratio parum cōuenit, vt quæ nimium longe petatur. quid enim cicatrix cum seruitute commune habere possit, non plāne video, quando huius, & illius causa diuersissima prorsus sit. Sed maximè quātum ad notam illam, & impressionē qua de Peru. agit. cicatrix *Cicatrix* nanque, vt nemo nescit, signum est indeleibile, *quid.* quod ex vulnere aut vlcere impressum corpori, in eo perpetuo residet: nec quacunque hominiſ opera diuellī potest. cum tamen seruitus in fundo constituta, à fundo multis modis separetur, & intereat: veluti confusione, paecto, non vsu, præscriptione libertatis aduersus seruitutem, aliisque de quibus in titu. ff. quemadmodum seruit. amit. in l. hæc autem. ff. de ser. vrba. & in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap.

Ex his non dubito quin omnes hæ rationes, inconcinnæ lectori alicuius iudicij videantur. & in posterum reiiciantur. neque enim hunc salebrosum locum, (si non afferatur aliud) expli- *Nova de-*
cant. Quocirca (vt genuinam † huius loci sen- *claratio.*
sentiam habeamus,) considerandum est, tria in *Promissio* seruitutis acquisitione versari. Promissionem, seruitutis,

Constitutionem, & Traditionem. Promitti tunc
namque imprimis, seruitus ex qua promissione,
actio duntaxat personalis quæritur. non autem
constituitur seruitus ante traditionem, quæ si
per patientiam. l. quoties. ij. hoc tit. inducendo
in fundum stipulatorem & patiendo eum vti.
l. ij. §. dare. ff. de usufruct. Aut ante factum si ta-
lis sit seruitus, ad cuius usum aliquod opus ne-
cessere sit fieri, veluti aqueductus, quæ non statim
intelligitur constituta, cum ea verbo (mihi con-
stituis) inducendo me etiam in fundum nisi ri-
uuus quoque fiat, per quem aqua ducatur. l. si par-
tem. in prin. ff. quemadmod. ser. amit. Sic in ser-
uitute Tigni immittendi priusquam fiat foramen,
& aliis omnibus, ad quarum usum, factum alii-
quod necessarium est, dicendum ut antequam
illud fiat, non dicatur constituta, ut bellissime
Castrensi. in d. l. si partem. per illum text. explicat.
Circa promissionem illud certò tenendum est,
seruitutem in diem aut sub conditione, promis-
ti posse, cum stipulatio, & quicunque actus legi-
timus regulariter diem, & conditionem, reci-
piat, nisi lege nominatim excipiatur: hūc autem
nullibi exceptum lego. nam hæc lex non de pro-
missione, sed de constitutione loquitur.

*Constitutio
seruitutis.*

Constitui planè seruitus ipso iure non potest,
neque ex tempore, neque ad tempus, neque sub
conditione, neque ad certam conditionem, vt
hic. Cuius rei breuiter rationem esse puto: quia
seruitutes prædiorum, perpetuam causam habe-
re debent, (hoc est) eius esse naturæ, vt eis assi-
duè, perpetuò, & omni tempore, vti possimus,

volu-

volumus. l. foramen. ff. de seruit. vrba. quāquam fortassē non expeditat. l. j. §. j. ff. de aqua quotid. & æsti. Vnde Iabolen. seruitutem ita constitui non posse stricto iure respondit, vt sublatis vīneis, aut altera fundi superficie, intereat. l. certo generi. in princip. ff. de seruit. rustico. & seruitutem, Aquæ ducendæ, noluit Vlpian. imponi posse, nisi aqua perenniter fluat: alioqui intermittenda esset nonnunquam seruitus contra eius propriam & substantialem naturam, secundūm quam perpetuam, & assiduam causam, pro volūtate eius cui debetur, habere debet, lege pri ma. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. Et hanc fortassē rationem Accurs. hic præfensit, dum dicit, ideo traditum, ne seruitutes diem, aut conditionem recipiant. quod lex voluerit eas constitui cum quadam perpetuitate propter utilitatem prædiorum. Hoc autem licet Bart. hic improbet. Idem tamen in l. Caius. ff. de ann. leg. huic sententiæ adstipulatur, nouissimèque Ioan. Longouall. Parisiensis. in l. imperium. ff. de iurisdictio. om. iudicū. Sed iam satis huic rei datum est, nunc sigillatim Vlpiani verba exponamus.

26 · *Ipsò quidem iure.* Ius illud omniū † antiquissimum xij. tabul. quodque ex. xij. tabulis promanauit, & deriuatū est, Ius simpliciter, & per Antoniasiam dixerunt Iurisconsulti. l. j. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. Inde frequens illa locutio in iure nostro. Ipsò iure, qua ius ipsum ciuile significatur, à prætorio, & alio quoconque omnino seiuinctum, & segregatum.

1. inter fideiussores. ff. de fideiutto. §. non autem de perpet. & temp. actio. in insti. hoc est lex me-
ra ciuilis, vt scripta erat ab interpretatione (quā
postea Prætor ex bono & æquo fecit) separata.
I. si vſusfructus. §. illud. ff. vſusfruct. quemad. caue.
I. j. §. penul. ff. quod fal. tut. autor. I. j. §. fina. ff. de
superficieb. quā strictū ius Iul. Paul. aliquando
dixit. I. si quis duobus. ff. de consti. pec. Et ideo
Vlpia. cessare partes prætoris voluit, vbi nos fa-
tis ipsum ius muniuisset. I. in causæ. j. §. j. ff. de mi-
no. Quoniam autem ius ipsum ciuile statim nul-
lo hominis facto desiderato, operatur. I. in suis.
ff. de lib. & posthu. I. vbi cunque. ff. de fideiutto.
receptum est, vt his verbis ipso iure, meram il-
lam, & ordinariam iuris ciuilis constitutionem
intelligamus. mox, & sine aliquo hominis mini-
sterio operantem. I. iij. §. sciendum. I. cum hic sta-
tus. ad fi. princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. I. j.
§. penul. ff. de cura. furios. I. in suis. ff. de suis & le-
git. I. qui dece. ff. de solutio. I. Græcè. §. j. ff. de fide-
ius. Cū verò prætor aduersus antiquæ legis præ-
scriptum vel emendandi, vel interpretandi, ve-
teris iuris gratia (penes enim hūc magistratum,
vt Fenestella scribit, adeo omnis publici, priua-
ti que iuris potestas fuit, vt nouum ius condere,
& vetera abrogare facultas esset.) aliquid con-
stituebat. Ius illud prætorium & honorarium
antiquæ legi contradicens, non statim operaba-
tur propter præscriptum veteris legis, quam sic
inexploratè tolli indecens erat, sed hominis fa-
ctum exceptionem, à Prætore datam, bono, &

æqu

æquo subnixam, referentis, & allegantis, necessarium fuit, ut ita qui mero iure ciuili obligatus erat, prætoris beneficio, æquitate aliqua suadente tutus esset. l. quid si maritus. §. j. ff. de consti. pec. Ideoq; tunc non ius, sed factum versari dixit Iuriscons. l. si vnu. §. pactus ne peteret. ff. de pact. veluti si quispiam dolo inductus, solenni stipulatione nonihil promisisset: Is quippè tenetur ipso iure, (hoc est prescripto legis ciuilis.) cæterum, à Prætore adiuuatur: vt aposita doli exceptione, agentem repellat, quam exceptio-
nem, summa ratione Prætor proposuit: ne cui dolus suus, per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem profit. l. j. in fin. ff. de doli exceptio. Hoc ipsum ius ciuale Iuriscons. quan- *Ius solen-*
doque solenne vocauit. quod leges illæ antiquæ ne.
non temerè, sed trinundino die propositæ, à singulis,
atque vniuersis facilè cognitæ, à populo tandem reciperentur, neque aliter perpetuæ
legis robur obtinerent: quām si ex hoc vrbis insituto solenniter fuissent receptæ. quod & Macrob. in. j. Saturnalio attingit. & nos diffusiore tractatu explicamus, in libello de varijs & antiquis legibus Romanorum, quem iamvsq; ad sua cornua explicitum, & quasi perfectum, prope diem typographis excudendum dabimus.

Neq; ex tempore. puta post decem annos, aut à ca-
lendis Ianuarijs. ¶ nam his modis ex tempore di- *Ex die,*
citur concipi dispositio. l. quærebatur. §. fina. ff. *et ad*
demilit. testa. l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inst. *die, quid*
l. obligationum ferè. ad princip. ff. de actio. & *fieri di-*
obligat. Ad tempus verò, si usque ad decem an- *catur.*

nos, aliudve certum, & limitatum tempus. I. & puto. §. j. ff. famil. ercisc. l. miles ita heredē. in prin. ff. de testa mili. §. hæres. de hered. inst. in inst. Huc pertinet elegans doctrina Bald. Ange. & Imo. in. l. hæreditas ex die. ff. de hered. insti. Ex die inquit dari, relinqu, aut constitui dicitur, vbi dies se haber per modum principij. Ad diem vero, quādo dies apponitur per modum finis seu finalis termini, ut in propositio, cum dico, constituo seruitutem post calendas Ianuarias, ex die dicitur constituta seruitus. nam post calendas Ianuarias inciperet effectum habere cōstitutio. Quod si dicere, cōstituo usq; ad calendas Ianuarias quia horum verborum sensus est ut calendis Ianuarijs finiatur seruitus. Ad diem tunc dicitur constituta. quæ ab alijs neglecta volui declarare, ne in istis minutulis tyrones cum plerisque decipientur.

Sub conditione. veluti si nauis ex Asia venerit, ne que enim assentiri possum commentatoribus, qui extinctuam nescio quam cōditionem hic com miniscuntur.

28 *Neque ad certam.* verbi gratia, + quādiu Franciscus potentissimus Rex noster vixerit. l. tutordatus. §. j. ff. de testa. tutel. aut quandiu volam, ut hic subiicit Papinian.

Seruitus *Constitui possunt.* Hic quæro nunquid seruit non purè res ex die, vel ad diem, sub cōditione, vel ad constituta ditionem constitutæ, nullius sint momenti. An nullius vero vitio temporis, aut conditionis, sublatos sit momēt maneant. In qua sententia procluior sum. legētit. *hæreditas ex die.* ff. de heredi. instit. §. hæres. illo

titul. in institu. Et manifestè probant sequentia
lurisconsulti verba, dum docet Papinia. exce-
ptionem doli necessariam, vt vendicans seruitu-
tem, tanquam pure constitutam repellatur. vsus.
fructus porrò hoc habet speciale, vt tametsi ser-
uitus sit. l. prima. hoc titul. l. j. §. si vsusfructus. ff.
ad l. falcidi. ex certo tamen tempore, & vsque ad
certum tempus, sed & alterius annis dari, adiu-
dicarique possit. l. & puto. §. j. ff. famil. erciscun. l.
iiij. ff. de vsufru. l. cum vsusfructus. ff. de vsufru-
ctu leg. Est enim pars dominij. dicta. l. iiij. Atqui
dominium, ad diem potest, & sub conditione
transferri. l. qui absenti. §. j. ff. de acquirenda pos-
sessione. l. fina. C. de legat. in pactisque addictio-
nis in diem, & commissorię legis est manifestum.
Alia tamen est causa obligationis, quæ ad tem-
pus non contrahitur. l. obligationum ferè. §. pla-
cet. ff. de actio. & obligatio. cum ea (vt plerique
dicunt) ius sit cohærens personæ. dominium
vero, licet ad nos pertineat, nulli tamen subie-
cto, idèò nec ossibus nostris adhæret.

Sed tunc fortissimè opponitur de vsufru-
ctu: qui profectò magis cohæret personæ, quam
personalis obligatio, cum hæc ad heredes & acti-
uè & passiuè transeat (vt nemo nescit) vsusfru-
ctus non item. l. si vsusfructus. ff. de nouat. morte
quippè vsufructuarij interiit & extinguitur. §.
fina. de vsufructu. in instit. Cur igitur magis ex
tempore, & ad tēpus constitui potest quam obli-
gatio personalis? Ego t̄ obligationes ad tempus
constitui nō posse arbitror, Ideo quod natura sui
perpe

*obligatio
nescit ad
tēpus non
constituan-
tur.*

perpetuæ sint. §. at si ita de verborum obligatio
in insti. nec nisi certis modis desinat. Perpetuæ
autem causam ideo habent, quia indelebiliter na-
tura nobis cohærent, continenter ossibus no-
stris infixæ. Accur. in l. quis ergo casus. ff. de pe-
cul. & in l. iij. ff. pro soc. vnde, inquit Iuriscons.
in d. §. placet. quemadmodum solum (cui super-
ficies natura cohæret,) non potest quis sine su-
perficie tradere, & si se ita tradere dicat, nihil
agit, quominus superficies transeat: sic nihil pro-
ficit qui obligationem natura nobis cohæren-
tem ad tempus constituere vult, quominus ea
perpetuo duret, licet certis modis ex propria na-
tura desinat, ut solutione vera vel ficta. Accep-
tatione puta, & nouatione. l. in diem. ff. de acce-
ptil. l. j. ff. de nouat. §. j. quib. mod. tol. oblig. Qua
in re vtar alio simili. si cum de suggestu prælego,
me ita vos docere dicerem, ut eorum quæ di-
co, memoriam ad annum vsque duntaxat habeas-
tis. post non item: nihil agerem. hæc mea testatio
nihil proficeret, licet fieri possit ut meæ doctri-
næ ante etiam annum obliuiscamini. Vsusfru-
ctus autem, licet personæ cohæreat. l. sicut in an-
nos. §. fin. ff. quib. mod. vsusfru. amit. l. nō solum.
§. tale. ff. de liber. leg. non tamen inseparabiliter,
vnde cedi, vendi, locari, & donari potest. §. j. de
vsu & habitat. in instit. personamque nostram sic
(ut opinor) comitatur vsusfructus, ut famuli, &
qui nobis ministrant, quos tamen ad tempus ac-
cipi posse ignorat nemo. Hæc adiiciantur, tempus
videlicet aut conditio.

constituenda seruitute actum est. l. certo generi. in princ. ff. de seruit. rustic. vnde licet mero iure perpetuetur. §. at si ita. de verb. obl. in insti. quia tamen dolo facit, contra pactum petendo, exceptione dolii summouebitur. l. eum qui. §. qui ita. ff. de verbo. obliga. l. palam. §. item queritur. ff. de dol. excep.

Seruitutem + Vendicanti. Explica crafius acutissimi Papiniani mentem: Si fortè fortuna *Itineris* Enarratio
textus. seruitutem mihi constitueris, sub conditione, si nauis ex Asia venerit, &c ante conditionis euentum vendicem seruitutem. Aut (cum eam impossibus vsque ad decem annos) post illud tempus illa uti vellem: actionémque in rem ob id intenderem: contendens, sublato diei, aut conditionis vitio, seruitutis constitutionem puram, perpetuamq; remanere, pacti vel doli exceptione opposita, meritissimò me repelles. dolo quippè facio, petendo seruitutem aduersus ea, quæ conuenta sunt. l. certo generi. in prin. ff. de seruitut. rust. præd. Dicendum igitur seruitutem ex die, vel ad diem, sub conditione, aut vsque ad conditionem constitutam, mero iure ciuili, reiecta diei vel conditionis adiectione, puram manere. l. hereditas ex die. ff. de hered. insti. §. at si ita. de verb. obl. verum, quia ex contractu quem inuitum, contraque voluntatem suam verbis expressam, efficaciter teneri periniquum est, Prætor æquitatem ob oculos habens: nihilque magis æquum existimans, quam inter contrahentes quæ plauerunt seruari. l. j. ff. de pact. conventionem eiusmodi ut concepta est, proposita pacti, vel doli mali

malis exceptione tuerit. Sic intelligi eam seruitur
tis constitutionem per Prætoris iurisdictionem non
ipso iure defendi. l. j. ff. quib. mod. vsusfruct. amit.
l. si vsusfructus. §. j. ff. vñfruct. quemad. ca. l. j. §.
penul. ff. quod fals. tut. autho. Ex quibus habes
hanc. l. melius quam ab aliquo hactenus fuerit
explicatam. laus Christo Opt. Maximo.

§. M O D U M.

- | | |
|---|--|
| 1 Modus Verbum, varie accep-
tum. | 7 Modus cōditio aqui-
parantur. |
| 2 Conditio quid. | 8 Vehiculorum multa ge-
nera. |
| 3 Conditio in quo à modo dif-
ferat. | 9 Pedester an ire posſit. de
quo vt eques eat conuen-
tum est. |
| 4 Explicati aliquot loci in-
reconf. | 10 Cui licet quod plus est, li-
cet quod est minus. |
| 5 Modus seruandus. | |
| 6 Sensus huius. §. | |

Modū adiūci seruitutibus posse cōstat (veluti)
quo genere vehiculi agatur: vel vt equo
duntaxat, vel vt certū pondus, vel vt res
illæ transducantur, aut carbo portetur.

I
Modus va-
riè accipi-
tur.



- 1 odum. Præcognoscendum est † ad
text. nostri intellectum aliorumque
plurium modi verbum in iure no-
stro non in vna significatione acci-
pi. imprimis modus dicitur respectu conditio-
nis, ab ea hoc potissimum nomine differens, quod
2. † conditio sit euentus quidā futurus, in quē dis-
positio suspenditur. l. cedere diē. ff. de verb. signi-
quam ita Bar. finiuit in. l. j. ad prin. ff. de cond. &
demonstrat. Modus verò moderatio quædam,

dispositioni adiecta, qua honoratus grauatur, in tempus dispositionis perfectæ. l. si tibi legatum. ff. de leg. iij. l. liberto. §. Lucius. ff. de ann. leg. l. qui bus diebus. §. Termilius. vbi Bart. ita diffinit. ff. de cond. & demon. † Hinc duplex inter conditio *Conditione* & modum differentia colligitur. prima circa *in quo* à formâ ineundi, quia conditio per se, (veluti) promitto, aut lego decē, si nauis ex Asia venerit. modo *modo dis-* feras. dus, per ut inducitur, (verbi gratia) promitto, aut lego tibi decē ut ædifices mihi monumētum. Bartol. plenè in d. l. j. & in d. §. Termilius. Altera quia conditio, donec impleatur, actū suspēdit: & eius effectū (hoc est) nativitatem actionis, & obligationis. d. l. cedere diē. Modus autē, neq; obligatiōne, neq; petitionē suspēdit, oblata cautione de implēdo. d. l. si tibi legatū. d. §. Lucius. alleg. l. qui bus diebus. §. Termilius. l. cū in testamento. ff. de fideic. lib. Accur. in. l. j. C. de his quę sub modo.

4 Modus [†] in secunda significatione, certam rei *Modus* mensuram significat. l. j. & tot. tit. ff. si mensurā fal. *pro mensurā* mod. vnde & diffinitionem, & mensuram agri, ^{ra.} qua quot iugerum sit designare volumus, modum appellamus. Plaut. in Aulular.

*Agri reliquit illi non magnum modum,
Quo cum labore magnis, & miserè viueret.*

Et Horat. in Serm.

*Hoc erat in votis, modus agri non ita magnus,
Hortus, vbi et teclō vicinus iugis aquæ fons,
Et paulum sylva super his foret.*

In musicis quoque mensura illa, (quam cantores in suo cantu, tam religiosè obseruare solent) modus dicitur. Cicero de orator. Roscius dice

dicebat se quo plus ætatis sibi accederet, eo tardioris tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.

Designat modus nonnunquam exitum, seu finem rei, ut apud Virgil. in iij. Aeneid.

Quis rebus dexter modus. ocyus omnes

Imperio leti parent, ac iussa facescunt.

Hoc est, inquit Seru. priora verba exponens. quis sit rebus optimus euentus. sic & cum Cicero in Verrem dicebat, Nos modum aliquem, & finem orationi nostræ faciamus.

Denique significat modus rationem, qualitatem, & ordinatam quandam formam, cuiuscunque rei: quæ si excedatur, nulla res est tam præcara, quæ non in pessimam degeneret speciem, vir de Horat.

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos ultra citrāque nequit consistere rectum.

5 Contra vero si his rebus quæ tractantur in Modus pro vita modum quendam (inquit Cicer. in Offi.) & qualitate ordinem adhibeamus, honestatem, & decus cōseruabimus. Et Lucan. in ij. bell. ciuil. & ordi- ne.

Hi mores, hæc duri immota Catonis,

Secta fuit seruare modum, finēmque tenere:

Naturāmque sequi, patriæque impendere vitam:

Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.

In hac significatione, ut qualitatem, formam, & ordinem modus notet, apud Iurisconsultos, & alios bonos autores modum sæpiissimè offendimus. I. cū hi. §. si cui. ff. de transac. & cū Scœuola dixit, hic quidā modus seruandus est. I. diuortio. in prin. ff. de neg. gest. & venustius Vlpia. hon-

stus modus seruandus est, nō immoderata cuiusque luxuria subsequenda. l.ex damni.in prin.ff. de dam.infec. Et cū Martia.scripsit vſuras quem supra statutum modū stipulari non posse.l.placuit.ff.de vſu.sic & dicere adiicereque modū in cōtractibus autores iuris nostri dixerūt, pro eo quod est apponere qualitatem cōtractui, vt certa ratione, certoque ordine fiat, procedatque.l. i.j.ff.de a ctio.empt.& in hoc §.nostro.

⁶ Qui in effectu vult † quod licet seruitutes tēpus, conditionem ve nō recipiant, eisdem tamen adiici, & adhiberi modus potest (veluti) in seruitute *Actus* (quæ ius est agendi vel iumentum, vel vehiculum. l.j.ff.de ser.rusti.) conueniri potest, vt certo genere vehiculi agatur. Sunt enim vehicula alia aliis grandiora, vel vt equo dūtaxat, non etiā vehiculo agatur. vel etiā vt certū & diffinitum pondus vehatur, aut grex certus, non aliis transducatur, carbōve, non alia res portetur.

Dubitandi ratio non facilis est inuentu. Ego *Noua da-*
tamen aliás tales adferebam. Seruitutis cōstitu-
tio, conditionem nō recipit, vt hac l.in prin.er-

⁷ go nec modū.cūm modus in iure nostro † conditioni æquiparetur.l.licet.vbi Accurf.& Bart. ff. vt legat.no.cau.& modū ascriptū dicat Imp. pro conditione obseruari.l.j.C. de iis quæ sub mod.modūmque cōditionis verbo nonnunquā leges exprimant.l.meuia. ff.de ma.testam.c.veiū vbi Glo.& canonistæ ext.de cond.apposit.

Ratio decisionis est in contrariū.cum alia in conditione ratio militet vt sub ea seruitus non constituatur, quoniam(vt diximus)perpetuam

caussam seruitus habere debet. l. foramen. ff. de seruit. vrb. quæ non procedit in modo, vt modi in hac materia consideramus, pro quadam forma actui adhibita. Quò patet non obstatre æquparationem modi, & conditionis. nam ea obtinet, vt modū accepimus pro moderatione quadam & qualitate adiecta ei qui honoratur in tempus dispositionis perfectæ (vt initio huius §. extitit declaratum) Sed neq; ea similitudo admittenda est, nisi pro subiecta materia. cum constet ingens esse discrimin inter conditionem, & modum: quod supra attigimus. Accurs. & alij in d.l.j.C.de iis quæ sub mod. Bar. in alleg. l. licet.

8 *Genere Vehiculi*) vehiculorum, † curruūmque diuersa fuissē genera, apud authores bonos legimus, ex variisque iurisconsultorum respōsis intelligere licet à commentatoribus ea in re ferre omnibus neglecta. Quare vt studiosæ iuuentū suppetias ferrem: vehiculorum species adamūf sim explicare aliquando placuit. Quod à nobis tractatu diligenti peractum offendes in iij. miscella.c.xx.

9 *Vel ut equo duntaxat. Quid si † constitueris mihi seruitutem, vt eques per tuum fundum incedam: aut ut equo insidens seruitute vtar: an pedes proficiisci potero?* Et prima fronte videtur quòd non: per hunc tex. In contrariā tamen sententiam rectius longè Alber concedit. adductus l.j. §. actus. ff. de seruit. rustic. cui addo meliores tex. in l. qui sella & in l. inter. illo titu. Et † rationem: quia cui concessum est quod est plus, licet vtique quod est minus. l. videamus. §. fi. ff. de

Pedes an
incedere
possit, cui
vt eques
incedat
constitutū
est.

10 *rationem: quia cui concessum est quod est plus, licet vtique quod est minus. l. videamus. §. fi. ff. de*

in lit.iur.l.nec in ea.§.penul.ff.ad l.iul.de adult.l.
l.filiusfa.§.fi.ff.de donat.& est reg.vtriusque iur.
nec obstat hic tex.ad quem Alb.non respondet.
nam hic dicitur adiici modum posse, vt equo
duntaxat vehiculum agatur,aut pondus vеха-
tur.qua cōcessione sic facta excludi vult Iurisc.
duos,aut maiorem equorum numerum,non au-
tem commeatum pedestrem, quem is cui serui-
tus erit constituta,nihilominus facere poterit.
Nam & qui habet actum,iter quoque habet,vn-
de & pedes,& eques commeare sella, aut lectica
vehi potest. alle. l. j. §.actus.l. qui sella.& l.inter
actum.ff.de ser.rust.

Res illæ transducantur. Qui sub Haloandri eru-
ditissimi viri castigatione Codices circunferū-
tur,aliter habent,videlicet grex ille transduca-
tur.quæ litera,bona est, sed nec vulgata(vt opi-
nor ipse) disconuenit.qua significat Papin.con-
ueniri posse, vt res illæ id est certæ,& designatæ,
non item aliæ traducantur (veluti) Ut carbo por-
tetur.

Aut carbo portetur. Vidi codicem vetustissimū
Valentiæ,in quo scriptum erat,puta Ut carbo por-
tetur.quæ lectio maiorem in modum mihi arri-
det:vt quæ congruentissimè præcedentibus ad-
nectatur.

§. INTERVALLA.

¹ Expositio clara huīus inēptus.

§.

² Sensus Bartol. & aliorum

³ Noua declaratio text.
noſtri.

- 4 Interdiētum ciuitatis su-
spensum an post tempus
duret.
- 5 Appellatio an extinguat
- Vel suspendat.
- 6 Interdicto occasione dās,
ad restitucionem dam-
ni tenetur.

Interualla dierum, & horarum, non ad tē-
poris causam, sed ad modum pertinent,
iure constitutæ seruitutis.

species §.



Interualla. Quoniam † initio huiusl.
Papinia docuit ad tempus nō cōsti-
tui seruitutem, de interuallis dierū,
& horarum dubitari poterat, nun-
quid per ea seruitus rectè constitueretur, vt al-
ternis fortassè, aut aliis certis diebus, vel certis
horis matutinis finge, aut pomeridianis quis
vteretur imposta seruitute. Et quamquam pri-
ma fronte videbatur, quod non: cum hæc lex in
principio tradat seruitutes temporū distinc-
tionem non recipere. cōtrariū tamen Pap. respōder:
cū modus seruitutibus adiiciatur. §. præced. In-
terualla autem dierū, & horarum, ad modū per-
tineant seruitutis. non item ad causam tēporis,
quo dubitandi rationem sublatam habes.

Ad tempus causam. Angit hic locus sine causa

- 2 Commentatores: cum † planus sit, & expeditus.
- Explicata nouè hæc* Nec possum non mirari Bart. Ange. & aliorum
communiter inconsideratam ad hæc verba ex-
positionem. cum illis demonstrari rationem ta-
lem putant: cur modificari possit seruitus, quæ
tamē temporis causam nō recipit: quia inquit
seruitus prædio inhæret ad instar characteris,

corpori nostro impressi qui nō ita initio imprimi potest, vt ad certū tempus duret: licet modisicari possit per imprimentē à principio: in cuius potestate positum est, vel magnū, vel paruum imprimere. Ad hunc pariter modū, seruitus quę neque diem, neque conditionem recipit, initio tamen modisicatur, vt latior sit, vel angustior. Verum hæc interpretatio tam inepta est, & parū verbis literæ nostræ cōueniens, vt ad eam rideñdam non vnum Democritum sufficere putem.

Ego aliter & verissimè dico. † Quoniā Papin. iam docuerat, seruitutibus quæ ad tempus imponi non possunt, modum nihilominus adiici posse, hic adnectere, vt si per dierum, aut horarū interualla seruitus constituatur, effectum habeat constitutio. hæc enim non ad temporis causam, sed ad modum pertinent, iure constitutæ seruitutis. (hoc est) constituta sub illis interuallis seruitus nō censetur ad tempus, vel ex tempore imposita, vt sic vitiari debeat, sed intelligitur adiectus quidam modus, quem adiici posse, paulo ante luris cons. docuit, & ita, iure, id est legitimè constituta erit seruitus. Quod & dilucidè magis Caius in l. seq. §. fi. prodidit.

Inducitur autem † hic tex. ad quæstionem, quę aliquando ob interdictam ciuitatem Bononiæ, accidit. Ei vrbi sacris interdixerat summus pōtifex. deinde gratiosè suspensum fuit ad certum tempus illud interdictū. quæstionis erat, an extinctum esset, an verò permaneret, durarētque post designatum tempus: & ar. huius §. & d. §. fi. l. seq. non finiri, sed durare post illud tempus Bal.

Interdi-
ctū Bono-
niense.

Angel. Fulgos. Flor. & alij responsum referunt quod & ipsi sequuntur. idque ante eos docuerat Inno. in c. cum inter. de consuet. dicens quod licet suspenso interdicto de gratia possint ibi celebrari diuina, ecclesia tamen semper remanet interdicta. c. cum & plantare. §. Et si templum, de priuileg.

S Non dissimile est † quod de appellatione dici

Appella- mus, ut ea non extinguat pronunciatum, sed tan-
tio an ex- tum suspendat. l. furti. §. j. ff. de his qui nota. infa-
tiguat vel c. pastoralis. §. præterea. de offi. dele. &c. c. venien-
suspensat tes. de iure iur. Et quod Marcellus dixit, prouo-
pronuntia cationis remedio, condemnationis pronuntia-
cum.

tum extingui. l. j. §. fina. ff. ad Turpilia. procedit
considerato præsenti statu, & tempore, nondum
excusso appellationis negotio. l. ij. §. fi. ff. de pœn.
At spectato futuro euentu, suspendit duntaxat
sententiam appellatio. l. si causa cognita. vbi
Aret. C. de transfac. Bald. in l. tale pactum. §. qui
prouocauit. ff. de paet. & in. rub. C. de appell. loa.
Imo. in. l. j. ff. de re iudic. Panor. & Canonistæ in
rubr. ext. de appell. In pendenti igitur est senten-
tia, quæ tota, & eius virtus pendet à futuro euen-
tu arg. l. sed & si quis. §. interdum. ff. de usufruct.
Nam si per iudicem appellationis confirmetur
prima sententia: nullatenus dici poterit, extin-
ctum primi iudicis pronuntiatum, sed tantum
suspensum. d. l. furti. §. j. & d. l. si causa cognita
cum similib. Secus autem, si per illum iudicem
pronuntietur, bene prouocatum, & malè iudi-
catum. d. l. j. in fin. ff. ad Turpilia. & l. ij. in fi. ff. de
pœ. Quanquam & hac in re, fortassis melius dici
potest,

poteſt, appellationem etiam respectu præſentis temporis, ſententiam duntaxat ſuſpendere. d.l. ſi cauſa cognita. Præterquam in cauſis criminum. d.l. ij. in fi. ff. de pœn. in quibus perinde eſt, atque ſi extinctum eſſet pronuntiatum. d.l. j. in fin. ff. ad Turpilia. l. furti. §. j. ff. de his qui not. infa. in iis enim lex pœnam reis irrogat. pœnas autem non exasperandas, ſed molliendas eſſe legū interpretatione, iura censuerunt. l. interpretatione. ff. de pœn. Hæc autem quia parerga ſunt, nihil cōmu- ne cum ſeruitutibus habentia, non accuratius traſtabo. neque enim eſt mihi conſilium extra titulum vagari.

Illud † tantummodo non statui prætereun- *Interdicto*
dum, quod ad materiam interdicti docet gl. fin. *cauſam*
inc. ſi canonici. §. ſi autem de offic. ordin. in vj. *præbens*,
eum qui cauſam præbet interdicto, teneri ad re- *dāna ſar-*
ſtitutionem damnorum, quæ ecclesiæ, monaſte- *cire tene-*
ria, & hospitalia illius loci occaſione interdicti *tur.*
in eleemosynis, & oblationibus paſſa ſunt. Illic-
que Archidiacon. refert ſe vidiffe ita de facto
ſeruari, & alij ſequuntur bo. text. in l. Nam &
Seruius in princip. ff. de neg. geſt. in l. qui occi-
dit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. in l. ij. §. fin. vbi nouiſ-
ſimi. ff. de verbor. obliga. & in c. fina. de iniur. &
damno dat. Ex quibus legibus in variis facto-
rum ſpeciebus oſtenditur, videri damnum de-
diſſe, qui damni dat occaſionem. Ioan. Coras.
Valentiæ x v i. Ianuarij. M. D. xlv.

L. V I A.

- 1 *Vsusfructus constituitur quadrupliciter.*
 2 *Pater in bonis filij habet usumfruc.*
 3 *Mulieris secundo nubentis pena.*
 4 *Index adiudicat vni proprietatem, alteri usumfructum.*
- 5 *Vsusfructus constituitur testamento.*
 6 *species l.*
 7 *Dubitandi & decideri ratio.*
 8 *Constitutio vsusfructus diem recipit.*
 9 *Vsusfructus est diuidum.*
 10 *Ferè dictio.*

Via, Iter, Actus, Aquæductus, eisdem fere modis constituuntur, quibus & usumfructum constitui diximus.

- i *Vsusfructus quadrupliciter constituitur.* **1a.** Non potest hæc lex intelligi, nisi primum sciamus, vsusfructus & quomodo constituatur. Et eum quadrupliciter constituitur, scilicet, à iudice, à testante, & à contrahentibus. Legis autoritate constituitur & patri vsusfructus, in bonis aduentitiis filij. l. cum oportet. C. 2 de bo. quæ lib. Et matri & transeungi ad secundas nuptias, in bonis quæ à defuncto marito, titulo lucrativo cōsecuta erat. l. fœminæ. C. de sec. nup. 4 A iudice & constituitur vsusfructus, in iudicio familiæ erciscundæ, & communi diuidendo. cū proprietatem vni, & alteri usumfructum adiudicat. l. vsusfructus pluribus. ff. de vsufr. l. & puto. §. j. ff. fami. erciscund. l. si quis putans. §. idem Iulia

Julianus. ff. cō. diuid. Testamento constituitur,
 † si legatus fuerit vſusfructus Titio, aut si lega-
 tus fuerit fundus, deducto, hoc est retento vſu-
 fructu, quo casu, legatarius proprietatem habe-
 bit: vſusfructu apud hæredē remanente. d. l. vſus-
 fructus pluribus. & §. j. de vſusfruct. in insti. Idem
 si legentur fructus annui, fundi Corneliani: per-
 indè enim accipiendum hunc sermonem Labeo
 Vlpia. & Iabole. voluerunt, ac si vſusfructus fun-
 di legatus esset. !. si quis ita. ff. de vſusfr. l. cum ita
 legatum. ff. de vſusfruct. leg. licet si legaretur cer-
 ta pars fructuum, quia tunc pars rerum corpo-
 ralium, non etiam ius percipiendi relinquetur.
 non censeretur relictus vſusfructus l. defuncta.
 § Sempronio. ff. de vſusfr. l. fundi Trebatiani. ff. de
 vſusfru. leg. Denique sine testamento si quis velit
 vſumfructum alteri constituere, pactionibus &
 stipulationibus, id efficere debet. d. §. j. & l. iiij. ff.
 6 de vſusfru. His sic † breuiter ad introductionem
 præmissis, quoniam dubitari potuisset, ad ea
 multa quæ ante diximus de seruitutum consti-
 tutione: Quibus modis via, Itineris, Aetus, Aquæ
 ductus, cæteræque seruitutes prædiorum possent
 constitui à Caio iure consulto hoc loco respon-
 sum est, eisdē ferè modis, quibus iā diximus, cō-
 7 stitui vſumfr. Dubitatione faciebat, quia † vſus-
 fructus ab initio pro parte diuisa vel indiuisa
 constitui potest. l. vſusfructus. iiij. ff. de vſusfruct.
 quod non est in via, reliquisque rerum seruitu-
 tibus quæ pro parte acquiri, aut in obligatio-
 nem deduci nequaquam possunt l. pro parte. &
 l. viæ. hoc titu. neque enim ut vſusfructus, cæ-

teræ seruitutes diuiduæ sunt. l. ij. §. ex his & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. l. j.
 8 §. si vsusfructus. ff. ad l. fal. præterea † quia vsusfructus & ex certo tempore & vsque ad certum tempus constitui potest. l. & puto §. j. ff. famil. er. c. l. si pater. C. de vsufruc. cum tamen seruitutis constitutio neque diem neque conditionem recipiat. l. seruitutes. iij. vbi plenè tractauit hoc titulo.

Verum hæc de Caij sententia non debent nos demouere. quando non ad modos constituendæ seruitutis (qui pro causis hoc loco accipiuntur) vlo modo pertineant, sed ad quādam modificationem: vt & hic Fulg. declarat. id autem vel ex eo constat quod itidem Caius alibi quoq; scripsérit nudum vsum, iisdem modis constitui & finiri solere, quibus modis vsusfructus constituitur. l. iij. §. fin. ff. de vsufructu. & imp. in §. j. de vsu & habit. in inst. & tamen, hæ quoque inter vsum, & vsumfructum manent differentiæ. quia vsus, nec diem nec conditionem, nec diuisionem recipit, sicut nec cæteræ seruitutes. l. seruitutes. iij. hoc titul. l. vsus pars. ff. de vsu & habi-
 9 tar. & tamen † vsusfructus diuiduus est & præfens vel ex die dari potest, vt iam diximus. l. j. §. si vsusfructus. ff. ad l. tal. l. vsusfructus. iij. ff. de vsufruct. l. & puto. §. j. ff. famil. ercisc. Vel & melius dicendum, hæc quod scilicet ex tempore, vel ad tempus, sub conditione, aut ad conditionem, pro parte diuisa, vel indiuisa seruitus, vel vsusfructus, constituatur, ad modos constituendæ ser-

seruitutis, quicquid Fulg. dicat, pertinere l. præceden. & l. vsusfructus. iij. & iiiij. ff. de vsufructu. Cæterum, quia circa eos modos differt seruitus prædij ab vsufructu, non absolute dixit Caius hic eisdem modis seruitutes *Via*, *Itineris*, *Aetus*, & *Aquæductus*, constitui, quibus vsusfructus, sed vsus est hoc temperamento, ferè ut & hic, Accurs. rectissimè præsentit.

Aquæductus. (Vulgaris litera habet *haustus* emenda aquæ) quæ seruitus imponi solet aquis, quæ du- ta litera ci non possunt, nempè putealibus: & quæ ita sunt submersæ, vt effluere extra meatus suos non possint. l. j. §. quamquam. ff. de aqua quo-
tid. & æsti. dixi plenè in l. j. huius tituli. Ego ve-
rò emendationes codices sequutus, malo le-
gere, *Aquæductus*. Solent quippè iurisconsul-
tij has quatuor seruirutes coniungere, *Niam*, *iter*,
actum, & *aquæductum*. l. j. ff. de seruitutibus ru-
stico.

Eisdem ferè modis. Ferè dixit, quia quan-
doque alio modo seruitus prædiorum consti-
tuitur, quām vsusfructus. Nam nec (sic enim
explicat Accursius.) ex tempore, nec ad tem-
pus seruitus constituitur. l. præcendentī. in
principio. Sed nec pro parte. l. si quis duas.
§. si quis partem. ff. communia prædiorum. l.
pro parte. & l. viæ. hoc titulo. cum tamen v-
susfructus & alternis annis, & ad tempus da-
ri possit. l. quarta. ff. de vsufructu. l. & puto.
§. primo. ff. familiæ erciscundæ. & diuidatur
contra cæterarum seruitutum naturam. l. j. §. si
vsus

vſusfructus. ff. ad l. fal. & ſupradictum eſt. parti-
 10 culam t autem ferē, idem quod plerunque, & pe-
 ferē. nē ſemper, ſignificare ignorat nemo. l. ſeruitutē.
 ff. de regu. iur. l. ſi cum fundum. §. ferē. ff. de con-
 trah. empt.

Diximus. Hoc dixit idem Caius in l. iij. & in
 l. v. vſusfructus pluribus. ff. de vſufruct. ſine testa-
 mento (inquit) ſi quis velit vſumfru. conſtituere
 paſtionibus, & ſtipulationibus, id efficere po-
 test. Deinde pluribus modis inquit conſtituitur
 vſusfructus: vt ecce, ſi legatus fuerit. Sed & pro-
 prietas deducto vſufructu legari potest: vt apud
 hæredem maneat vſusfructus. Conſtituitur ad-
 huic vſusfructus, & in iudicio familiæ erciscun-
 dæ, & communi diuidendo, ſi iudex alij proprie-
 tam ad iudicaverit, alij vſumfructū. Et Vlpia.
 in l. & puto. §. j. ff. famil. erciscun. vſusfructus ait,
 & ex certo tempore, & vſque ad certum tem-
 pus, & alternis annis ad iudicari potest. Comme-
 morat idem Vlpian. in l. ſi quis putans. §. pen. ff.
 communi diuid. Ioannes Coras. xvij. Ianuarij,

M. De XLV.

§. V S V S.

- | | |
|---|--|
| 1 Modus adiici potest ſeruitu-
tibus. | 5 Iurisdictio quomodo di-
uidatur. |
| 2 Seruitutes ſunt indiui-
duæ. | 6 Ecclesia duobus Episco-
pis subiecta. |
| 3 Vſus ſeruitutum quomodo
diuidatur. | 7 Ius patronatus indiui-
duum. |
| 4 Temporibus, & mensuris
diuiditur ſeruitus. | 8 Minorum res quomodo
diuidantur. |

vſus

Vsus seruitutū temporibus secerni potest,
fortè, vt quis post horam tertiam, vsque
ad horam decimam, eo iure vtatur, vel vt
alternis diebus vtatur.



*E*cerni potest. Videri poterat nonnullis prima fronte contrariū, cum seruitutis cōstitutio, neque diem, neque cōditionē recipiat. l. præced. in prin-
vbi diximus abundē. Verū in contrariā senten-
tiam Caius meritissimo cōcessit, quandoquidē
hēc temporum discretio, non ad tempus, sed ad
modum pertineat, seruitutis modū † autem ser-
uitutibus adiici posse. §. modum. l. præcedentis
docet, vbi nos plura scripsimus

2 *Vtatur.* Contra: † seruitus in vniuersum indiui-
dua est. l. ij. §. & harum. & l. stipulationes nō diui-
duntur. ff. de verb. obl. l. heredes. §. an ea. ff. famil.
ercis. l. fideicōmissa. §. penul. ff. de leg. iiij. Sed præ-
fertim vsus eius indiuisus est. l. vij. hoc tit. Solu-

3 tio: licet seruitus † in se diuidi nō potest: per mē- *Seruitus*

4 suras tamen, & † tempora, diuisionem cōmodi- *quomodo*
tas seruitutis recipit. l. j. §. duo. & l. Lucio. ff. de *diuida-*
aq. quoti. & xsti. l. arbor. §. fi. ff. cō. diuid. l. si par- *tur.*

5 tem. in fin. ff. de seruit. rust. præd. Sic † in iurisdi-
ctione dicimus, quam certum est diuisionem nō
admittere. c. imperiale. §. præterea. de prohib.
feud. alie. per Fred. cū tamen eius exercitium per
tempora, aut discretiones territoriorum diuidat-
tur. Bar. in l. inter tutores. col. fin. ff. de admi. tut.
bo. text. in l. itē si vnuſ. §. fi. ff. de recep. arbit. & in

l. quo

l. quoties ad prin. ff. de usufr. Alex. eruditè iuxta ac copiosè de hac re differit, consi. xxv. volu. v. Quare nō abs re dicebat Ang. Peruf. in l. ij. §. ex his. ff. de verb. obli. discordantibus pluribus dominis, eiusdē loci in usu iurisdictionis locū esse inter eos iudicio diuisorio, vt alternis vtantur temporibus. d.l. Lucio. neque tunc credendum est iurisdictionem diuidi, sed ipsius duntaxat usum, exercitium, & administrationem.

Huc cōmodissimè pertinet, quod glo. in c. li-

6 cet. xvij. q. iij. singulariter docuit, t̄ vt si ecclesia in extructa sit in limite diocesum duorum episcoporum, atque ideo eidem ambo præsint. §. insula. os quali- de rer. diuīsio. in instit. Nec satis conueniant in er diuīda ordinatione ecclesiæ metropolitani partes esse vtrumq; episcopum cogere, vt alternis annis ad ministrant. l. quoties. ff. de usufr. ad stipulatur Panor. in c. fi. col. ij. de re iur. Idem quoq; in iure pa-

tronatus, quod t̄ indiuiduum esse ambigit nemo l. quædā mulier. ff. de rei vēd. l. Carmelia pia. ff. de iur. patro. in quo plures patroni, qui vice fungūtur vnius, cōuenire possunt de præsentando alternis vicibus. cle. plures de iur. patro. t̄ Denique res minorum, quæ respectu proprietatis indiuidua sunt. l. si pupillorum. ff. de reb. eor. l. inter omnes. C. de præd. mino. respectu tamen administrationis, & fructuū perceptionis diuisionē recipiunt. Accurf. in l. lucius. ff. famil. ercif. & in l. iubemus nulli. C. de sacros. eccles. Ioan. Corasius Tolosas Valentia. xix. Ianuarij. M. D. XLV.

L. AD CERTAM.

1 Pars quid.

2 Certum quid in iure.

Certum

- | | |
|---|---|
| 3 Certus hæres, certus homo,
certi numi. | 6 Seruitus est tota in toto. |
| 4 Species l. | 7 Seruitus quando per par-
tes queratur. |
| 5 Ratio dubitandi. | 8 Novus sensus ad hanc l. |

Ad certam partem fundi seruitus tam re-
mitti, quam constitui potest.



D certam. Ex his quæ abundè satis
scripsi in l. testamento. circa fin. C. de
impub. & in l. iij. hoc tit. quid sit to-
tum, & t̄ quid pars, vtcunque liquet. **Pars quid.**
Addenda tamen hic nonnulla veniunt ad partis
tractatum. Partem sic diffinio, vt sit *portio quædā*,
qua debitè multiplicata suum totum constituit. l. plures.
ff. de damn. infec. l. lucius. §. filiam. ff. de leg. ij. ve-
luti radix, truncus & rami, arborem faciūt, ideo
horum singula partes arboris rectè dicuntur. &
vt plerique omnes censem, in iure nostro pro-
prietas, & vſusfructus fundum efficiunt. l. si
alij. ff. de vſusfruct. leg. l. qui vſumfructum. ff. de
verb. oblig. Solum, & superficies domum. l. eum
qui ædes. ff. de vſucapio. & duodecim vnciæ
assem. l. seruum. §. fi. ff. de hæred. instit. §. hæredi-
tas, illo titul. in institu. Certam t̄ porrò partem 2
fundi appellat hic lul. paul. prædij partē distin- **Certū,** &
ctam, & certis signis aeterminatam, nulla facta **certus ho-**
fundi diuisione, vt & in l. si certam. ff. de ser. rust. **mo quid**
nam & ad hunc sensum certū in iure nostro dici
constat, quod indubitate signo demonstratur!. l.
certū. ff. de reb. cre. inde certius hæres. l. quoties.
§. si quis nomen. ff. de hæredi. instit. certi numi
l. si

1. si certos. ff. de verbis. obligat. l. sed si certos. ff.
de leg. j. certum corpus l. planè. j. §. sed si nō cor-
pus. & l. si seruus. §. qui quinq; ff. de leg. j. & cer-
tum hominem. l. si ex legati. ff. de verbo. obliga-

3 Quod t̄ quoniam non intellexerunt Doctores,
mentem quoque legis nostræ nequaquam sunt
assecurati.

4 Explicabis igitur sic legem nostram. t̄ Con-
stitui tibi seruitutem eundi per fundum meum
ad fundum tuū, ita tamen vt ita per designatam
à me semitam dūtaxat incederes, aut ante im-
posita super toto fundo seruitute conuenimus, vt
ad eam semitam remitteretur tota. Responsum
est hic à Iuriscons. posse ita constitui, & remitti
5 seruitutem. Ratio t̄ dubitādi est, quia sicut ani-
ma tota est (vt aiunt) in toto corpore, & tota in
6 qualibet parte totius: ita t̄ seruitus tota est in to-
to fundo, & tota in qualibet eius parte. l. si cui.
hoc tit. l. via constitui. §. si. ff. de seruit. rustic. Cæ-
terum hoc obtinet, vt nemo nescit, vbi seruitus
simpliciter constituta est initio in toto fundo,
& nequidem locus declaratus est, qua iri debeat.
Secus si ab initio constituta sit seruitus ad certā,
& limitatam partem fundi seruientis. Quo casu
cæteræ fundi partes liberæ erunt. l. certo generi.
§. si. ff. de seruit. rusticō. Et idem si cum principio
7 seruitus in toto fundo imposta esset, partium
conventione ad certam fundi partem remissa sit,
vt hic. Et ita non obstat, etiam t̄ quod dici so-
let, per partes seruitutem imponi non posse. l. si
quis duas. §. si quis partem. ff. com. præd. nam ve-
rum est facta relatione ad partē seruitutis. l. vsus
Seruitus
per partes
quando-
que consti-
tuitur.

pars.

pars. ff. de vſufruc. & habit. idemque si fiat relatio ad partes fundi incertas, & indeterminatas. nam si ad oculum designatae sint, demonstrato loco, per quem eatur, nihil prohibet in earum aliqua constitui seruitutem.

⁸ Certam partem. Pro † diuisio, scilicet inquiunt doctores. nam pro indiuisio, hoc est pro parte dominij iri, agi, aqua duci, aut alterius seruitutis vſus exerceri non potest. Et ita omnes ad vnu hunc tex. intelligunt, quibus ego minime consentio, cum hic tex. dicat ad certam partem constitui posse, & partis appellatione res pro indiuisio propriè significetur. nam quod pro diuisio *Partis Ver* nostrum est, non partis, sed totius nomine censemur. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. cōmu. præd. *niat.* l. magis puto. §. fin. ff. de reb. eo. l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg. j. licet Seruius partis appellatione largiorē sequutus interpretationem, utrumque significari defendat. l. rectè dicimus. §. ff. de ver. ligni. Quod secundūm proprium significatum verum non est, nec recipi debet, nesciūm disponentis domini, aut contrahentium voluntas, talem desiderat partis significationem. l. Caius. §. f. ff. de lega. ij. Nullam igitur excogitandam hic censeo fundi seruientis diuisionem, sed dicendum ad certam pariem, etiam pro indiuisio seruitutem constitui, aut remitti posse. Et si dicas, vſum seruitutis non posse explicari in parte pro indiuisio, quin in altera quoque explicetur. Respondeo verum esse, nisi pars certa, hoc est limitata, & designata, demostretur, qua exerceatur seruitus, ut in specie huius l. delaratū.

No. sens.
ad hancl.

est, nec ob id dici debet pars pro diuisio, cum nulla fundi diuisio præcesserit, sed certorum duntaxat finium, aut locorum demonstratio. Ioann. Coras. Valentiae, xxj. Ianuarij. 1545.

L. I V S C L O A C A E.

- | | |
|---------------------------------|--|
| 1 Cloaca. | 10 Locus inferior seruit superiori. |
| 2 Cloacarium. | 11 Declaratus s. f. l. j. ff. de aqua pluia. |
| 3 Cloacæ Romanae. | 12 Seruitus cloacæ immittendæ quæ. |
| 4 Labonis responsum explicatum. | 13 Et an rustica, vel urbana. |
| 5 Catadromus. | 14 Seruitus à quo pradio denominetur. |
| 6 Dromos. | 15 Nova opinio. |
| 7 Species l. | |
| 8 Ratio dubitandi. | |
| 9 Seruitus est contra natum. | |

Ius cloacæ immittendæ seruitus est.



Vs cloacæ. Seruitutes prosequitur Vlpia, doctrinaque huiusmodi ornat, ius inquit, cloacæ immittendæ seruitus est. Ad quorum t̄ verborum licet non admodum difficultum, interpretationem clariorem, sciendum, cloacam à colluendo, vt Festus Pompeius ait, dictum locum esse, in quem colluuiies hoc est labes illa, quæ ex concursu immunditarum contrahitur: & proluuiies solidum aquarum recipitur. vnde Vlpia. cloaca inquit, locus est concavus, per quem colluuiies quædam fluat. l. j. s. j. ff. de cloac. quam purgari & refici, vt eodem loco docet, ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. nam & cœlum pestilens rui-

Cloacæ.

nam

mani minatur immundicie cloacarum. Inde cloa-
 carium, † quod ob cloacarum purgationem da- Cloaca
 tur, ab eodem Vlpia. dictum est. I. si pendentes. rium.
 §. si quid cloacarij. (Sic enim non ut vulgo legi-
 tur, cloacarum legendum censeo.) ff. de usufruct.
 Idem Julianus. §. hæres. ff. de legat. j. Fuerunt au-
 tem primum † à prisco Tarquinio Romæ cloa- Cloaca d
 ex constructæ. mox à Tarquinio superbo, tem- quibus pri
 poreque deinde interiecto, à M. Agrippa ma- mum ex-
 gnamole, & profusis sumptibus, per quas in in- tructæ.
 gentem altitudinem depresso septem amnes o-
 mnia purgamenta vrbis Romæ secum rapientes
 defluebant. nec ad eas, nisi cum viæ periculo,
 descensus erat. Solitique ideo serui demitti in
 cloacam, aut per catadromum descendere, peri-
 culosam rem facere, apud † Labeonem diceban-
 tur. I. penul. ad princi. ff. de actio. emp. quo loco
 §. Gulie. Bud. insigne ornamētū seculi nostri, † Ca- Catadro-
 tadromus (inquit) de quo miranda cecinit, id est mus.
 vaticinatus est Accur. latinè decursorum ad
 6 verbum transferri potest. Dromos † enim cur-
 sum significat, Tranquil. in Nerone, nobilissi-
 mus eques Romanus elephanto supersedens,
 per Catadromon decucurrit, id est per stadium,
 in quo equites decurrere solebant, imaginario
 prælio, ut sit sæpe in Gallia, principe spectante,
 Licias vocant. Paulo post subiiciens, se suspi-
 cari, Labeonis locum mendosum esse, cum ni-
 hil Catadromo cum cloaca, aut seruo cum
 decursione equestri simile sit. Quod & mi-
 hi probabile videtur, nisi dicamus Cata-

dromum, eo quoque loco decurcionem dici, spatiumve per quod currentes serui sine vita periculo, non descendebant, aut in cloacam demitterebant, obteri quippe curru, vel equi impetu, dum incautius subeunt, vel in cloacam demergi poterant. nec ab hac interpretatione abhorret Alexander Neapolitanus, vir doctissimus, in iij. Genial. dier.

- 7** Species † ad hanc l. facilis est. finge quæ situm
species l. ab Vlpian. an ius, & facultas habendi cloacam
 per vicini domum, qua proluuies immunditiarum expurgetur, sit seruitus. Quod in hæc verba adfirmat, ius (inquit) cloacæ immittendæ seruitus est. Dubitationem † fortasse faciebat, quia
9 vt in rubrica diximus, seruitus † est contra naturam, siue personalis. l. libertas. §. j. ff. de stat hom. siue realis. nam vt omnes homines initio liberi nascebantur. l. manumissiones. §. j. ff. de iust. & iu. §. j. de liber. in inst. Sic & omnes fundi natura liberi erant. l. si tibi. C. de seruit. & aq.
10 Atqui maximè secundum naturam est, vt † locus inferior (in quo semper cloacam esse oportet, vt superioris colluuiem recipiat.) seruiat superiori. l. j. §. fina. ff. de aqua plu. arcend. Ergo ius illius, quo licet habere cloacam in fundo vicini, non est seruitus.

Cæterum, in contrariam sententiam summatione concedit Vlpia. cum hic fundus fundo vicino ad sui diminutionem, & contra naturam seruiat, quare seruitus est, vt in rubrica probauimus. Nec obstat, quod secundum naturam † inferior locus superiori seruiat, quoniam hoc ve-

ruest respectu aquæ pluuiæ, quæ naturaliter ca-
dit. d.l. j. §. fi. quo loco adnectit rationem Vlpia.
quoniā sicut pinguedo terræ omnis ad inferio-
rem agrum decurrit: ita etiam aquæ incommo-
dum debet defluere. Secus autem respectu im-
munditarum & aquarum fôrdium, vel etiam a-
quæ pluuiæ. Si non nihil in alienum immittatur,
quando in suo ita facere licet, ut in alienum nihil
immittatur. l. fistulam. in princ. ff. de seruit. vrbâ.
l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. vend. l. statuas. C. de
religios.

12 *Immittenda.* ¶ in domum scilicet, aut prædium
vicini, ut per eum locum cloacam habere liceat
ad fôrdes fundi dominantis expurgandas. l. ij. in
prin. ff. de seruit. rustico.

13 *Seruitus est.* Sed an ¶ rustica, vel vrbana? Doct. *Cloaca im-*
omnes respondent, & vrbana, & rusticâ esse pos- *mittenda*
se. vrbana quippe erit si prædio vrbano debeatur. an serui-
Rustica, si rustico. cum diudicentur seruitutes *tus* vrbâ-
a prædio dominante. l. j. ff. de seruit. vrb. prædio. na.
Quorum sententiam ego minimè veram puto, *Nova op-*
cum hâc seruitutem Neratius inter rusticâ col- *nie.*
locauerit. quare verisimile nemini fiet, eam æquè
vrbanam, atque rusticam esse, alioqui, cur non
& inter vrbanas Iurisconsulti eam posuissent?
Sed & in anteludiis, l. j. huius titul. ostendimus
luculenter non verum docere scriptores, cum
14 ¶ denominari à fundo dominante quancunque
¶ seruitutem volunt Rusticam. itaque hanc ¶ ser-
uitutem cum Iureconsulto in omnium senten-
tiam constanter adfirmo, illa ut puto ratione,
quod in ea, nec dominantis, nec seruientis fun-

di respectu ædificium sit necessarium, continen-
tibus præsertim ædificiis iunctum, sine quo ta-
men vrbatum prædium dici non potest, & in
consequens, nec seruitus vrbana, ut plenissime
dixi in d. l. j. hoc titul. ex quo loco petenda tibi
sunt, quæ hic deesse putabis. Ioann. Coras. Va-
lentiæ. xxij. Ianuarij. 1545.

L. VT POMVM.

- | | |
|-------------------------------------|---|
| 1 Pomum quid. | an sint personales serui-
tutes. |
| 2 Prandēdi & cœnandi mos. | 10 Petri opinio defensa. |
| 3 Cœna nocte siebat & qua-
re. | 11 Confessoria pro quocunq;
iure incorporali. |
| 4 Vesperna. | 12 Concessio iuris quando
realis vel persona ser-
uitus. |
| 5 Cœna & prandium palam
siebant. | 13 Emptor an ex pacto vœ-
ditoris obligetur non ad-
dicare. |
| 6 Ratio huius tex. excusa. | |
| 7 Noua ratio. | |
| 8 Persarum abusus. | |
| 9 Concessiones de quibus hic, | |

Vt pomū decerpere liceat, vt spatiari & vt
cœnare, in alieno possimus, seruitus im-
poni non potest.



Pomum. Constat appellatione + pomi
speciali significatione (quam Gallo-
rum lingua retinet) mala venire: ve-
rūm in iure nostro pomi verbo, o-
mnes fructus ex arboribus esui aptus contine-
tur, vt ficus, nuces, vvae, duracinæ, & purpureæ.
I. qui fundum, ff. dc verb. sign.

Pomum
quid.

Cæ

Cœnare. Admonet † hic locus, vt pauca de vſu *cœnandi* apud veteres cœnandi referamus. Prandebant *vſus apud* prisci ante lucem, meridie largiore cibum su- *antiquos.* mebant, quem cœnam † appellauere, quo more desito, postea seruatum est, vt qua hora cœna apparari solebat, prandium fieret. cœna vero, non nisi aduentante nocte, quam ideo † vesper- *Vesperna.* nam dixere. Sed tamen semper propemodum in more veterum fuit, vt prandium leue, & modicum esset, cœna copiosior somno, qui mox insequitur, suffragante: cuius proprium est digerere, ac intima corporum humectare, vt vigiliarum soluere, & exiccare, qui mos ne nunc quidem apud multos exoleuit, quanquam Aristoteles large prandendum, & parcè cœnandum existimat. Fiebat porrò vtrumque prandium, *Pranden-* & cœna palam, & † in propatulo, vt non splen- *di modus.* didius & conditura magis exquisita, quam ex legibus contra veterum Romanorum luxuriam latis par esset, sed sine apparatu & im- pensa, cibus sumeretur, propter quas causas (inquit Macrob. in iij. Saturnaliorum) imperari coepit, vt patentibus ianuis pransitaretur, & cœnitaretur.

Non potest. Sed quæ est ratio, quare non † po- *Ratio hu-* test imponi seruitus, vt spaciari, pomum decer- *insl. excus* pere, aut cœnare in alieno nō possimus? Respon- *sa.* dent omnes vno cōsensu, ideo quia seruitus præ dialis duorum cōcurrsum desiderat, duos imprimis fundos, quorum alter dominetur, alter verò seruiat. nam & ideo hæ seruitutes prædiorū di- cuntur, quoniā sine prædiis cōstitui nō possunt.

I.j. ff. commu. præd. §. ideo. de seruit. in institu.
 Deinde vt seruitus imposita prædio dominant
 vtilitatem adferat. l. quoties. hoc tit.l. ergo. §. j.
 ff. de seruit. rustic. prædio. Ideo Bar. & alij serui
 tutē finientes seruitus, inquiūt, est ius quoddā pradi
inhærens ipsius vtilitatē respiciens, & ius alterius dimi
nuiens. Atqui fieri potest, vt in specie huius tex
 is cui concedebatur facultas pomum decerp
 di, spaciandi, aut cœnandi, in alieno fundum vi
 cinum non haberet, & licet esset ei fundus vici
 nus, illud manifestum est, eiusmodi facultates
 nullo modo spectare ad fundi vicini vtilitatem.

*Ratio com
 manis con
 futata.*

Quæ ratio mihi non placet. nam præterquam
 quod pluribus in rubr. docuimus, falsum do
 cuiusse scriptores, cum tradunt, seruitutem rea
 lem, non nisi vtilem fundo dominanti recte
 constitui, illud impræsentiarum dici potest, po
 mum decerpere, spatiari, aut cœnare, in fun
 do vicino, vtilitatem fundi posse respicere, qui
 pluris dubio procul æstimabitur, si ius hoc ei co
 hæreat. Præterea, quid si fundus dominans tam
 angustus sit, & contractus, vt non nisi difficul
 ter in eo deambuletur, nonne vtilissimum erit
 fundo dominanti, eo exire dominum posse, vt
 libere per prædium vicinum spatiolum forsi
 tan, & amp'um spatiari possit, fructusque illinc
 natos decerpere, & amicis amœnum cōuiuum
 exhibere? Faciunt certè hæc (subsultent inter
 pretes, quantum volent) meliorem causam præ
 diorum, vt merito explodenda, ascribendaque
 sit Plutonis familiæ hæc ratio.

Sumendum itaq; rationē Longoual. Parisien
 in l.

in l. imperium. ff. de iurisdictio. om. iud. disertè censet, ex l. foramen. ff. de seruit. vrb. præd. qua traditum est, omnes prædiorum seruitutes, perpetuam causam habere. hoc est eius esse naturæ debere, vt his assiduè perpetuo sine vlla intermissione, atque adeo si videatur, singulis horis, & momentis vti possimus, vt plenius explicamus, in l. seruitutes. iiiij. hoc tit. Cùm itaque non continuo pomum ab arbore pendeat, nec omni hora cœniterur, non quidem t apud Persas ipsos, quibus tamen abusus quandoque inualuit, vt à mane ad vesperam quicquid est temporis, vnico prandio concluderent, cum denique spatiari singulis momentis nequeamus (, explicatur namq; id suapte natura, non omnibus, sed statis horis diei,) perspicuum fit, harum rerum facultates iure seruitutis prædialis constitui non posse.

Cæterum minimè mihi placet hæc ratio. cùm enim spatiari idem sit quod ire, & deambulare, non planè video, cur huius facultatis concessio minus habeat perpetuam causam, quam seruitus cundi agendive. Nam q'iod dicebamus, spatiari homines certis duntaxat horis, non negamus, at itidem dicendum eos non perpetuo, aut continenter ire, sed statis, & definitis à se horis. Expeditor itaque ratio mihi videtur ad hunc text. vt in casibus expressis, ideo non imponatur seruitus realis, qua de agimus: quia nullum præmium demonstratum est, vt nec demonstrari poterat, cui eiusmodi facultas vel decerpendi pomum, vel cœnandi, vel spatiadi, seruirer, sine quo nulla rerum seruitus constituitur. l. j. ff. commu. præ-

Ratio re-
ta.

dio.l.vnus ex socijs. ff. de seruitut. rusti.

9. Verum enim uero † nunc occurrit non modica
Concessio- difficultas, an eiusmodi concessiones, quæ serui-
nus de qui tutes prædiorum esse non possunt, sint saltem ser-
bus in l. uitutes personales, an vero personales duntaxat
vt pomū. obligationes, seu iura personæ debita, cuius in-
an sint per uestigationis fructus (inquit Barto. in l. Mella.
sonales ser §. fi. ff. de aliment. & ciba leg. & hic patet uberri-
witutes. mus, quia si seruitus dicitur personalis, similis
concessio ad eam confessoria contra quen-
que possessorem, aut extraneum prohibentem
dabitur. l. vti frui. §. vtrum. ff. si vsusfrui. peta. Si
verò ius tantum personale: dabitur tantum actio
contra concedentem, non contra alium. l. cuius.
ff. de ann. legat. l. fina. §. fina. ff. de contrahen. emp.
neque enim sequitur fundum actio personalis. l.
j. §. si hæres. ff. ad Trebellia. Pet. & Cyn. vbiq; di-
xerunt esse seruitutem personalem. Alij verò vt
Accurs. Barto. & cæteri negant, ius tantum per-
sonale inde nasci tradentes Accur. hic & in l. pe-
coris. ff. de seruit. rustico. quod actione persona-
li, vel ex stipulatu, si stipulatione promissum sit,
vel ex testamento, si in eo sit relictum petetur.
Accurs. in l. Mella. §. fina. ff. de aliment. & cibar.
leg. & vbiq; Doctores. idemq; existimant, si con-
cedatur à te mihi facultas træseundi per domum
tuam, vt non sit hæc concessio personalis, etiam
seruitus: cùm inde non acquiram ius vtendi, aut
fruendi, sed duntaxat ius personale. l. pater filiæ.
vbi Accur. & cæteri. ff. de seruit. lega. Angel. in
l. pecoris. in fin. ff. de seruit. rust. præd. & passim
Doct. in locis communibus.

10 Mihi semper Pet. sententia † placuit, quæ fuit *Petri opus originaliter Rogerij, ut refert Accur. in d. l. Mel nio defensio. §. fin. ff. de alimen. & cibar. leg.* Nam si seruitus *sa.* personæ ita constituitur, ut pascere mihi, & inhabitare liceat. l. si quis binas. ff. de usufru. pecus mihi ad aquam appellere. d. l. pecoris. aquam non demonstrato fundo, sed quacunque velim ducre. l. penult. ff. de seruit. rustic. l. j. §. præterea. & §. permittitur. ff. de aq. quotid. & æsti. aquam item mihi non vicino haurire. l. Mella. §. quidam libertis. alleg. non planè video, cur concessiones de quibus hic agimus, quæ ut reales seruitutes, ob prædij dominantis defectum, non consti-
stunt, personales dici non debeant? Ridiculum præterea arbitror, cum Scriptoribus negare, pro his iuribus, fructus decerpendi, cœnandi, aut spatiandi, confessoriam dari, cum alibi pa-
sim doceant, non pro seruitutibus modo, sed &
ii pro quocunque iure † incorporali, vt pro iuris-
dictione, pro iure decimas exigendi, pro iure
præsentandi ad ecclesiam vacantem, confessio-
riam & negatoriam, competere. Bald. in rub. C.
de usufruct. Docto. in l. si prius. ff. de nou. oper-
nuntiat. Fab. & alij in §. æquè. de actio. in instit.
Canonistæ in c. constitutus. de religios. domib.
qua de re plenius loco magis idoneo dicam. in l. *Concessio-*
ei qui. col. v. hoc tit. *iuris quan-*

12 Ut autem † certam doctrinam habeamus, qua *do persona* sine labore intelligere possimus, quādo cōcessio lē vel rea alicuius iuris sit, vel realis vel personalis seruitus *lem infe-* vel etiā personalis dūntaxat obligatio, ab omni rat obliga-
seruitute separata, atque ita, vno contextu re-
tione. *fella*

fellamus, quæ Petri sententia obstare videbantur, sic distinguendum censeo. Aut cōcessio eius iuris sit in certo fundo, propter fundum vicinum, ut ei ius illud seruiat & tunc sine controverbia iudicabis semper ex ea concessione creari seruitutem realem: cūm omnia ad eius productio nem necessaria interueniant, ut ex his abunde constat, qua in rub. circa seruitutis realis diffinitionem diximus, quippe seruit tunc fundus vicino prædio, ad eius utilitatem, vel domini commoditatem, cum sui diminutione.

Aut sit eius iuris concessio, demonstrata dun taxat persona, non etiam fundo vicino, cui ius illud seruiret, & tunc siquidem obligationis verba referantur ad creditorem, cui fit cōcessio, seruitutem personalem interpretabor, cūm ea per modum iuris fiat, pro eademque detur possessoriū remedium. l. j. §. præterea. iuncto. §. penul. ff. de acqua. quoti. & æsti. quod pro iuribus puris, personalibus minimè competit. l. fina. ff. quo. bonor. veluti mihi concedas ut ex tuo fundo quacunque mihi liceat aquam ducere, aut ut liceat mihi pascere, inhabitare in prædio tuo. d. l. si quis binas. ff. de usufruct. l. Lucius. ff. de seruitut. rust. & d. l. j. §. præterea. &. §. pen. ff. de aqua quotidi. & æsti. Vel ut in tuo vuas premere, aut area tua ad frumenta cæteraque legumina terenda, & exprimenda uti possim. l. Mella. §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. Aut ut lapidem cædere in fundo tuo mihi liceat. l. idem Julianus. §. si quis alicui. ff. de leg. j. vel ut ius habeam per domum tuam transendi. l. pater filiæ. ff. de serui leg. Hac ratio-

ne in exemplis nostri text. dico eorum iurium concessionē: quia non demonstratur fundus dominans non posse seruitutem realem imponi. ceterum induci personalem, puta, ut mihi liceat pomum in viridario tuo decerpere, spatiari, aut cœnare in area tua, vel alio tuo loco, atque ideo actiones in rem, Confessoriam, & Negatoriam competere, quæ nō tantum pro seruitutibus rerum dantur. l.ij. ff. si seruit. vend. sed etiam pro personarum. l. vti frui. §. vtrum. ff. si vsusfru. pet. Aut verò concessionis verba ad debitoris concedentis personam referuntur, & tunc nullam, neque rei, neq; personæ seruitutem induci scio, sed personalem duntaxat obligationem, veluti si ex tuo fundo aliquot millia modiorum frumenti mihi dare, aut præstare promiseris. l. fina. §. fina. ff. de contrahen. emp. aut hæres institutus grauatus fueris ex prædijs tuis, prædijs meis trecenta arundinjs millia, aut salicis mundæ annua libraturum singula millia præstare. l. Caius. ff. de ann. lc. ijs quippè & similibus casibus nec quidem personalis seruitutis creabitur, sed personale quoddam ius duntaxat, dicta. l. fina. §. fina. & dicta lege Caius. cum sit de manu hæredis præstandum, Accurs. in l. idem est. ff. vsufruet. quemadmod. cau. Huiusque distinctionis summatim meminimus in l. j. *Aquæductus* seruitutem tractantes. Emptor hoc titu. Nec vim facio an affirmatiuè, an negatiuè, ad concedentis personam referantur. l. vbi ēt vendi autem non apparet. §. qui id quod. ff. de verbo toris obli- rum obligation. viroque quippè casu simplex getur non concessio personalis dicitur, nō etiam seruitus, adficare. velut

veluti in antiqua illa quæstione Alberti papien.
 de eo qui tibi promisit, non ædificare in domo sua,
 aut in muro fenestram non facere. nam si deinde
 domum vendat, licebit emptori ædificium, aut
 fenestram extruere, cum in eum personalis obli-
 gatio non transeat. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebell. sal.
 uo tamen regressu contra venditorem, qui pa-
 ctum fecit. Specul. in tit. de emptio. & venditio.
 §. j. colum. viij. versicul. sed depone. Alexand. in l.
 stipulatio ista. §. sicut. ff. de verborum obligatio-
 ne. In quorum sententiam ego pedibus vado: cum
 ex eiusmodi pacto personalis duntaxat nascatur
 obligatio: quæ non sequitur tertium possesso-
 rem. l. fina. §. fina. ff. de contrahen. emp. Ergo se-
 cus si ex promissione ius aliquod reale intur-
 ret. l. si pendentes. §. j. ff. de usufruct. vt egregijs
 exemplis Bartol. declarat in l. iiij. §. opus. ff. de alic.
 iudic. mutan. causs. fact.

Ioan. Corasius Valentia, xxvj. Ianuarij. 1545

§. SI P R A E D I V M.

- | | |
|---------------------------------------|--------------------------------------|
| 1 Species huius. §. | uitus. |
| 2 Ratio dubitandi. | 5 Res propria nemini ser- |
| 3 Seruitus per partes retine-
tur. | uit. |
| 4 Confusione extinguitur ser- | 6 Seruitus pro parte reti-
netur. |

Si prædium tuum mihi seruiat, siue ego par-
 tis prædij tui dominus esse cæpero, siue tu
 mei, per partes seruitus retinetur, quæ ab
 initio per partes acquiri non poterat.

Si præ

Si prædium. Explicatio sic ad speciem
† hunc text. obscurum admodum. species. §.
Habebam in fundo tuo Tusculano nostri.
seruitutem itineris eundi, scilicet per
eum fundum ad prædium meum, vicinum. Et
quoniam, tu fundi tui partem dimidiā, vel ven
didisti, vel donasti mihi, eius fundi Tusculani ex
parte dimidia effectus sum dominus. Hic quæri
tur, an seruitutem illam, ego in parte tua dimidia
retinuerim, ita ut diuisio inter nos postea fundo
per partem tuam ire possim, ut ante poteram per
totum fundū: an vero confusa sit, quia fundi
tui pro parte dominus esse cœperim. Et à Iul.
paul. hic responsum est, in parte tua, me retinere
seruitutem, quæ licet per partes acquiri non pos
sit: pro parte tamen retinetur.

Dubitacionem † faciebat præcipue, ut aperte Seruitus
sentit Iurisconsultus, quod per manus traditum quādo per
est, per partes seruitutem quæri non posse. I. pro partes quæ
parte. hoc titu. I. si quis duas. §. si quis partem. ff. ri possit.
comm. prædiorum. I. si fundum. ff. de seruitut.
lega. Sed hoc breuissimè tollit Iul. Pau. ut illud
respectu nouæ acquisitionis verum sit. seruitus
† namque iam quæsita per partes retineri potest.
I. vnu ex socijs. ff. de seruitutibus rusticorum. I.
pluribus. §. & si placet. ff. de verborum obligatio
ni. Atqui dici vulgo solet, facilius quidpiam cō
seruari, quam de novo queratur. I. patre furioso.
ff. de his qui sunt sui. I. oratione. §. tina. ff. de ritu
nuptiarum † Nec tumultueris ex eo, quod in ser
uitutibus frequentatum est, eas scilicet confusio
ne extingui, si idem utriusque prædij dominan
tis,

nim per villam ipsam, nec per medias vi-
neas ire, agere, ipse sinendus est: cum id
æquè commode per alteram partem face-
re possit, & minore seruientis fundi detri-
mento. Verum constitit, ut qua primum
viā direxisset, ea demum via, ire, agere,
deberet, nec amplius mutandæ eius pote-
statem haberet, sicuti Sabino quoque vi-
debatur, qui argumento riui vtebatur,
quem primo qualibet ducere, licuisset,
postea quā ductus esset, trāsferre nō lice-
ret, quod & in via seruandū esse verū est.



I cui. Omnes sciunt † viam esse ius
eundi, agendi & ambulandi. Nam
iter, & actum continet. l. j. ff. de ser-
uit. rustico. Finge igitur te cōcessis-
se mihi seruitutem viæ, per fundum tuum ad
fundum meum. Idque simpliciter, hoc est sine de-
terminatione loci, per quem ire, agere deberem.
Ego per medium fundum, in quo fortassis vineæ
sunt, aut segetes adultæ, ire volo, cum maximè
fundi tui seruētis detrimēto, non possim quæ-
situm est. Quod prima frōte videbatur, cū cōces-
sio simplex sit, & indeterminata, & seruitus sit to-
ta in toto fundo, & tota in qualibet parte fun-
di. In cōtrariam tamē sentētiā cōcedit iuuentius
Celsus dices, licere mihi per qualibet partē præ-
dītu

dij tui ire, agere, modo minoris eius damno fiat, quam poterit. Ideoque non per media frumenta, aut per medias vineas, nec quicquam facit simplex concessio, quae non effusè, & temerè, accipienda est, sed ciuili, & honesto modo, citra alterius iniuriam. Sed quid si locum mihi demonstraueris, qua irem, per quem ire, agere coeperim, aut nulla facta à te loci demonstratione, ego mea sponte per certam fundi partem ierim, egerim, an potero postea mutare voluntatem, & per alium locum ire? Respondet idem Iurisconsultus ex Sabini sententia quod non, argumento riuui, hoc est loci, per quem aqua decurrit, confirmans. Nam si mihi ius aquæ ducendæ concessisses, possem eam riuumque per quamlibet fundi tui partem pro arbitrio meo ducere, at semel ductum non liceret mihi transferre.

² *simplici vnu.* Id est simpliciter, [†] non determinato loco. I. certo generi. §. j. ff. de seruit. rustic. veluti si concesseris mihi ius eundi, agendi, per fundum tuum, non designato aliter loco, per quem eundum, agendum sit. Quando autem aliquid simpliciter fieri dicatur, tractant plenissime Bart. & cæteri in l. j. §. si quis simpliciter, vbi posui, ff. de verb. oblig.

*simplici
ter quid
fieri di-
catur.*

Via. hoc est ius eundi, agendi, & ambulandi. l. j. ff. de seruit. rusti.

³ *Perfundum.* Fundum [†] generaliter accipe, pro *Fundus* omni eo, quod solo continetur. I. quæstio. ff. de *quid.* verb. fig. cuius idcirco appellatione Florentinus sub eodem tractatu, in l. fundi. omne ædificiū, & omnē agrū venire dicit, subiugēs in usu esse, ut vr-

bana ædificia, ædes rustice villæ dicātur. Locus
verò sino ædificio in vrbe, area, in rure autē a-
ger appelletur. Idémq; ager cum ædificio fundus
dicatur. Quæ dixisse volui, ne absurdè nimis pu-
villa. temus exemplū, quod de fundo iurisconsultus
proposuit, in villa (quæ propriè domus est ex-
tra vrbeam ædificata, in quam deuehuntur fru-
ctus) ab eodem perperam prosequitum.

Cedatur. Inter viuos. At verò dices, quo pacto
potest indeterminatè inter viuos via constitui,
cum nuda volūtas nō sufficiat, sed vſus, & patien-
tia requiratur, l. quoties. hoc tit. Angit hic obex
Fulgosium, qui tandem dicit seruitutem, & pa-
tientiam respectu certæ partis constitui, cùm ta-
men inter contrahentes agatur, vt non modò ea
pars, qua itum est, seruiat, sed & totus ager. l. nam

Patientia ad seruitutis consti-
tutionem necessaria. 4 satis. §. j. ff. quēad. ser. amit. Quæ † dissolutio
diuinatoria est, & tam apertè falsa vt non diffu-
siore egeat cōfutatione. Ego melius dicerem, ad
constitutionem seruitutis nullū vſum, nullāmq;
patientiam necessariam: cùm sola pactio, aut stu-
pulatio sufficiat. §. fina. de seruit. in instit. licet ad
traditionem, quæ propriè fieri non potest de ser-
uitute, vt pote re incorporali. l. sequitur. §. si viā.
ff. de vſucapio. l. iiij. in prin. ff. de acqui. pos. vſus
eius iuris necessarius sit, qui pro traditione pos-
sessionis est accipiens. l. quoties. vbi ampliter
dicām. l. si ego. §. j. ff. de publicia. l. iiij. §. dare. ff. de
vſufruc. l. j. §. fi. ff. de ser. rustico. Et hæc est veri-
tas, qua patet Fulgos. toto cœlo errasse.

Relinquo, verbum. 5 Relinquatur. In vltima voluntate, † ad quam ver-
bum, relinquo, propriè refertur, non item ad di-
spo

spositionem viuorum. l. j. §. fi. ff. de tab. exhib.
 An autem legatum , an vero institutionem im-
 portet, concludunt Docto. communiter, quod
 si certæ rei, vel quotæ adiiciatur, legatum signi-
 ficet. §. aliud quoque capitulum.iuncto §. cæte-
 rum. vt cum de appell. cog.coll.vij.Si vero vni-
 uersitatı bonorum institutionem notet. l.diuus.
 vbi Bar. ff. de test.milit. l. quoniam indignum.
 vbi plenè Saly. C. de test. veluti si testator dicat,
bona mea Titi orelinquo, Titium hæredem instituisse
 videtur. Accurs. in l. his verbis. ff. de hæred.
 insti. Si tamen hoc fiat in testamento solenni:
 nam si in codicillis, aut alia dispositione , in qua
 derecta institutio fieri non posset, importaret fi-
 deicommissum.Bald. in l.& in epistola.ad fi.C.de
 fideicom. quam rem, vt à tractatu nostro pror-
 sus alienam plenius non exequor , sed lectorem
 huius rei audiūm relego ad scriptores in d.l. his
 verbis. Barto.& alios in l.Centurio. iij. quæstio.
 princip. ff.de vulg. Bald.& Saly. in l. fi. C. fami-
 ercisc.& in l. quoties.C. de hære. insti. Ias. in au-
 then. nouissima.col. viij. C. de inof. testa. loan.
 Fab.in §. planè.de milit. testa. denique ad cano-
 nistas in c. Raynutius. vbi nouissimè noster ci-
 uis Benedic.in verbo reliquit.de testa.

In infinito. Id est, per omnem fundi partem, sine
 aliqua exceptione.

Per quamlibet eius partem. Nam sicut anima tota
 est in toto corpore , & tota in qualibet eius par-
 te , ita seruitus in fundo tā dominate l. via cōsti-
 tui. §. fi. ff. de seruit.rust.quam seruiente, vt hic.

Licebit. Contra del. si via. ff. de seruit. rustico.

6 quæ absolutè dicit, legata + simpliciter seruitute
Declarat facultatem esse hæredi, per quam fundi partem
ea l. si via, velit seruitutem constituere, non ergo est lega-
 tarij, aut alterius creditoris electio. Implacabile
 plerisque visum est contrarium, quod verè mul-
 tum vrget. Tu breuiiter dic legata simpliciter
 seruitute *via*, *Itineris actus*, *Aquæductus*, per fun-
 dum electionem hæredem habere, qua parte ve-
 lit seruitutē constituere. d. l. si via. Quod si hæres
 negligat eligere, liberū erit legatorio, per quam
 libet fundi partem ire, ciuili tamen modo, vt
 hic. Et si hæres eligat, contendatque legatarius,
 illa electione captionem in seruitute sibi fieri, ad
 arbitrum deuenitur, qui vtroque casu viam de-
 terminare debet. l. certo. §. si totus. ff. de seruitu-
 stico. præd.

7 *Ciuili modo*. Non est + calumnianda generalis
 concessio, vt nec alia quævis dispositio. l. penul.
 ff. ad exhib. sed ex bona fide interpretanda. l. lo-
 cum. §. j. ff. de vſufruc. l. creditor. §. Lucius. in fi.
 ff. mandat. Vt ea concessisse generaliter intelliga-
 mur, quæ verisimile est, nos specialiter concessu-
 ros fuuisse. l. qui peculij. ff. de pecul. l. obligatione.
 ff. de pigno. Et licet generalia verba, vt vulgo di-
 ci solet, generaliter præjudicent. l. fin. in fi. C. de
 dot. promis. illud tamen obtinet, non repugnan-
 te verisimiliter loquentis voluntate. Alioqui
 cum iustum sit voluntates cōtrahentium, magis,
 quā verbis cōceptionē inspicere. l. fi. C. que res
 pig. oblig. poss. secus dicendū. l. si libertus ita. ff.
 de oper. libertor. Vt nō abs redicamus indefinite
 prolatæ verba ciuiliter, & honesto modo, intelli-
 genda

*Genera-
 lia verba
 generali-
 ter obſut.*

genda, id est cum ciuili temperamento, ad arbitrium boni viri, ut hic. Quo circa vulgo + iacta omnia
mea tua
sunt.
tus ille sermo, omnia mea tua sunt, non inciui-
ter accipiendus est, ut videatur, qui hæc verba
profert, omnia bona sua donare. l. fi. vbi Accurs.
C. in quib. causs. colo. do. accus. poss. lib. xj. Sunt
enim hæc & similia verba blandiendi, magis, &
assentandi animo, honestatisque, & ostentatio-
nis gratia, quam animo obligadi, prolata, meri-
to nullam inducunt obligationem. l. obligatio-
num substantia. §. fi. ff. de actio. & oblig. Sed ad
arbitrium boni, ciuilis, & honesti viri, referen-
da sunt. d. l. si libertus. Accurs. in l. penul. ff. de ar-
bit. Et est tex. in terminis in c. cum venissent. §.
ipse verò. vbi Panor. de institutio. Qua de re sa-
tis multa ponunt Alex. & Ias. in l. ita stipulatus.
coll. iij. ff. de verbo. oblig. Fely, in c. cum iura-
mento. de homicid.

Excipiuntur. Nempe ea, quæ, quis verisimiliter
in specie non fuisset concessurus. l. obligatione.
ff. de pigno. l. quanquam in prin. ff. de rit. nupt.
9 Sed nonne + cautio hæc simplex, *Ne luminibus offi-*
ciatur, generaliter accipitur. l. si seruitus. ff. de ser-
uit. vrba. prædio. cur ergo in specie nostra di-
uersum? propta est, ut opinor, ratio: quia verisi-
milis mens seruitutem constituentis, non repu-
gnat, ideo cum ambigua sit scriptura, in partem
humaniorem lex deflectit. At hic secus, verisimi-
le quippè non est, eum qui usum viæ simpliciter
per fundum concedit, videri concedere, ut per
10 + medium villam, aut medias vineas, cum tam
gravi fundi seruentis detimento creditor ire,

*Mēdaces
quomodo
sēse excu-
sent*

agere , possit plenè: Non hic subticebo quod scriptum reliquit Iacobus de Rauenna , hanc legem bonam ad excusandum mendaces , qui si post effusum sermonem mendacij arguantur, dicere possunt, se aliter intellexisse. *Aequè cōmode.* Elegans & homine christiano digna sententia, non est faciendum † etiam quod summo iure licet , si alterius detrimentum inde sequi potest, præsertim vbi *æquè cōmodè* indenitati nostræ aliter cauere possimus , contrariumque contentem debet bonus , & prudens iudex prohibere. l. ij. §. locum. ff. de religios. & sumpt. funer. l. si quis domum. in princip. ff. locat. neque eorum malitiis indulgere debet , qui non aliud magis curāt, quā, vt tametsi nihil inde laturi proximo officiāt. l. in fundo. §. cōstituimus. ff. de rei vēdic.

12 Haberet. Si seruitutem † habens , cœperit per variare certam fundi partem ire , mutandæ viæ potesta in *Vſu ſer* tem non habet. neque enim licet mutare sententutū *an* tiā , sed hæc homini via sola patere debet , quam liceat. elegit. l. si mulier. §. fin. ff. quod met. cauſſ. l. quod in hærede. §. eligere. ff. de tributo. l. statutib- rum. §. fi. in fi. ff. de legat. ij. Planè quod diximus de seruitute, procedit , vbi simpliciter concessa fuisset seruitus. nam si constitutum esset genera- liter, ius viæ, vt videlicet per quamlibet partem fundi ire, agere , liceret: velletque alia via agere, quam, qua via direxerat, potest. l. nā satis. §. cæ- terū. ff. quemad. seruit. amit. Sed † cur aliud invi- *13* su. l. Diuus. §. j. ff. de vſu & habit. Doct. variat. Ve- ritas est, quod licet seruitus prædiorū sit tota in toto fundo seruiēte, totaq; in qualibet eius parte, & fi

& sic vniuersum afficiat prædiū, nō tamē negari potest, quin actum à partibus intelligatur, vt eius seruitutis vsus non in totum fundum, sed in parte eius certa habeatur, vt hic. parte autem semel electa, in ea consistit seruitus, nec ad aliam cum domini detrimento creditor reuolare potest. l. in causæ. in prin. ff. de procu. In seruitute vsus, non idem quæ non tantum rem afficit totam, sed & in ea actū intelligitur vt tota re vsuarius vtatur. Quapropter si quibusdam partibus vtatur, quibusdam non, alijs & alijs temporibus, non dicitur variare, aut mutare sententiam, sed vti iure suo. d. l. Diuus. §. j.

¹⁴ *Riu. Riuus inquit Vlpia. locus est depresso,* *Riuus.*
quo aqua decurrat. l. j. §. j. ff. de riu. Galli ruisellū vocant.

Qualibet corruptus est (ni fallor) locus: legen- *Emenda-*
dum igitur, (qua liberet) alioqui nec sensus, nec *ta litera.*
recti sermonis ratio constaret.

Non licet.) Non liceret ei, cui debetur seruitus,
mutare viam, qua semel ire cœpit, vt hic. dominus tamen prædiū seruientis potest, si non minus commodè creditor per alium locum vtatur seruitute, quod non tam verum puto, ex l. ij. §. locum. ff. de religios. in quo versari videtur fauor quispiam religionis, quām ex ratione, cuius pau loante meminimus. Id quippe faciundū est, quod tibi non nocet, & mihi prodest. l. in summa. §. item Varus. ff. de aqua. plu. arcend. l. in creditore. in fine. ff. de euictio. Ioan. Coras. Valentia. iiiij. Februa. 1546.

L. SI ITER.

- | | |
|---|--|
| 1 species l. nostræ. | 4 Impensis cuius paretur |
| 2 Fructuarius non perficit cœ-
ptum ædificium. | iter. |
| 3 Vſufructus interit mutatio-
ne rei. | 5 Molendini clusa. |
| | 6 Iter per nemus habens,
quid in eo poſſit. |

*Si iter legatum sit, qua niſi opere factō iri
non poſſit, licere fodiendo, ſubſtruendo,
iter facere, Proculus ait.*

I.



species l.

- 1 iter. † Reliquit ſeu legauit mihi Ti-
tius iter, hoc eſt ius eundi, & ambu-
landi per fundum ſuum, ad fundum
meum Tusculanum, cunque in fun-
do ſuo, vt pote toto inæquali, via plana nō eſſet,
volui fodiendo, & ſubædificando, iter facere,
nunquid poſſim, quæſitum eſt. Reſpōdet Celsus,
mihi licere. Poterat autem facere dubitationem,
quia in alieno ſolo non licet ædificare, etiam ab
eo, qui ſeruitutem habet, & qui loco ſeruitutis
aliter vti nequit. l. vſufructuarius. §. ædificium.
2 ff. de vſufru. vbi Neratius † tradit fructuarium
non poſſe inchoatum ædificium consummare,
etiam ſi eo loco aliter vti non poſſit. Fructuarius
autem ſeruitutem dubio procul habet. l. j. hoc ti.
Sed in ſpecie, qua de agimus, veriſſima eſt tra-
diſio Iuriſconfulti, quando confeſſo uno omnia
quoque tributa intelligentur. ſine quibus con-
feſſum explicari nequit. l. ij. ff. de iuriſd. omni.
3 iud. Nec † quicquam obeft. §. ædificium, cum
Declarati-

ti,

ti, atq; ideo extinguatur vsusfructus. l. repeti. §. *tus. §. edi-*
rei mutatione. ff. quib. mod. v susfru. amit. cui in- ficium.
 interpretationi omnes ad vnum sunt assensi. Ego
 vero in d. §. ædificium, expositione aliter sentio,
 quam cæteri faciant, quod cum ampliter in j.
 Miscella. attigerimus, ad eum locum lectorem re
 lego: neq; enim arbitror expedire alibi dicta hic
 inculcare.

subſtruendo. Id est subtus struendo, & subædifi-
 cando.

4 *Iter facere.* Suis tamē † impensis. l. & si forte. §.
 & Gallus. ff. si seruit. vend. neq; enim ad aliud do
 minus prædij seruientis tenetur, quam ad patien-
 tiam. l. quoties. j. §. fina. hoc titu.

Proculus ait. Et rectè: vno quippè concessò, om- *Concessò*
nia tributa intelliguntur, sine quo cōcessò nō pos- *vno, om-*
simus vti. l. ij. ff. de iurisdi. om. iud. vnde concessa nia viden-
itineris, aut alia seruitute, concessum quoq; cen- *tur concef-*
seri debet, quicquid ad eam necessariū est. l. ser- *fasine qui-*
uitates. §. j. ff. de ser. vrb. præd. l. veteres. ff. de itin. *bus.*

actuque priuat. Sine ramen incommodo prædij
 seruientis. l. quintus. ff. de seruit. rustic. Ad loca
 igitur, quæ non seruiunt, qua tamen accedere fit
 necesse, subſtruendi, & præparandi loci seruientis,
 gratia, ijs, quibus seruitus debetur, facultas
 tributa est. l. refectionis. ff. commu. prædiorum.

5 Quo tex. adductus illic Ange. Perus. docet † egre-
 giè, quod si per fundum tuum habeo clusam mo-
 lendini, quæ refectione egeat, teneris mihi aditū
 per tuū fundū præstare, & tantū spatij, vt lignum
 lapides, & cœmenta mea necessaria cōmodè repo-
 ni, artificesq; & operis redeemptores morari pos-
 sint

sint. Plane quæ ad seruitutis vsum necessaria non sunt, is cui seruitus constituta est facere prohibetur. l. si eo loco. §. l. penul. ff. si seruitus ven. l. iiij. fin. ff. de itine. actuque priu. Quæ omnia Angeli Perusini sententiam planè confirmant, qui hanc l. notat pro his quibus iter per sylvas, & nemora, legatur. Poterunt etenim arbores succidere, & omnia quæ itineri impedimento esse possunt, ut iter fiat, quæ commodè iri possit, licet delicata viam & magis amœnam, quam necessariam nequeant extruere, d. l. si eo loco. §. penul. Et quia nec onerosus, nec delicatus creditor audiendus est. l. si seruos in fine. ff. de pigno actio. Ioannes Corasius Tolosas Valentiæ. vj. Februarij. 1546.

L. PRO PARTE.

- | | |
|---|---|
| 1 Incorporales res individuæ. | ex superuenienti retractetur. |
| 2 Hæres exactam portionem cohæredibus non communitat. | 11 Inquisitio an cesseret, adueniente accusatore. |
| 3 Species l. communis sensu ex ploso. | 12 Dotis solutio facta constante matrimonio, superuenientibus diutius an retractetur. |
| 4 Constituere seruitutem, diversum à promittere. | 13 Legitimatio susceptis liberis legitimis, an euaneat. |
| 5 Dominium multiplex. | 14 Legitimi per sequens matrimonium sunt re legitimi. |
| 6 Vxor relicta domina massa ria. | 15 Communis opinio improbata. |
| 7 Communi rei quando queratur seruitus. | |
| 8 Actus deueniens ad eum casum &c. | |
| 9 Factum legitime quando | |

Pro parte dominij, seruitutem acquiri non posse vulgo traditur. Et ideo si quis fundum habens, viam stipuletur, & partem fundi sui postea alienet, corrumpt stipulationem, in eum casum deducendo, quo incipere non possit.

Pro parte. Ad evidentiam † illud non res incor-
mittendum, res omnes incorporeas poreæ indi-
viduas esse natura: cum neq; tan- uiduæ.
gi, neq; videri possint, sed in intelle-
ctu & animi censura consistant. l. j. §. quædam. ff.
de rer. diuisio. §. incorporales. de reb. corpor. &
incorp. in insti. Vnde nec seruitus diuisionem re-
cipit. l. hæredes. §. an ea. ff. fami. ercif. l. ij. §. & ha-
num &. l. stipulatioes nō diuiditur. ff. de ver. obl.
ut plenè dico in l. Viæ. hoc titul. nec dominium,
cum & illud in iure cōsistat. de li. §. quædam. licet
legis ordinatione per quotas dominium, iura, &
actiones, actiue & passiuæ diuidantur inter hæ-
redes. l. pacto successorū. C. de pactis. l. j. C. si certū
pera. l. pro hæreditarijs. C. de hære. actio. l. licet. C.
familia erciscundæ. l. j. C. de excepti. Adeo † ut si
vnus hæredum, contingentem sibi portionem
a debitore exegerit, debitorque postea non sol- Dominus
uendo efficiatur, non teneatur quoquo pacto co pro parte
hæredibus. l. final. C. deposit. fundo com

Præ cognoscendum rursus, vnum ex dominis muni non
non posse seruitutem fundo communi acquire- imponit
re. l. si vnum. ff. de seruituti. rustico. l. proprium. seruitute.
ff. com

species le ff.comm.prædi.cuius rei rationem attigi,in.lj.
 3 hoc tit.Finge igitur,vt ad t nostrę legis speciem
 pergamus, me & Titiū fundum habere commu-
 nem,ad quem tu vicinus promisisti mihi itineris
 seruitutem,vt scilicet ire mihi ad eum per præ-
 dium tuum liceret.Hic à Modestino responsum
 est ita acquiriri pro parte dominij seruitutem non
 posse, generaliter ita significante, ab eo qui pro
 parte tantum fundi dominus est,seruitutem quæ
 ri non posse.Sed neq; etiam ab eo qui ex toto do-
 minium habet, si ad partem puta dimidiām pro
 indiuiso seruitutem acquirere velit. Quomodo
 Aceur.& alij hunc textum interpretantur, sed
 inconcinnē satis,cum vix contingere possit, vt
 quis tam insipide stipuletur, nec conueniat ver-
 bis legis hæc expositio. Verus itaque sensus est
 quem docui.Inde q; infert Modest. quod si qui-
 spiam totius fundi Tusculani dominus *via* serui-
 tutem à vicino stipuletur, & prius quam fuerit
 constituta seruitus, partem dimidiām puta ven-
 dat, aut alio modo alienet, inanis fiet stipulatio
 seruitutis, vt potè in eum casum deducta, à quo
 initium habere non potuit.

Dubitatem & quidem maximam faciebat

Declarata l. vt pomum. §. si.hoc titul.vbi si fundi seruientis
l. vt po- dominus natus sit: pro parte dominantis fundi
num. dominium, nihilominus in reliqua parte, quæ
 apud eum, cui seruitus debebatur, adhuc reman-
 fit, seruitus retinetur, quæ pro parte ab initio
 quæri non poterat.

4 Sedatur hoc t contrarium ex.l. si sub vna. §. si
 quis viam. ff. de verb. obli. quo loco docet Iuri-
 icon

sconsultus euaneſcere ſtipulationem ſeruitutis, ſi fundus dominans, aut pars eius alienetur ante conſtitutā ſeruitutem, vt hic. nam ſi ſemel coſtituta fuerit, rei inſeparabiliter cohærēs, neq; totis, neq; partis alienatione extinguitur. d.l. vt po-
mum. §. fi. adeo, vt ſi dominus fundi dominantis partem fundi venderet, ſeruitus quæ tota eſt in toto, & in qualibet eius parte, in emptorem quo-
que transferetur, eadem nihilominus apud vendi-
torem remanente. l. ſi partem. ff. de ſeruit. rufſico.
Sed & ante conſtitutam ſeruitutem ſi ſtipulator deceſſerit pluribus hæredibus relictis, non extin-
guetur ſtipulatio, ſed ſinguli inſolidum viam pe-
tunt. Et ſi promiſſor plures hæredes reliquerit, à
ſingulis ſolida petitio eſt. l. viæ hoc titul. hæredes
namq; omnes vniuſ loco habentur, ex quorum
perſona non immutatur conditio obligationis
l. i. §. ex hiſ. l. pluribus. §. & ſi placet. ff. de verb.
obligat.

Domiñi. Dominiū † propriè ius eſt de re corporali perfectè diſponendi. Barto. in. l. ſi quis *quid.*
vi. §. differentia. quod in directum, & utile partiuntur interpretes. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ag. vextig. Ideoq; extenſius eſt dominij, quā pro prietatis vocabulum. Proprietas namque ſic di-
cta, quaſi proprieſ tua. Bald. in. l. ſi de proprietate. *Proprie-*
C. ſi à non comp. iud. ſemper directum, nō etiam utile dominiū designat. l. ſi alij. ff. de uſufruct. legat. quæ omnia traectauſ plenè in §. nihil com-
mune. l. naturaliter. xij. & xiiij. colum. ff. de acqui-
renda poffeffio. Ibi dictis addes, dominij verbo quandoque in iure ſolam autoritatem, & præ-
emi

eminentiam in domo significari. l. pronuntiatio.
§. familiæ. ff. de verbo. & rer. signific. Cuiusmodi

Vxor reli- 6 dominium t̄ apud viduam est, quam maritus li-
Etā domi- beros habens testimēto fecit dominā, massariam,
na massa- v̄ fufructuariam & administratricē. nō enim ob-
ria & v- hæc verba *dominam*, rerū defuncti dominiū acqui-
Sufructua ret, vel directū, vel vtile, sed quandā dūtaxat prē-
ria quid eminentiam, quam habebat viuente marito, con-
consequa- sequetur, nec aliud quicquam præter alimenta.
tur. Accur. in auth. quod locum. C. si secund. nupser.
mul. Bar plenè & posteriores in l. Tītia cum te-

stamento. §. fina. ff. de legat. i. j. Est & quoddam in
spē dominium, vt cum Iul. Pau. in suis h̄eredibus
quasi olim domini fuissent, nullam videri h̄er-
ditatem, sed continuationem esse dominij, quod
viuo patre quodāmodo domini existimaretur.
l. in suis. ff. de libe. & posth. Hoc dominium non

ineptè imaginarium dicemus, vt & illud (in-

Dominii quiunt Interpretes) quod apud mulierem est,
imagina- quam rei dotalis dominam imp. dixit. l. in rebus.
rium.

C. de iur. dot. verum namque dominium cōstan-
te matrimonio apud maritum. §. j. quib. alie. lic.
in inst. cui ideo rei vendicatio datur. l. doce an-
cillam. C. de rei vendica. qua in re tamen soleo di-
cere contra Doctores, naturale dominium apud
mulierem esse. imaginarium verò & à lege inter-
pretatum, apud maritum. d. l. in reb. cuius verba
calumniari non oportet. sed hoc ipsum alibi la-
tius Lib. 5. miscel. c. xiiij. Sic & apud patrē viuen-
tem verum & irrevocabile dominium est, adeo
vt filius nihil iuris in bonis paternis, quoad vi-
uit pater, etiam respectu legitimæ habeat. l. j. §. si
imp̄

impuberi. ff. de collat. bono. quemadmodū nec patronus in bonis liberti. l. in bonis. vbi Bart. ff. de lib. agnos. l. ij. ff. si à parent. quis fue. ma. Reperimus quoq; in iure dominium principale, hoc est principis, aut. si verò dominus. C. de hæret. quod maiestatem quandā & autoritatem significat, cuius obseruationē principi supremo subdit, foederatique debent. l. nō dubito. ff. de capt. Ad hoc dominium, respiciens Eudemoni Nicomediensi, Antoninus Imp. apud Volusiū Metianum respōdit. Ego quidem mundi dominus, lex autē maris. l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de iact.

7 Illud † porrò nō censui prætereundum, quod docti viri scriptum reliquere, Dominij verbum latinis hominibus non satis notum, à nostris familiaris doctrinæ gratia usurpatum, vt & alia pleraque ciuilis artis vocabula. Quibus non facile affenserim, cum M. Terent. Varro sermonis latini peritissimus, vt qui de lingua latina sex libros ad Septumium & Ciceronem conscripsit doctissime, eo vocabulo appositiissime sit usus in ij. de re rustic. cap. vj. de alinis agens. Quod similes parentum gignantur, inquit eligendi & mas & fœmina cum dignitate, vt sint in mercādo. Item vt cæteræ pecudes emptionibus, & traditionibus dominium mutant, & de sanitate ac noxa solet caueri.

8 Vulgo traditur. Quoniam † habens rem cum alio seruitus communem, eidem rei seruitutem acquirere nō fundo cōpotest. l. si vnis. ff. de ser. rustic. l. proprium. ff. cōmuni non prædio. rectè traditum est, vt si stipuler à te seruitutem Itineris, eundi scilicet per fundum tuum reclè constituitur.

Dominū
an vox La
tina.

ad fundum, quem cum alio communem habebam, aut ad partem meam dimidiam eiusdem fundi, pro indiuiso non consistat hæc seruitutis constitutio. Neque enim potest: cum seruitus prædio inseparabiliter hæreat. l. seruitutes. iij. hoc tit. seruiri parti meæ, quin seruiatur toti fundo, at qui toti fundo quæsita non est. Et cum seruitus diuisionem non recipiat. l. stipulationes non dividuntur. ff. de verb. obligat. l. j. §. si vñsfructus. ff. ad le. falc. nō potest per partes acquiri. l. vt pomum. §. fina. hoc titul. Quo tamen casu fundum communem ante stipulationem seruitutis diuissemus regionibus, nihil prohibet seruitutem parti meæ quærere me posse. l. ad certam hoc tit. cùm iam non pars fundi: sed totus fundus dici debeat. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. communia prædio. l. rectè dicimus. §. fin. ff. de verborum significat.

Fundum habens. Totum, Partem fundi. Pro indiuiso, quia fringe dimidiam fundi partem simpliciter, hoc est nulla facta partis venditæ demonstratione, vendiderit.

Alienatio universalis & singularis diffren- *Postea alienet.* Post stipulationem, ante tamen constitutam seruitutem. l. si sub vna. §. si quis viam. ff. de verborum obligationib. vt interū non pugnet. l. vt pomum. §. fina. hoc titul. quod crassius in principio exposuimus. Intellige rursus alienationem factam titulo singulari. nam si stipulator pluribus hæredibus relictis decederet, licet vñus sine alio seruitutem fundo communi quærere non possit. l. si vñus. ff. de seruitut. rusticor. l. proprium. ff. comm. prædio. stip

stipulatio tamen non corrumpitur. l.ij. §. ex his.
ff. de verbor. obligatio. Differentiae ratio est:
quia in habentes titulum vniuersalem transit
actio personalis ad seruitutem constituendam,
& in quemlibet eorum insolidum, non item in
singularem successorem. l. omnes. §. fin. ff. de vſu
& habi. Qui cum actionem non habeat, & præ-
dium non sit apud alienantem, stipulationem cor-
rumpi necessarium est. Quod in successore vniuer-
salidici non potest.

9. Non possit. Regula iuris est † obligationem ex-
tingui, si in eum casum inciderit, a quo incipe-
re non potest. l. si in metallum. in fine. ff. de his
qua pro non scrip. hab. l. existimo. & l. pluri-
bus. §. & si placet. ff. de verborum obligatio.
Quæ materia est planè brocardica. In qua, quod
pertinet ad rem nostram, breuiter scito, quod
vbi actus perfectionem suam habet, non vi-
tiatur, licet ad eum casum peruererit, a quo
incipere non poterat. l. si Gaudentius. C. de
10 contrahenda emptio. quandoquidem † legitimi-
mè factum, ex superuenienti cauſsa retractari
non debet. l. in ambiguis. §. primo. ff. de regul.
iuris. c. factum. eodem titul. in vj. Qua ratione
furor, qui matrimonium contrahi non sinit,
recte contractum non impediret. l. patre furio-
so. ff. de his qui sunt sui. l. oratione. in fine. ff. de
ritu nuptiarum. Et factum ante interdictiōnem
bonorum, testamentum valet, quod postea iu-
re fieri nequit. l. is cui lege. ff. de testamen. l. pri-
ma. §. sufficit. ff. de bonorum possessio. secun-
dum tabu. Et tutela, quæ matrimonium cum
obligatio
an extin-
guatur, si
incidat in
casum, a
quonequit
incipere.

pupilla impedit. l. tutor. ff. de sponsali. l. non est matrimonium. ff. de ritu nupti. l. qui pupillam. ff. ad. l. Iuliam, de adulte. Curatelaque cum adulata. l. tutor. l. senatus consulto. & l. libertum. ff. de ritu nuptiarum. post cōtractas legitimē nuptias superueniens eas non infirmat. l. iij. C. de interdict. matr. Sic quod ab ingrato donatario ante commissam ingratitudinem iure donatum, venditum, aut alio modo legitimē alienatum est, per subsequentem ingratitudinis caussam non reuocatur, l. his solis. C. de reuocand. donatio. Denique ea est ratio l. vt pomum. §. fina. hoc titulo, vbi obligatio seruitutis consummata erat, & perfecta. neque enim promissa modo, sed constituta fuerat. Ideo nō euanescit, tametsi ad eam caussam deducatur, à qua principium habere non potuit. Hic autem non erat consummata, vt quæ promissa, nondum tamen fuerat constituta, merito vitiatur. l. si sub vna. §. fin. ff. de verborum obligatio. nam & illud generaliter obtinuit, vt actus necdum perfectus, perductus ad eum casum, à quo nō poterat inchoari, destruantur, d. l. si in metallum, in fine. ff. de his quæ non script. haben. d. l. existimo. in fine, & l. inter stipulantem. §. sacram. l. pluribus. §. & si placet. ff. de verborum obligatio. Nisi casus superueniens ad eundem finem spectaret. l. verbis legati. in fine. ff. ad legem falcidiam. §. si quis debitori, in fine, de legatis. Bartol. & alij in dicto §. & si placet.

ii Ex his infertur † ad decisionem pluriū quæ-

Accusator stionum, & imprimis ad eam, quam tractat Dy.

in

in d.c. factum legitime, quando inchoata inquisitione, superuenit ordinarius accusator, an cō-
si superue-
quiescat inquisitio. & concludit inquisitionem niat incho-
nendum perfectam cessare, aliam non. Ad quæ at a inqui-
videndus est Bart. in l. iij. §. qui Plautianum. col. sitione.
iij. ff. de lib. agnoscend. in l. penult. ff. de suspec-
tut. plenius in l. si maritus. §. j. ff. ad l. lul. de adul.
Cyn. Bald. & Saly. in l. ea quidem. §. quapropter.
C. de accusatio. Ange. Aret. in tracta. maleficio.
col. x. in princip. quo loco subiicit memorabile
verbum, quod cūm hodie per statuta, & cōsue-
tuīdines permittatur de quolibet criminē inqui-
ti, non cessabit inquisitio per superuenientem
accusationem: quia vnum remedium ordinariū
non tollit aliud.

¹² Deciditur & altera quæstio, † si facta est solu-
tio dotis mulieri constante matrimonio, quia
maritus ad inopiam vergebatur, an si postea super-
veniant diuitiæ marito, retractetur illa solutio
dotis, ut sic dos viro restitui debeat? Accurs. &
Cyn. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. tenent, quid
non, quibus subscribit Bart. in d. §. & si placet.
& fusius articulum tractans in l. si constante. ad
fin. princ. ff. solut. mat. cum superuenientes diu-
tiæ tendant ad eundem effectum, ad quem solu-
tio dotis, ut scilicet consulatur mulieri. Igitur
non debet actus legitime gestus retractari. d. l.
verbis legati. & l. sciendum. §. fina. ff. qui satisd.
cog. vbi Bald. & Castrenſ. melius quam alibi,
hanc sententiam probari dicunt. Ego verò hac
in re semper fui in contraria opinione, sequitus
Speculat. in tit. de donat. inter vir. & vxo. §. fin.

Dyn. Bal. Cuma. Rom. & Ias. in d.l. si cōstāte, cū inopia cēset, & ita causa propter quam maritus possessione dotis priuabatur, rerūmque dotaliū administratione, quare ad eum redire debet. l. i. §. tandiu. ff. de curat. furios. l. fin. C. de senten. pas. quod latius alibi executus sum.

13 Inducuntur prædicta & præterea ad quæstionem, si pater non habens filios legitimos, fecerit tio an euā legitimari naturales, deinde suscepere legitimescat natum, an euānescat legitimatio? & communittate le ter existimatū est legitimatum vñā cum legitimis succedere. nam ex quo legitimatio perfecta naturalis fuit, non debet ex superuenienti causa retractari. Bartol. in l. ex facto. col. ij. ff. de vulg. Panor. in c. per venerabilem. col. viij. qui filij sint legitim.

14 Quam & decisionem ego puto vèrissimam in legitimatis per subsequens matrimonium, cùm hi, quo ad omnes iuris effectus, pro legitimis habeantur. l. cum quis. C. de naturalib. lib. §. fi. de nup. in instit. c. tanta. qui fil. sint legit. imo vero legitimis sunt, cùm subsequens matrimoniu purget omnem maculam præcedentem. d. c. tanta. Glos. in c. innotuit. de elec. Vnde in bonis feudalibus succedunt. Host. & Ioan. Andr. in c. lat. tor. qui fi. sint legit. Iacob. de Bel. & Bal. in c. j. §. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. & agnat. ita illum tex. limitantes. In emphyteusi ecclesiastica includuntur. Ioan. Imol. in l. quod dicitur. col. penul. ff. de verb. oblig. Fœminas excludunt in vim statuti, quod existentibus masculis fœminas repellit. But. in d. c. per venerabilem, late pater Dec. confil. clv. volu. j. Et ad episcopatum hab

habiles sunt. Glo. in d.c. innotuit. licet in episco-pum promoueri nō possint, nisi ex iustis nuptijs natu. c. cum in cunctis de electio. Cæterum † in Legitima legitimatis per rescriptum principis, non puto ti per re-benè sensisse Bar. & reliquos, cum non sit verifi-mile patrem, si liberos habuisset legitimos, prin-scriptum principis. cipi in fauorem naturalium supplicasse. l. si vnu-quam. C. de reuo. donat. Et quia non fuit mens principis legitimis nascituris præiudicium in-ferre, quemadmodum Castrenſ. docet in d.l. ex facto. Cuius text. argumento suadetur hæc opini-o. Etenim illic docetur exemplarem muto fa-ctam filiorum natuuitate infirmari. Crediderim itaq; quod sicut in donatione, & fideicommisso exaudimus conditionem & clausulam, nisi na-scantur filij. l. cum auus. ff. de condit. l. generali-ter. §. cum autem. C. de instit. & substitut. l. cum acutissimi. C. de fideicō. l. si vnuquam. C. de reuo. donatio. ita in legitimatione subintelligamus clausulam, nisi na-scantur filij legitimi. Ioan-nes Corasius Tolosas Valentia. x. Februarij.

M. D. X L V I.

§. PRO PARTE.

- | | | |
|---------------------------------------|---------------------------|--|
| 1 Sensus huīus §. nouē ex-
cūssus. | 2 Legata ex morte testan- | 3 tis vim capiunt.
Ademptio iuutilis, ubi
legatum inefficax. |
|---------------------------------------|---------------------------|--|

Pro parte quoque neque legari, neque adi-mi via potest, & si id factum est, neque le-gatum, neque ademptio valet.

species hu
ius §.

Pro parte. Prosequitur † cœptum thema iurisconsultus. cum enim dixisset, initio dominum ex parte fundo communi non posse seruitutem acquirere, addit hoc loco similiter, nec pro parte legari seruitutem, nec legatam adimi posse pro parte. Itaque ut exemplo rem claram faciamus, si cùm fundum communem tecum haberem, Titio *viam*, hoc est ius eundi, agendi, & ambulandi per fundum nostrum communem ad suū legauerim, non tenet legatum, cùm non possit vñus ex dominis pro sua parte dominij fundo communī seruitutem imponere. quòd si tota viē seruitus ab eo, qui solus fundi seruientis dominus erat, legata fuerit: deinde pro dimidia puta parte dominij viam adimat, quia finge, dicat in ademptione, se nolle, nisi pro ea parte fundum seruire, inutilis erit ademptio.

A dferebam quandoque congruentius exemplum ad textrum nostrum, vt si ego & tu fundū communem habeamus, legētque mihi Titius ius eundi, agendi, & ambulandi per fundum suū ad fundum nobis communem, inutiliter *via* seruitus pro parte mea dominij legata intelligatur, cùm per partem acquiri seruitus non possit. l. si fundum. ff. de seruit. leg. Planè si ambobus via ad fundum communem per fundum Titij testantis legata esset, & mihi seruitutem ademerit, non teneat ademptio. Si enim pro parte dominij seruitus legari non potest, ita nec adimi. l. legata inutiliter. §. fin. ff. de adimend. legat. Nec obstat quod pro parte seruitus retineatur, quæ ab

ab initio per partes quæri non poterat. l. vt po- *Seruitus*
 mum. §. fin. hoc titu. nam hoc verum constituta *quomodo*
 semel, & imposta seruitute, hic autem tantum *pro parte*
 erat legata , nec vllum potuit effectum habere *retinea-*
seruitus, vt nec aliud quoduis legatum testatore *tur.*
 viuente, ex cuius morte + quæcunque testamen-
 to scripta robur accipiunt.l. iiiij. ff. de adimend.
 leg.c. cum Marthæ. de celeb. mis. merito de eius
 retentione tractari non potest. Quo pacto enim
 conseruaretur, quod non est? l. eius qui. ff. de reb.
 cre. & ita mihi videtur hoc Modestini respon-
 sum exponendum, quod interpretes nostri inex-
 cussum reliquerunt.

Neque ademptio. Quoniam + seruitutes pro
 parte minui non possunt. l. cum filius. in princ.
 ff. de leg. ij. Et ex quibus causis datio legati inu-
 tilis est, ex eisdem etiā ademptio inefficax habe-
 tur: veluti inquit Florentinus, si viam pro parte
 adimas, aut pro parte liberum esse vetes. l. legata
 inutiliter. §. fin. ff. de adimen. leg. Ioan. Coras. Va-
 lentiæ. xj. Febr. m. d. **X L V I.**

L. N O N D V B I T O.

- | | |
|--|--|
| 1 <i>Municipes qui.</i> | uitatis. |
| 2 <i>Cives quot modis fiant.</i> | 6 <i>Procurator an querat ser-</i> |
| 3 <i>Forensi delata dignitas</i>
facit eum ciuem. | <i>uitutem.</i> |
| 4 <i>Vniuersitas quomodo co-</i>
<i>sentiat.</i> | 7 <i>Ius reale non queritur</i>
<i>per procuratorem</i> |
| 5 <i>Civis an testis in causa ci-</i> | 8 <i>Dominium an cadat in</i>
<i>incorporalibus.</i> |

Non dubito quin fundo municipum per seruum rectè seruitus acquiratur.

Muni-
cipi-
pes qui.



Non dubito. Sciendum hic ante omnia, t qui municipes dicantur, & propri- sic appellari tradit Vlpianus, rece- ptos in ciuitatem Romanam, vt mu- nera cum Romanis acciperent, vnde & nomen sumpserūt. Municipes namque dicti sunt, quod honorarij munericis participes essent. l.j.in prin. ff.ad municipal. Quanquam vt illic. Iurisconsul. docet, nunc abusuè municipes dicamus, suos cu- iusque ciuitatis ciues, vt puta Campanos, & Pu- teolanos. Fiunt autem municipes, t hoc est ciues admonente eodem Vlpiano in.d.l.j. nativitate imprimis, vt eius municipij ciuis intelligatur, in quo natus est. l.municipes. ff.de verb. signifi. aut à quo pater eius originem ducit: non spectato pa- tris domicilio, aut matris origine. patriā namq; paternam legitimi filij sequuntur. l.j.& l.assum- ptio. §.filius. ff.ad municipal. licet ex non iusto patre nati, matris sequantur originem. l.lex na- turæ. & l. cum legitimæ. ff. de stat. homi. l.eius qui. j. ff.ad municipal. Ex duobus igitur Tol- osanis parentibus natus, Tolosanus ciuis dubio procul erit, sed & si ex patre Tolosano, matre Valentina, æquè municeps Tolosanus erit, nisi forte priuilegio aliquo materna origo censea- tur, vt Iliensibus, Delphis, & Ponticis cōcessum esse refert Vlpianus.

Ciues fa-
cit manu-
mis.

Facit præterea ciues manumissio, vt patroni manumittentis patriam libertus acquirat. l.eius qui.

qui.ij.in princ. ff.ad municip.vt ita Romæ manumissus ciuitate Romana perfruatur,hoc est ciuis efficiatur Romanus.l.vnic. §.sed & si quis. C.de lat.libert.tollen. Adoptione quoque ciues sunt, qui adoptantur eius ciuitatis,cuius pater adoptiuus fuit,quādiu tamē durat adoptio.l.sed si is. ff.ad municipa.veluti, si alienigena à patre Tolosano sit adoptatus,exterus ille municeps,
 id est ciuis Tolosanus fiet.d.l.j.Deniq;[†] facit nō *Ciues facit*
 nunquā ciues Allectio,vt cū ciuitas,aut respu**blica aliquē eligit,& in ciuem assumit.l.ciues.**
Allectio.
 de incol.lib.x.C.quo loco generalius Plateanus docet,eoipso,quod forēsi dignitas aliqua in ciuitate defertur,eū ciuem effici eius ciuitatis,per illum tex qui hoc mihi nō probat.Speciem autē ad hunc textū facillimam nō crassius explicō.

Per seruum. Seruus municipij,aut ciuitatis,nō *Seruus ci-*
 ciuium est, sed vniuersitatis, & Reipublicæ. l. *uitatis nō*
 intantum. §.j. ff.de rer.diuisio,l.sed si hac. §.qui *est seruus*
 manumittitur. ff.de in ius vocand.l.j. §.seruum. *ciuium.*
 ff.de quæstio.meritò sicut seruus priuati,domino suo querere potest , ita seruus Reipublicæ
 municipij, aut Coloniae. l.sive autem. §.fina. ff.
 de publicia.l.ijj. ff.de stipu.seruo. Non est igitur
 dubitandum,inquit Iabolenus,quin fundo mu-
 nicipum per seruū seruitus quæri possit,veluti
 si à Titio stipuletur seruitutem eundi per fun-
 dum Tusculanum,qui Titijerat,ad fundū mu-
 nicipij,seu ciuitatis.Sed contrà in acquisitione
 seruitutis consensus necessarius est: necessaria
 quoq; possessio,aut quasi.l.quoties.ij.hoc ti.at-
 qui municipes nec cōsentire,nec possidere pos-
 sunt.

sunt.l.j.¶.fin.ff.de acqui.poss.l.vnic.ff.de libert.
4 ciuit.Solutio, t verum est ciues vniuersos con-
sentire non posse,cum in ciuitate,aut Republi-
ca,sint infantes furiosi,& aliæ id genus personæ
consensum non habentes.l qui ad certum.ff.lo-
cat.l.infans.ff.ad l.Corne.de sicar.Ideoque pro-
pter delictum prohibuit summus Pontifex in
vniuersitatem excommunicationis sententiam
proferri.sic enim contingeret innoxios,qui nō
consenserunt,nec criminis consensum præstare
potuerunt,huiusmodi sententia irretiri.c.Ro-
mana,§.fi.de fenten.excom.in vj.Dicuntur præ-
terea ciues non posse consentire propter natu-
ralem hominum ad dissentendum facilitatem.l
item si vnum. §. principaliter. ff. de recep. arbit.
non quod impossibile sit ciues omnes consen-
sum habentes consentire posse.l.metum. §.ani-
maduertendum. ff. quod met. cau. l.humanum.
C.de legib.sed quia hoc admodum difficile est
tantam videlicet hominum turbam in vnu con-
uenire.l.ij.¶.quia difficile. ff.de orig.iur.l.sed si
ex dolo.¶.j.ff.de dol.Hinc habes claram resolu-

Ciues quo modo consentire di cantur. tionem contrarij:quia ciues,licet omnes in vni-
uersum non facilè consentiant,nec per seipso possideant:hoc tamen iure vtimur,vt in his que libi sunt vtilia consentire intelligentur,& per eorum syndicos,& actores possideant.l.muni-
cipio.ff. vt in pos.legat.& non tantum per liberas ciuistatis personas,sed & per seruos.l.j.¶.fin.
& l.ij.ff.de acqui.poss. Nam & idem in infantibus,& furiosis dicimus,vt licet per se sibi qua-
rere contrahendo nō possint,nec possessionem hab

habeant, per seruos tamen acquirant. l.j. in prin.
ff. de verbo. obli. l.j. §. item acquirimus. ff. de ac-
quir. possessio.

Cum autem dicat hic Iuriscons. fundo ciui-
tatis per seruum illius reipublicæ seruitutē rectē
acquiri, libenter quæsierim, nunquid per illum
seruum vni ex ciuibus possit quæri seruitus, si
puta seruus ille dari seruitutem **Titio**, cui stipu-
letur.

Quāt in re breuiter dicendum, quòd non,
quoniam vt diximus, seruus vniuersitatis nō est
seruus singulorum ciuium. l.intantum. §. j. ff. de
rer. diuisio. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de
in ius vocād. c. Episcopus. §. qui manumittitur.
xij. q. ij. Nec obstat quòd seruus sit communis
ciuitatis. nam non ideo singulorum pro parte
intelligitur. d. l.intantum. §. j. & l.j. §. seruum. ff.
de quæstio. Cuius argumēto dicunt Accur. Bar.
& cæteri, eos qui sunt de ciuitate, aut alia vni-
uersitate, posse esse testes in causa vniuersitatis.
Accur. & alij in d. l.intantum. §. j. & in l. si muni
ceps. ff. quod cuiusque vniuer. & in §. cogitan
dum. de monach. coll. j. sicut & clericus in causa
ecclesiæ. c. cum nuncius. de testib. Intellige mo-
do causa solum commodum ciuitatis respiciat,
ita quòd commodum singulorum nullum effet.
nam si vtilitatem sentirent singulatim ciues, vt
si ciuitas sylvas haberet, nemora, aut prata, qui-
bus possent ciues desecare ligna, aut pecora pa-
scere, nō possent tunc pro ciuitate testimonium
ferre, cùm ea causa propria singulorum ciuium
dicatur, ex quo damnum eius, vel emolumen-
tum .

*Ciues an
possint esse
testes in
causa vni
uersitatis.*

tum ad ciues pertinet. l.j. §. in propria. ff. quando app. sit. Nullus autem idoneus testis in re sua intelligitur. l. nullus. ff. de testib. l. omnibus. C. illo titul.

6 *Acquiratur. Sed tamen per procuratorem potest seruitus* rit acquiri seruitus fundo domini, disputat hic *an quæra* eruditè Fulg. Imprimis enim dicit videri quod tur per pro curatore, non, cum per liberam personam ullo contractu alteri regulariter non queratur. l. solutum. §. per liberam. ff. de pigno. actio. l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. ff. de verb. oblig. l. quo tutela. §. si. ff. de reg. iur. Et quoniam per procuratorem possessio nobis acquiritur duntaxat, & dominium si à possessione separari non possit. l.j. C. per quas perso. l.j. & l. per procuratorem. ff. de acq. pos. possessionis autem causa excepta per liberam personam, que alterius iuri subdita non est, nihil acquiri potest. d.l.j. C. per quas perso. & §. ex his. illo tit. in insti. Cæterum tandem vadit in contrarium sententiam quam ut humaniorem amplectitur, admonens semper in ambiguis eam partem sequendam, quæ magis iuri, & æquitati conuenit, quam subtilitati. l. placuit. C. de iud.

Dominium Considerat igitur dominium, non tantum rei an cadat corporalis reperiri, sed & seruitutis. l. quivsum. in incorporalibus fructum. ff. si vsusfru. petatur. cum itaque quasi possessio in incorporalibus exemplo possessio- nis rerum corporalium per procuratorem queratur, debet quoque queri in consequens plenum ius seruitutis, seu eiusdem dominium. d.l.j. & l. per procuratorem. ff. de acqui. posses. & l.j.

7 C. per quas perso. Ego tamen priorem sententiam

mag

magis probo: cum seruitus sit ius reale, corporibus accedens. l. seruitutes. iiiij. hoc titul. sine quibus esse non potest. l. j. ff. commu. prædio. Iura autem realia, quæ per se non subsistunt, sed alteri accedunt, per procuratorem non quæruntur. l. solutum. §. per liberam. ff. de pigno. actio. Bald. Saly. & ceteri in d. l. j. C. per quas person. Nec me mouet † quod impulit Fulgo. dominium in incorporalibus cadere existimantem, hoc enim verum non esse admonet Bartol. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posses. Contrariūmque probari ex d. l. qui vsumfructum. reuincit las. in l. naturaliter. §. nihil. commune. in j. opp. Bart. ff. de acqui. posses. licet velitationis gratia illic. col. xxvij. posse defendi docuerim. Id ex d. l. qui vsumfructum. posse suaderi, rationib[us]que non incoloratis. Ioannes Coras. Tolosas Valentiae. xiii. Februarij. M. D. XLVI.

L. SI TAM ANGVSTI.

- 1 Declaratio l. nostræ. sequens matrimonium.
- 2 Magis dictionis natura. 9 Metus aut alia iusta causa, protestationē firmat.
- 3 Mens non verba spectanda. 10 Protestatio quæ dicatur facto contraria.
- 4 Protestatio an actu contrario tollatur. 11 Protestatio factum ambiguum declarat.
- 5 Mentiris, & nō dicis verum differunt. 12 Si non valet quod ago ve ago, regula declarata.
- 6 Mentiris, quando dicere liceat. 13 Clausula omni meliori modo.
- 7 Testibus opponens delihum, ant teneatur. 14 Quod potui nolui, regula explicata.
- 8 Protestatio an impedit.

- 15 Enodata l. non codicillum. 18 Transactio inutilis an-
- 16 Sententia ex causa vera nō valeat ut pactum.
- expressa non defenditur. 19 Formæ effectus.
- 17 Ordinarius si procedat vt 20 Filius fa. patre cōsentiente donat causa mortu.
- delegatus.

Si tam angusti loci demonstratione facta
via cōcessa fuerit, vt neque iumentum, ne-
que vehiculum ea ire possit, iter magis,
quām via, aut actus acquisitus videbitur.
Sed si iumentum per eam duci poterit, nō
etiam vehiculum, actus videbitur acqui-
situs.

species l.



*I*t tam angusti. Iter t propriè ius est eun-
di, ambulandi, hominis. *Actus*, ius
agendi iumentum, vel vehiculum.
Via verò iter, & actum in se conti-
nens ius eundi, & agendi, & ambulandi. l. j. ff. de-
seruitu. rustico. Quocirca si tibi viæ seruitutē
per fundum meum concessero, demonstrato lo-
co tam angusto, vt neque vehiculum, neque iu-
mentum ea ire possit, nō censebitur, licet verba
repugnant, constituta seruitus viæ, quæ ius est
(vt dixi) nō eundi modo, & ambulādī hominis,
sed agendi iumentum, vel vehiculū. d. l. j. & l. qui
sella. ff. de seruit. rusti. Ceterum seruitus *Itineris*
cōcessa videbitur ex natura loci, qui non aliam
seruitutē propter eius angustiā recipere potest.
Quod si per locū demonstratum, iumentum, nō
etiam vehiculum, duci potest *actus seruitus* (quæ
ius

ius est agendi, vel iumentum, vel vehiculum.d.
l.j.)concessa intelligetur, non etiam via, licet de
eius constitutione nominatim actum sit. nec
quicquam nos concessionis verba mouere de-
bent, quandoquidem non tam quid dixerint,
quam quod senserint contrahentes spectandum
est. l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poss. Et hæc pro
clara huius l. specie fatis esse puto.

² Iter magis quam via. Hoc est non + via seruitus, *Magis di-*
sed Itineris acquisita videbitur. Stat namque di-
ctio magis, hic electiuè, ut & in l. ij. §. j. ff. de reb. *titonis na-*
cred. & in l. in commodato. §. sicut. ff. commo-
dat. Regulariter verò cùm magis dictio, aduer-
bium sit comparandi, stat comparatiuè. l. iubere
cauere. ff. de iurisdic. omn. iud. l. si constante. §.
quoties. ff. solut. matr. Cùm autem cōparatiuum Comparatiuum
aliud sit nihil quam excessus positiui, tunc dici- tium quid.
tur stare comparatiuè dictio magis, cùm vtrun-
que includit: sed alterum magis, quod maximè
contingit, vbi collocatur inter duo inæqualia,
quæ tamen inuicem se compatiuntur, inquit
Bald. in I. transactio. C. de transactio. veluti, si
dicam hic filius magis patrem diligit, quam me-
tuat, hoc est patrem & timet, & amat, cæterum
magis amat. l. iij. §. sed vtrum. versi. nec eo. ff. de
minorib. l. clam possidere. §. fi. ff. de acqui. pos.
Electiuè verò dictio magis tunc necessariò stat,
cùm ponitur inter extrema repugnantia, & con-
traria. Bald. in d. l. iubere cauere. quandoquidem
ad vnius positionem sequitur remotio contra-
rij. l. decein. ff. de verb. oblig. l. Pomponius. §. sed
& is. in fi. ff. de procurat. l. si inter me, & te. ff. de

except. rei iud. sicut si dixerol literis operam dare, utile magis esse, quam per vicos, & compita vagari, sectari dominas, aut choreas ducere. Hic magis electiuè ponitur, quia operam literis nauare, & studere, ut honestissimum, ita utilissimum est, turpiter autem ociari, & voluptatibus irretiri tam fœdum, quam quod fœdissimum. Sic accipienda dictio magis, in l. & magis. ff. de solutio. in l. quoties. C. de iud. in d. l. ij. §. mutuus datus. ff. si cert. peta. & in d. §. sicut. Hæc autem sic explicare familiariter volui, quod passim occurrat in iure frequentissimi huius aduerbij magis interpretatio.

3 Acquisitus videbitur. Nec enim + spectandum est, quid scriptum sit, aut dictum, sed quid à partibus fuerit actum. l. si. C. quæ res pigno. oblig. poss. quas cum verisimile non sit genus disponendi elegisse ad impugnanda sua iudicia. l. iiij. ff. de test. mili. sed potius credendum utiliter, & cum effectu contrahere voluisse. l. si dari. ff. de verb. oblig. l. j. in fi. ff. ad municipal. ubi talis exurgit verborum, & voluntatis conflictus, voluntatem sequimur, non verba, quæ subseruiunt menti, & ancillantur. l. sed Celsus. §. si fundus. ff. de cōtrahend. emp. l. promittendo. ff. de iur. dot. c. secundo requiris, de appell. dixi plenè in l. cum virum. C. de fideicom. urgenteque sic voluntate debemus à propria verborum significatione à propria recedere, & sequi impropriam. l. librorum. §. quod tamen Caisius. ff. de lega. iiij. l. pater Seuerinam. §. conditionum. ff. de condit. & demonst. etiam prorsus contrariam. l. Proculus. in prin. ff.

de v

*Voluntas
in dispositi-
tionibus
spectanda
non scri-
ptum.*

*Quando
recedendū
à propria
verborum
significa-
tione.*

de vſufruct. l. fin. ff. de vſufruct. ea. rer. quæ vſu
 cons. vbi maximè actus aliter sustineri non po-
 test, vt hic, & in iuribus ſupra alleg. Disponen-
 tium quippe verba ſemper ita accipienda ſunt,
 quo res de qua agitur, ſit in tuto, magisque va-
 leat, quam pareat. l. quoties in ſtipulationibus. ff.
 de verbo. obligat. l. quoties. ff. de reb. dub. Ex his
 autem † & ex hoc textu manifestum fit, dicto fa- Protestatio contra
tria facta
 ctum præualere, atque ideo protestationem cō-
 trarium facto, non prodeſſe, ſed per factum con-
 trarium tolli. l. cum plures. §. locator horrei. ff. nō relenat
 locat. c. cum M. vbi planè Canonistar. de const. c.
 ſollicitudinem. de appellat. Quæ doctrina ex in-
 terpretum ſententia, tam illic, quam in l. non fo-
 lum. §. morte. vbi plena manu Bart. & cæteri
 protestationis materiam attingunt, ff. de no. o-
 per. nuntiat. intelligenda eſt in dependentibus à
 voluntate duorum, quo caſu nihil operatur
 protestatio in præiudicium eius, qui non con-
 ſensit, quia abſens, aut contradicens. l. cum plu-
 res. §. locator horrei. ff. locat. Sicut nec proposi-
 tum in mente retentum, alicuius eſt virtutis. l. fi
 repetendi. C. de condic. ob cauf. Indéque per-
 multa ſingulariter inferuntur. Imprimis † non Tu menti-
ris, ſaluo honore tuo.
 excusari eum, qui dicit *tu mentiris, ſaluo honore tuo,* ris, ſaluo
 cum actui contrarietur protestatio, contrariam honore
 que voluntatem admissum declarat. l. ſi quis ex- tuo.
 traneus. in princip. vbi Bar. in terminis. ft. de ac-
 qui. hæred. licet ſecus ſit vt ibidem Raph. Cu-
 ma. declarat ſi quis diceret, *tu non dicas verum, ſaluo*
honore tuo. Poteſt enim ſine dolo non verum di-
 xisse, quia ita rem ſe habere credebat, quam dif-

ferentiam ab Italibz probari scio, qui non inferri
putant aliquam iniuriam his verbis *non dicas verum*. Hoc autem vix Galli reciperent, apud quos
par est dicere, *tu mentiris*, & *non dicas verum*, utro-
bique quippe credunt, idem esse conuitium,
quod quomodo cunque prolatum declarat, pro-
ferentem, non habere animum tuendi honorem
aduersarij. l. si non conuitij. C. de iniur. Ideo-
que censeri debet in Gallia verbum iniuriosum,
sicut cum dicitur *tu mentiris*. Bart. in l. item apud
Labconem. §. ait prætor. ff. de iniur. nec excusa-
ret protestatio illa, saluo honore tuo, tanquam
facto contraria. d. c. solicitudinem. & c. ea te de
iure iurant. quæ tex. illic annotant Host. & Panor.
~~X~~
contra quendam iudicem, qui stulte nimium ius-
sit hominem laqueo suspendi, *saluo iure suo*. Ad
hæc & illud non omittendum, quod licet hæc
verba *tu mentiris*, & sint iniuriosa, ideoque ob ea
libellus recte detur iniuriarum. Bart. in d. §. ait
prætor. Angel. Alex. & Moder. in l. turpia. ff. de
leg. j. In eum tamen, qui mihi conuitium aliquod
aut crimen obiicit, impunè possum ea verba
proferre, hoc est dicere, *tu mentiris*, cum tunc non
animo iniuriandi à me proferantur, sed gratia
honoris mei conseruandi, & ut existimationem,
ac famam meam defendam, quam certe qui ne-
gligit, crudelis est. c. nolo. xij. q. ij. Specul. in §. iā
nunc videndum. col. ij. in tit. de aduocat. Bart. in
l. quæ omnia. §. j. ff. de procura. Et quoniam licet
iniuriato in prouocantem crimen detorquere
crimen de quod obiicitur, aut aliter se defendere. l. liber-
torquere. tuis à patrono. ff. de in ius voc. l. si quis in graui-

*Iniuriato
licet in in-
iuriantem
crimen de
torquere.*

§. viii

§. vtrum. ff. ad Sillania. l. qui cum maior. §. si libertus. ff. de bonis libertorum. quod mirabiliter ampliat Fulg. in d. §. j. per illum textum. verum esse etiam in foro, seu loco iudicij, & in praesentia iudicis, ut ibidem ei qui me iniuriat, liceat impunè coram magistratu dicere, *tu mentiris*, quāuis (inquit) si hoc fieret hodie, magistratus ad iniuriam propriam reuocarent. Planè cum mihi conuitium aliquod obiecisti, & ego respondi, *tu mentiris*, licet ego lege permittente, id faciam, tu tamen replicare non potes, quod inēgo mentior, quod si facias, teneris actione iniuriarum. Paul. Cast. & alij in l. fi. per illum textū. ff. quod quisque iur. Ias. in l. vt vim. col. fi. ad fi. ff. de iustitia & iure. Sed eō redeundum, vnde digressi sumus.

7 Infertur secundò, † opponentes contra testes *testibus* productos, quod hæretici sint, homicidae, periu- *crimen op-*
ti, aut alio crimine irretiti, cum protestatione, *ponens an-*
se non animo iniuriandi, sed iuris sui defenden- *tenciarur*
di gratia, dicere, teneri nihilominus actione *iniuriarū*,
iniuriarum, cum protestatio sit facto contraria.
 Ideoque non relevet, & verba ipsa iniuriosa
 contrariam voluntatem declarant. d. l. si quis ex-
 traneus. in prin. & c. sollicitudinem. de appella.
 Alexand. & Ias. in d. l. fi. ff. quod quisque iur. ni-
 si probarent *crimen oppositum* verum esse: quā-
 doquidem non probans, etiam quod excipiendō deduxit calumniari videtur. l. j. C. de aduo-
 catis diuersorum iudiciorum. Tumque tollitur
 præsumptio protestationis, quod animo
 iuris conseruandi *crimen oppositum* fuerit. So-

ci.in specie.consil.exvij.col.ij.vol.j. Hic tamen aduertendum, quia contraria opinio communis videtur, vt opposens crimina testibus, iniuriarum non teneatur, licet non probauerit, cum talia verba non animo iniuriandi, sed ad iuris sui defensionem opposuisse videatur, vt tenent Guillel. Bald. Angel.& Salyc. in d. l. fina. quod ignoscendum sit ei qui prouocatus voluit se vici. d. l. qui cum maior. §. si libertus. Mihi aliquando placuit dissidentes has sententias ita componere, vt si de criminis reus accusetur, quod ingerit sanguinis poenam, non teneatur is, testibus productis crimina quantumuis grauia opposens, iniuriarum: ei quippe ignoscendum est, qui sanguinem suum qualitercumque redemptum voluerit. l. j. ff. de bonis eor. qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt. Idem putarem si de fama & existimatione rei tractaretur, quando causam vitæ & famæ leges comparant. l. iusta. ff. de ma. vindicta. l. isti quidem. §. finali. ff. quod metus causa. Alioqui putarem opponentem teneri iniuriarum, ne protestationis facilitate iniuriis & calumniis via aperiatur. Felynus in c. j. ad finem. de exceptio. qua de re in quarto Miscellaneorum libro speciale caput fecimus.

Protestans se nolle fideiubere: Infertur tertio, quod si quis protestetur, se nolle fideiubere pro Titio, & si fideiubeat, se nolle per eam fideiussionem obligari: Si tamen apud creditorem deinde pure fideiussit, sine dubio obligatur, non obstante protestatione, quæ sublata est per factum contrarium. Bar. in l. non

non solum. §. morte. ff. de no. oper. nūtia. Pano. in d.c. cū M. col. vij. Quod duobus modis tēperandū est. Primò, nisi protestatio creditori facta fuisset, & creditor cōsensisset. Speculat. in tit. de fideiū. §. j. ver. quid si fideiūffor. Bar. in d. §. morte. ex sentētia Accur. in l. pacta nouissima. C. de pact. Idē etiā si iudici apud quem præstanta erat fideiūffor, facta protestatio fuisset, vt in pulchro casu iudicatū refert Angel. in l. mora. col. ij. ff. de v- sur. Secundò, nisi iustus metus respectu protestatis interueniret. vbi enim adest iusta causa protestādi, nempe metus, relevat protestatio, à qua per cōtrarium factū non videtur recessum. c. j. quod me. cau. c. Lotharius. xxxij. q. ij. Cast. Alex. & alij in l. qui aliena. §. Celsius. ff. de acqui. hær. Bal. in l. clari. C. de fideic. Quę declaratio, quoniam ad omnes casus tractatus nostri pertinet, latius paulo à nobis mox discutietur.

8 Infertur quarto, † quòd si quispiā protestetur *Protestans* per ea quæ in posterum dicet, aut faciet, nō factu *se nolle cōrū animo contrahendi matrimonium cū Berta, trahere cum qua postea matrimoniū publicè contrahat, matrimonium videtur à protestatione recessisse, vnde valet matrimoniu. Glos. sing. in c. tua nos. de sponsa. cum Berta. enim nuptiæ, non à solius protestatis voluntate, sed à mulieris quoque cōsensu pendeant. l. ij. ff. de rit. nupt. non valet ab altero facta, protestatio in præiudiciū alterius, nisi ille cōsentiat. l. cum plures. §. locator horrei. ff. loca. c. Cumana. cum glo. & c. in Genesi. de electioni. Sicut nec propositum in mente retentum quicquam operatur. l. si repetendi. C. de condi. ob caus. Ex quo patet*

hanc illationem declarandā, quando talis protestatio in absentia mulieris facta fuisset. nam si in præsentia eius, consensissetque ea, aut non contradixisset, in vim protestationis impediretur matrimonium subsequens, etiam publicè contractum. ostendit quippe protestatio consensum in contrahendis nuptiis defuisse, quo solo constat matrimonium. l. nuptias. ff. de re.iud.l.si ita fuerit. ff. de cond. & demonstr. c. cum solum de spon. quare nihil agitur.l. obligationum substantia. §. fi. ff. de aet. & oblig. etiam in foro conscientiæ. Anto. But. in. c. per tuas. ad fi. de condi. appos. nisi carnalis copula sequeretur, quo casu ne salua protestatione inducamus peccatum, censetur ab omni protestatione recessum. Panor. & alij in d.c.tua nos. ij. col. arg. l. ij. C. quod me. cau. & ca. consultationi. de sponsa. ergo secus si præcederet copula, vt nouissimè probat Ias. in d. §. morte. col. vj. post Panor. & Canonistas in c. veniens. ij. de sponsa.

Protestatio dentibus à voluntate duorum, factam altero cōtradicente, aut ignorante protestationem nihil operari, interpretandum est, nisi iusta causa sub quādo va sit, clandestinè protestandi, puta probabilis meatus, propter quē nō audet quis parte præsēte protestari, quo casu facta in absentia partis protestatio effectū habet. l. fi. C. de his qui per met. iud. c. j. de his quē vi metūsve caii. c. fi. de app. Tradunt Dy. Bal. An. Imo. Castrē. & Ias. in l. qui in aliena. §. fi. per illū tex. ff. de acq. hę. explosa cōtraria Bar. op̄i. exempli causa. in subdito, qui nō audet contradi-

*solo consen
su constat
matrimo-
nium.*

tradicere propter metum iudicis, aut principis.
in filia propter reuerentiam, & metum patris, &
in vxore propter metum mariti. Bartol. in.l.de
pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. oper. nun.
Panor. in.c. causam matrimonij. col. ij. de offic.
dele. & in.c. tua nos. de sponsa. quæ omnia profe-
quere, vt per doct. in locis alle.

Porrò in depēdentibus à mera voluntate pro-
testantis vt testamento, hæreditatis aditione, &
similibus valet protestatio, quinimmo sequen-
tem actum vitiat, vt ab eo tollatur, tantum abest.
l. per seruum. §. j. ff. de vſu & habit. d.l. qui in aliena.
§. celsus. ff. de acqui. hær. l. si mihi & tibi. §. fin.
&l. si ita scriptū. in prin. ff. de le. j. l. si quis. in prin.
cipio. ff. de le. iij. vnde alibi Bal. in depēdentibus
inquit ab animo protestatio factum vincit, in.l.
vt debitum. C. de hære. act. veluti si quis protesta-
tur, quod non intēdit aliquid dicere cōtra fidē.
Iuuat enim hæc protestatio, cū id totum ex ani-
mo pendeat. c. hæc est fides. xxiiij. q. j. Cepol. cau-
te. lvj. Ias. in rub. C. de sum. tri. Tempera hæc do-
ctrinam, vt procedat, quando sequens factū à so-
lo protestante celebratur, secus si à protestate, &
ab alio simul, hoc enim factum cōtrarium prote-
stationem tolleret. Bar. in. d. §. morte. per c. sollici-
tudinē. de app. & c. j. quod met. cau. Et quoniam
sicut propositum in mente retentum non nocet
ei, cum quo contrahitur. l. si repetendi. allega. ita
protestatio quam is cum quo postea cōtrahitur,
ignorat eidē obesse non debet. l. pro hærede. §. Pa-
pinianus. ff. de acqui. hære. vt & in pulcherrimis
casibus à nobis pauloante in iij. &c. iiij. illatio-

ne fuit ad speciem demonstratum.

10. Quoniam tamen de protestatione contraria factio iam satis multa diximus, videamus, quādō protestatio dicatur facto contrariari, quod & dicatur factio breuiter, & egregie Barto. explicat in l. j. colum. *Elo contra iij. C. de lit. conte. protestatio inquit, tūc dicitur ria.* facto contraria, cum repugnantia esset circa idem ut, si reus actoris libello negatiū respondendo, protestatur, quod non respondeat. l. vbi repugnatio. ff. de re iud. l. scripturae. C. de fid. instru. Si vero contrariantur protestatio & factum circa diuersa, non dicitur propriè facto protestatio, contrariari, quandoquidem protestantis animus ab actu separari potest. l. at si quis. §. plerique. ff. de re l. d. l. qui in aliena. §. fin. veluti si reus respondeat libello, & protestetur se respondere, non animo contestandi litem, etenim potest intelligi factare sponsio non litis contestandæ causa, sed animo instruendi iudicem tantum. Panor. in c. j. colum. iij. de lit. contest.

11. Et hæc quidem tamen obtinent, cum protestationi actus contrarius est. sed si non contrarius, sed tantum diuersus quam multipliciter intelligi posset, in confessio est, ambiguum hunc actum ex protestatione declarari. l. Nefennius. ff. de neg. gest. l. at si quis. §. pleriq; ff. de relig. Accur. in l. in concubinatu. ff. de concub. Indeque primo infertur, ad id quod mox dixi, ut cum quis respondeat libello, animo litem non contestandi, censeatur responsum, ut simpliciter iudex instruatur. Panor. & alij in d. c. j. de lit. cōtest. & in d. c. cū M. de const. infertur secundo quod licet eligens viam iudicij meti

meticulosus ad viam facti, qua alioqui vti pote-
rat, redire non possit. l. de pupillo. §. meminisse. ff.
de no. oper. nuncia. ideoq; eo ipso quod quis va-
dit ad iudicium pro reuocatione precarij pēden-
te iudicio non possit aduersarium propria auto-
ritate expellere, Bal. in. l. ij. q. x. C. de serui. & aq.
sitamen itum sit ad iudicem saluo iure, propria
autoritate exequendi, quod ex pacto sibi compe-
tit, non censebitur illi renuntiasse. Alexan. consi.
cxxxi. col. iiiij. vol. iiij. infertur tertio, quod si reus
protestatur in iudicio se cōparere, & opponere
citra consensum prorogādæ iurisdictionis, aut
quod per actus, quos faciet non intendit cōsen-
tire in iudicem, non censebitur prorogata iuris-
dictio: vnde iudex eū tanquā contumacem, pote-
rit condēnare, aut punire. Inno. in. c. cumana. de
elec. per c. ex parte de ver. sig. Bal. in I. ij. per illum
tex. C. vbi quis de curia. & ideo fatui sunt aduo-
cati, qui ita protestantur, nisi adiiciant clausulā,
nisi quatenus de iure teneor. Panor. in c. cum M. col.
ix. de const. Ange. pulchrè in l. non videtur. ff. de
ind. dicens ita obseruare communem consuetu-
dinem mundi, & se semel ita practicasse contra
magnū quendā aduocatū, qui valde fuit iratus,
& turbatus, cū vedit Inn. qui appellabat eū fatuū.
qua in re tamen ego semper cū Castr. in d. l. non
videtur. opinatus sum, quod nisi esset Inno. au-
toritas, intrepidè contrariū respondendum esset,
cum intentio protestantis fuerit verisimiliter nō
cōsentire in iudicē, si incompetēs esset, & in eum
dūtaxat casum protestationē cōferre, nō autē in
casum quo cōpetēs esset; vnde superfluū vide. ut
ad hanc

ad ijcere illa verba, nisi quatenus de iure teneat, licet propter autoritatem Innoc. summopere cauerit
debeamus ab illa protestatione sic simpliciter facta. nam si non pronunciaret iudex protestatem
haberi pro contumace, & detegeretur postea in-
competens, cum non censeatur iurisdictio eius
prorogata, maximi momenti esset protestatio:
quia acta coram eo iudice facta nulla redderet. ve-
rum iam satis digressioni nostrae, satis protesta-
tioni facto contrariae datum, superest, ut ad ver-
borum legis expositionem redeamus.

12

Si non valet quod ago, ut ago. Videbitur *acquisitus*. Contra + si non valet, quod
ago, ut ago, non valet, ut valere potest. l. j. §. si quis
ita. ff. de verb. oblig. l. non codicillum. C. de testa.
solutio. inquiunt utrobique Doctores, illud in
personalibus: nos de realibus tractamus, in qui-
bus quod non valet, ut agitur, ut valere potest,
defenditur, ut hic, & l. via. in prin. ff. de serui. ru-
stico. præd. Aliter Paulus. Castrens. Si non valet
quod ago, ut ago, inquit propter defectum for-
mæ, nec quidem ut valere potest sustinetur. d. §. si
quis ita. d. l. non codicillum. & l. j. §. eum qui. ff. de
consti. pec. secus si propter defectum materiae, ut
hic. verum neutra dissolutio, mea sententia, satis
elucidat huius brocardi, in omni iuris parte fre-
quentati veritatem: quo circa re paulo altius repe-
tita, pro regula tradendum censeo, quod effiri
vulgo solet, si non valet quod agitur ut agitur,
valet ut valere potest: siue in dependentibus à vo-
luntate vnius. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. l. fi-
lius fami. §. ut quis haeredem. ff. de le. j. l. Scuola.
ff. ad Trebellia. c. quidam. vbi Panor. de conuer-

coniu

coniugator. siue in dependentibus à voluntate
duorum ut hic, &c. d.l. via.l. si vnuſ. §. si acceptila-
tio. ff. de paſt.l. cum emptor. ff. de rescin. vendi-
tio.l. multum interest. &c. l. si diuortio. ff. de verb.
oblig.l. Lucius. ij. ff. deposit. Siue etiam in mate-
ria prophana iurib. alle. siue in spirituali. c. vnic.
§. idem quoque. de desponsat. impub. in. vj.

Huius regulæ ratio est expedita: quia vnuſ-
quisque præsumitur elegisse viam, qua reddatur
vtilis sua dispositio.l. iij. ff. de testa. milit. actusq;
hominum ita ſemper interpretatur, ut ſint in tu-
to, effectumque aliquem habeant, magis quam
pereant.l. quoties. in stipulationibus. ff. de verbo.
obliga.l. quoties. ff. de reb. dub. Quocirca regu-
lam nostram tum maximè verā eſſe oportet, cūm
apparet disponentem voluisse t̄ auctum valere, ali-
quo modo, ut ſcilicet melius poterat.l. j. ff. de iur.
codicil.l. fin. C. de codicil. Idecircōq; commodif-
ſimum eſt, in omni dispositione adiucere clauſu-
lam, omni meliori modo, de cuius virtute plura
non contemnenda ſcribunt Felyn. in.c. cum ſu-
per.col. iiiij. de offic. deleg. & Philip. Dec. confi.
xiiij. colum. ij. vol. j.

Ab hac porrò regula noſtra plures caſus exci-
piſcio à Doctoribus in locis communibus hanc
materiam confuſe nimis tradentibus. Ego dunta-
xat tres excipiendos cenſeo. Primus ſi partes nol-
lent quoquomodo auctum valere. l. obligatio-
num ſubſtantia. §. fina. ff. de action. & obliga.l. an
inutilis. in prin. ff. de accepſitatio. Idem ſi vellent
auctum effectum habere, ſed modo tātum expreſ-
ſo, ad quem ſe aſtrinxerunt. l. j. §. cum qui. ff. de
con-

*Clauſula
omni me-
liori ma-
do.*

consti. pecu. vtrobique enim deficit consensus
hic in omisso casu, illic in vtroque, in eo igitur
in quo consensum non est, nulla conuentio po-
test exoriri. d. §. fina. & l. j. §. adeo. ff. de pact. cum
actus agentium non debeant contra eorum men-
tem operari. l. non omnis. ff. de reb. cred. tumque
voluntas & potestas sibi mutuo aduersantur,
cum quis vult quod non potest, & quod potest
non vult. c. cum super. de offic. deleg. Quocirca

14 † locus est regulæ, quod potui, nolui, quod vo-
Quod po- lui, adimplere nequiui. l. multum. C. si quis alt. vel
tui, nolui, fib. l. si genero. C. de iur. dot. De partium autem
&c. voluntate euidenter apparet, cum lex ita præsum-
mit. l. licet Imperator. ff. de lega. j. quādoquidem,
vt dici solet, præsumptio legis veritas est. l. f. §. h.
ff. de probat. l. si vicinis. C. de nup. l. j. vbi dixi. C.
de impub. & præsumptionem legis liquidissi-
mam probationem dicat. Accur. in. l. si tutor. C.
de administ. tutor.

15 Hinc † declaratur verè & nouè. l. non codicil
Declarata lum. C. de testa. in qua ideo dispositio vltima, que
l. non codi ut testamentum valere nequit, nec tanquam co-
cillum. dicillus sustinetur: quoniam apertè constabat te-
stantem testari voluisse, non item codicillos face-
re. Idque ex institutione, & exhæredatione, quæ
non conueniunt codicillis, quibus nec dari, nec
adimi potest hæreditas. l. Scæuola. ff. Ad Trebel-
lia. l. hæritas. C. de pact. conuent. Quo casu igi-
tur posset dispositio valere, ut testamentum, licet
alio iure aut ad alium modum defenderetur, ut
posset. l. iij. ff. de testat. milit. vbi testamentū com-
muni iure factum, quod non nisi iure speciali su-

stineri potest, valet eo quo potest modo, quippe constabat testantem testari voluisse. Hac quoque ratione in l. Scœuola alle. substitutio directa codicillis facta, in vim fideicommissi defenditur: quia constabat disponentem tunc codicillari voluisse.

16 Huc tamen quoque pertinet, quod dicimus sententiam latam ex falsa causa, non posse ex causa vera, quæ suberat, & quæ ex actis colligebatur, su-
stineri. l. qui testamento. ff. de excusa. tuto. c. ex fa, an ex parte Astensis. vbi Panorm. & cæteri de concess. vera de-
præben. Accur. Barto. & alij in l. si is ad quem. ff. fendatur.
de acqui. hæred. Alexand. & recentiores in l. qui
Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. Panor.
in. c. inter cæteras. de rescript. Noluit enim iudex
(ut manifestū fecit, causam exprimēdo ad quod
non tenebatur. c. sicut. de re iud.) ex alia causa,
quam ex expressa, valere sententiam.

17 Huc item tamen spectat decisio Glosa. singu. in. c. Index pro
ex literis, de officio delegati docentis, quod si cedens ut
ordinarius credens se delegatum, procedat au- delegatus.
toritate delegata, cōsternque non esse delegatum, cū sit ordi-
non tenebit processus, tametsi potuerit ut ordi- narius.
narius procedere. Idque inquit illic Panormi. ex
defectu voluntatis dicto. c. ex parte Astensis. &
dicto. c. cum super. Nec obstat quod ordinarius
non posset à se abdicare iurisdictionem. l. lega-
tus. ff. de offic. procons. fateor enim cæterum ex-
ercitium bene potest abdicare: quia potest non
procedere. l. sed & si in seruum. §. finali. cum. l.
sequenti & sequentibus. ff. de receptis arbitris. &
ita in specie responderet Ioannes de Ligna. in tra-
cta.

& a. de censura ecclæsiastica, sequitur Felyn. in c.
cum ex officij. col. x. vbi hanc doctrinam qua-
drupliciter limitat de præscript.

18 Hinc quoque confirmatur † quod dici solet. Si
non valet transactio ut transactio, nec quidem
ut pactum valebit obſtente volūtate, quæ non
erat gratis remittere. l. si cauſa cognita. C. de trāſ
actio. l. iij. vbi Bald. C. de repud. hæred. Præter-
ea comprobat exceptionem quod singulariter
doctores tradiderunt, comparitionem factam à
coniuncta persona, procuratorio nomine cum
mandatum non haberet, nō valere, licet sine man-
dato comparere potuisset. Bal. in. l. j. C. de procu-
pulchre Roma. consi. ccccxlvj. Alter casus, † qui

19 *Forma de-
fectus vi-
tato.* præcipue venit excipiendus est, vbi actus pecca-
ret in forma, atque ideo nullus esset. tunc enim
non valeret eo modo quo posset. dict. l. j. §. si quis
ita. ff. de verbo. obliga. & l. an inutilis. ff. de acce-
ptatio. Ratio est expedita, quia cùm forma det
esse rei. l. Julianus. §. sed si quis. ff. ad exhi. ea defi-
ciente, actus non existit. c. cum super abbatia. de
officio deleg. vnde non potest alio modo valere.
cùm super non ente dispositio non fundetur. l.
Seiz. ff. de tutor. & curato. non entisque nullæ
sint qualitates, l. eius qui. ff. de rebus credit. &c. à
quo remouetur subiectum, remouetur quoque
prædicatum. l. si Mæuia. ff. de hæred. insti.

Lex actus Tertius casus, quando lex resistit actui qui
resistens. geritur. l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff.
**Certa de-
bet esse ele** de lega. j. l. seruo. C. de testa. manumissis. c. quod
Elio. electio certa esse debeat, ex præcepto legis, incer-
tus q;

usque electioni lex resistat. c. ij. de electio. in vj.
 Sub ea forma facta *eligo*, & *postulo*, prout melius de
 iure valere potest, cum incertitudinem contineat,
 viribus caret. c. vnic. de postulat. prælat. cod. lib.
 Ex quo textu euidens fit, eo casu nihil prorsus
 operari t insertionem eius clausulæ, *Omni melio-*
ri modo. Et hæc est ratio cur testamentum filij fa-
 milias cum consensu patris non valeat, in vim
 donationis causa mortis, licet in eo testamento,
 adiecta sit clausula codicillaris, & omni melio-
 ri modo. Specul. in tit. de instr. edit. §. cōpendio
 se. col. j. sequitur Barthol. Soci. consil. cxij. &
 clxxij. licet enim filius familias possit patre con-
 sentiente donare caussa mortis. l. filiusfa. §. fi. ff. de
 donatio. testari tamen & codicillari etiam de
 consensu patris lege prohibente nequit. l. tam is.
 §. j. ff. de donat. causs. mort. plenè Doctores in l.
 senium. C. qui testa. facere poss. factum autem
 contra legis prohibitionem, omnino corruit. l.
 non dubium. C. de legib. Et ita breuiter in hoc
 articulo dicendum censeo, licet alij profusissimo
 tractatu, & ad nauseam usque producto, aliter
 dicant. Ioan. Corasius Valentia, xx. Feb. 1546.

L. SERVITVTES. IIII.

- | | |
|---|---|
| 1 Seruitutes habetes causam | 6 species l. |
| continuam quæ. | 7 Quasi possessio seruit. quæ
do incipiat. |
| 2 Continuæ & Discontinuæ
seruitutes. | 8 Qualitas nō est sine sub-
iecto. |
| 3 Longoually noua declaratio. | 9 Usucapio & præscriptio
quid. |
| 4 Explicata l. foramen. | 10 Prescriptionis finitio im- |
| 5 Longoually opinio animad-
versa. | |

- probata.
- 11 Praescriptio in quo differat ab exceptione.
- 12 Praescriptione an directum dominium queratur.
- 13 Martini opinio defensa.
- 14 Directa seruitus cur praescrip. non queratur.
- 15 Exceptio cur detur praescriventi.
- 16 Adiectio quid propriè
- 17 Tempus statutum praescriptioni.
- 18 Res mobiles triennio vsucapiuntur.
- 19 Possessio certa & continua quæ.
- 20 Possessio an sit in seruitutibus.
- 21 Seruitutes quanto tempore vsucapiantur.
- 22 Longoually de vsucapione seruitutum sententia explosa.
- 23 Noua declaratio.
- 24 Lex scribonia.
- 25 Seruitus quanto vsucapiatur.
- 26 Tituli multiplex appellatio.
- 27 Rubrica pro lege.
- 28 Alciati sententia reiecta.
- 29 Titulus in vsucapione quid.
- 30 Titulus ad vsucapione seruitutis an necessarium.
- 31 Noua opinio.
- 32 Bonafides in praescriptio ne necessaria.
- 33 Bonæfidei possessor quis dicatur.
- 34 Bonafides quando presumatur.
- 35 Noua quedam opinio defensa.
- 36 Notoriū allegari debet.
- 37 Possessio ad vsuscapi- nem necessaria.
- 38 Actus iure familiaritatis non inducunt possessio- nem.
- 39 Scientia quando in praescriptione necessaria.
- 40 Exposita l.f.i.C.de praescrip.long.temp.
- 41 Libertatis praescriptio quomodo procedat.
- 42 Et quid si fiat contra seruitutem rusticam.
- 43 Noua opinio.
- 44 Bonafides an in praescriptio libertatis necessaria.
- 45 Correctoria lex quando extendatur.
- 46 Explanata l.j.C.de seruit. & aq.

Scruitutes prædiorum rusticorum, etiam si corporibus accedunt, incorporales tamen sunt, & idcirco usu non capiantur. Vel ideo quia tales sunt seruitutes, ut non habeant certam, continuamque possessionem. Nemo enim tam perpetuo, tamque continenter ire potest, ut nullo momento, possessio eius interpellari videatur. Idem & in seruitutibus prædiorum urbanorum obseruatur.

Seruitutes. Ut pateat aditus facilior ad obscurum tractatum legis nostræ, præcognoscendū est imprimis + seruitutes quasdam continuam, quasdam quasi continuam, quasdam verò discontinuam causam habere. Causam continuam illæ seruitutes habere dicuntur ex Bar. & aliorum sententia, in l. foramem. ff. de seruit. vrb. prædio. ad quarum usum, hominis factum nullatenus necessarium est, ut seruitus aquæ ductus. aqua enim perennis, quæ sola dicitur continuo, & sine aliquo hominis facto fluit. l. j. §. loquitur. ff. de aq. quotid. & æsti. Aut seruitus tigni immittendi. stat enim & requiescit perpetuo tignum semel immissum, nec aliud factum ad eius seruitutis usum desideratur. I. seruitutes. in princ. ff. de seruit. vrb. pædio. Quasi continuam verò causam, Quasi conservitutes habere dicitur, ad cuius usum interpellatum sola naturæ operatio sine hominis facto sufficit, qualis est stillicidij immittendi seruitus, quæ

seruitutes
continuae
& discon-
tinuae quæ.
Continua
seruitus.

causam cōtinuā non habet. cūm enim nō semper pluat, cōtinuo stillicidiū casitare nequit. At quia aptū est semper fluere, cūmq; fluit, nō hominis artificio, sed operāte natura fluit, causam quasi cōtinuā dicitur habere. l. foramen. ff. de seruit. vrb. prædio. Illa verò discōtinuam causam habet, ad cuius usum factū hominis necessariū est, vt *Itineris, Via, Actus*, & aliæ id genus seruitutes, in quibus cū nō possit factū hominis cōtinuū cōsiderari, quādoquidē nequit homo tā perpetuo, tamq; cōtinēter ire, aut agere iumentū, vel vehiculum vt nō aliquo momēto quiescat, atque ita opera eius interpelletur (vt hac l. seruitutes) huiusmodi causam discōtinuā habere dicūtur. Quæ omnia breuius Bal. attingens in l. si aquām. col. ij. C. de seruit. & aq. Illæ seruitutes (inquit) ex quibus facto naturæ percipitur cōmodū, dicūtur habere causam cōtinuā, vel quasi. illæ verò ex quibus nō nisi facto hominis, & quatenus utitur homo, cōmodū percipi potest, discōtinuam causam habere dicūtur. Differentiæ rationem annexēs, quia natura semper est, aut esse potest in actu, homo non item, vt hic, & d. l. foramen.

² Et si opposas † cum Bar. in d. l. foramen. videri quancunque seruitutem discontinuam esse: cum omnis seruitus factum hominis desideret, vt euīdens sit in seruitute *Aqua ductus, Tigni immittendi, Altius non tollendi*, & aliis quas continuas dicunt. quæ sola natura non constituuntur, sed hominis facto interueniente, veluti in *Aqua ductu*, vt fiant canales, & fistulæ, per quas ducatur. Respondeatur: quod dicimus fa-

etu

Disconti-
nua.

ctū hominis requiri ad vsum seruitutis referri,
nō ad ipsum primū actū cōstituēdi, ad quē fateor
omni tempore hominis factum necessarium.

Hæc est de t̄ cōtinuis & discotinuis seruituti-
bus Interpretum declaratio, per manus ab omni
æuo tradita, quam tamen ex legalis disciplinæ
fonte collectam non fuisse, eleganter ostendit
Ioan. Longoual. Parisiensis, vir doctissimus,
in l. imperium. de vſucapione. iurisdictionis. in
iiij. parte agens. ff. de iurisd. omn. iud. qui dicit
se non videre vnde doctores huiuscē partitio-
nis basim euocarint: vt aliquas prædiorum ser-
uitutes continuas, alias verò discontinuas com-
minisci debeant, quin potius constanter affue-
rat, iureconsultorum legibus probari, perspi-
cuè omnes prædiorum seruitutes ex æquo con-

tinuas esse simulque discontinuas: t̄ licet vario Declarata
carum respectu & effectu. Idque tradi apertè di- l. foramē.
cit in hac l. nostra. & in d. l. foramen. peruersè à
Doctoribus pro inuentitia sua partitione cita-
tas, & intellectas. Id autem sic crassius explicat.
Tradit hic iul. Paul. omnes omnino seruitutes
tam prædiorum rusticorum quām vrbaniorum
eius esse naturæ, vt non habeant certam, conti-
nuāq; possessionē. quādoquidem illis nemo tam
continenter vti potest, quin interpelletur, id
est interrumpatur aliquo momento sua posses-
sio, vel facto naturæ impedimentum vſui ser-
uitutis adferentis, vel facto tertij pariter vsum
impedientis: vel opera & voluntate nostra,
quod nolimus omnibus momentis vti: quia for-
te non expedit. atque ita quoniam in possessio-

ne & vſu ipsarum seruitutum, quæ prædiis de-
bentur, cessatio frequens, & intermissio occur-
rit, omnes (interpretum verbo) discontinuæ
quod ad possessionem vſumque attinet, dicun-
tur. quantum verò ad causam, hoc est condi-
tionem, & naturam earum spectat, omnes præ-
diorum seruitutes, continuam & perpetuam
cauſam habere debent. d.l. foramen, hoc est eius
esse naturæ, vt dominus prædij dominatis omni-
bus horis & momentis, & sic perpetuò illis vti
possit. Cuius rei adfert tria exempla Iuriscons.
illic primum, de foramine in imo pariete conclau-
is, vel triclinij proluēdi pauimeti cauſa: quod si
multo tempore habuerim vt emūdato pauimeto
collectā immūdiciē inde in areā tuā extrudam, &
eiiciā, id neq; fluminum esse seruitutē, nec ideo me
aliā quesiſſe: cùm omnis seruitus perpetuā & cō-
tinuā cauſā habere debeat: hoc est talis esse vt ea
assiduè, iugiter, & omni momento vti possimus;
& fieri non possit vt continuò proluatur pau-
mentum, quod non omnibus momentis in eo e-
merget immundicies, aut enascatur. Quod ita
verum interpretatur illic Iul. Paul. si in eum lo-
cum paumenti nihil ex cœlo aquæ veniat. aqua
nanque pluia, licet assiduè ex cœlo non c adat:
quia tamen cùm casitat, non hominis artificio,
sed naturaliter cadit, perpetuam cauſam habe-
re existimatur. Alterum exemplum profert Iu-
riscons. de Aquæ ductu ex lacu, & ex stagno. cùm e-
nim lacus, & stagna, nonnunquam exarescant. l.
lacus. ff. de acquirendo rerum dominio. l. v-
nic

nic. §. stagnum. ff. vt in flumine publico: fieri non potest, vt aqua die noctuque & omni tempore sine intermissione ducatur: ideoque ex illis prædijs seruitus non consistit. Quod si lacus ex natura sui perpetuam aquam haberent, (vt quosdam habere certum est. d. l. vnica. §. lacus. ff. vt in flumine publico. l. j. §. caput aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua) ex eis utique *Aquaeductus*, *Navigij*, *Piscandi*, aut alia quævis seruitus rectè constitueretur. l. Via. §. si lacus. ff. de seruit. rusti. Hinc igitur supereft: Omnes ex æquo prædiorum seruitutes (inquit & acutè Longoual.) licet interpollatæ sint, & vt cum Doctoribus loquamur, discontinuæ respectu usus, vt hac l. in sua tamen natura perpetuam & continuam causam habere. hoc est eius esse conditionis, vt eis diu, noctuque, mane, & vesperi, omnibusque horis, & momentis uti liceat. d. l. foramen. Qua ratione, subiicit, à lege constitutum aquam, aliam duci non posse, quam quæ perennis est. l. prima. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana & æstiua. vt demonstraret seruitutem aqueductus, vt & alias omnes perpetuam caussam habere debere: quod non aliter contingere potest, quam si aqua, quæ ducitur, perenniter fluat. Eademque ratione traditum refert, *Aqua ductus* seruitutem ex cisterna concedi non posse, quandoquidem cisterna nec viuam habet, nec perpetuam aquam, sed imbris duntaxat concipiatur. l. vnica. §. primo. ff. de font.

Hæc omnia disertè quidem & acutè Ioann.

Longouall. emergere docet ex noua illa intelligentia d.l. foramen. confundi que traditionem scriptorum, qui putauerunt, seruitutes alias continuas, alias discontinuas esse. Etenim, inquit, licet prædiorum seruitutes omnes eiusmodi sint, ut eorum usus non continuus sit, sed interpellatus, hac latque ideo partium conuentione temporibus fecerni possit. l. via. §. usus. hoc titu. ipsæ tamen seruitutes, ad unum omnes caussam, conditionem, & naturam continuam, perpetuamq; habere debent: alias seruitutes non sunt prædiorum. d.l. foramen.

5 Hausit autem totam hanc declarationem Ioan. Longo. ex fonte Dy. & antiquorum in d.l. cum ususfructus. ubi Bar. pungit. ff. de usu fr. leg. Idem Bar. in l. Caius. ff. de ann. legat. & ante hos omnes Accur. in l. seruitutes. iij. in prin. hoc ti. hanc sententiam subodoratus est & in l. sed an viæ. ff. de pignori. clarissimeque exprimit Alber. in d.l. cu ususfructus. seritus viæ (inquit) sui natura continua est, & intermissionem non habet, sicut nec cæteræ seruitutes: licet usus seruitutis non sit continuus. Cæterum parcius locuti sunt & moderatius veteres hi iuris interpretes, quam Longouall. ipse, qui certè plus æquo liber fuit, & audax in hac seruitutum expositione. Licet enim verum sit, quod docet iuriscons. omnes prædiorū seruitutes perpetuā caussā habere. d.l. foramen. Quod tamē addit Lōgoual. nullius seruitutis usum continuū esse, longe est à verò, ut ex omnibus seruitutibus vir banis præmonstratur facile: quæ omnes certā cōtinuāque possessionem habet

l. ser

Longoual.
interpretatio reie-
cta.

1. seruitutes. in princ. ff. de seruitu. vrb. prædi. vbi
 Iul. Paul. clarum huiusce rei exemplum propo-
 nit in seruitute scilicet *Tigni immittendi*. si enim
 immissum tignum ex ædibus meis in tuas ha-
 buero, hoc & immissum habeam, per caussam
 tigni continuo possideo, idemque & si me ma-
 num in tuum habuero immissum: Sic & in
Altius non tollendi, Projiciendi, Officiendi luminibus,
Oneris ferendi, aliisque seruitutibus urbanorum
prædiorum per facile est, vel mediocriter docto.
 intelligere. quo fit ut text. l. nostræ in illis verbis,
Vel ideo quia tales sunt ut non habeant certam, conti-
nuumque possessionem, nihilo Longoual. iuuet: quā-
 doquidem agit ibi legislator de seruitutibus ru-
 sticis, ut indicat principiū legis. nec obstat quòd
 in fin. adiificantur hæc verba, *Idem & in seruituti-*
bus urbanorum prædiorum obseruatur. Nam hoc non
 ad ea quæ obiter subnectit Iurisconsul. sed ad
 principalem l. traditionem referendum est, cùm
 videlicet traditum est à Paulo prædiorum rusti-
 corum seruitutes non usucapi. Quæ omnia in
 expositione literæ ut loco magis idoneo, diffu-
 sius docebo.

6 Docet + autem (ut tandem l. speciem propo- *Expli-
 namus) hic Iul. Paul. seruitutes rusticæ non pos- *tus sensus*
 se usucapi. Idque dupli ratione. Prima, quia li- *l. nostræ.*
 cet corporibus accedant, incorporales tamen
 sunt. l. j. §. fina. de rer. diuisi. ff. constat autem in-
 corporalium rerum non esse usucaptionem. l. ser-
 uus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum domi.
 cùm non possideantur. l. si ædes. in fin. ff. de servi.
 vrb. prædi. l. sequitur. §. si viam. ff. de usucapio.*

Altera ratio, quam ut probabiliorem, & magis concludentem, recipere videtur: quoniam eius naturæ sunt prædiorum rusticorum seruitutes, ut certam, continuamque possessionem non habeant. Atqui in confessio est usucaptionem, nisi continua sit possessio, non procedere. l. moræ. C. de rei vendi. l. naturaliter. ff. de usucapio. & ita elucidanda est huius l. duplex ratio. Adiicit autem Paul. in fi. idem in urbanis seruitutibus obseruari, ut scilicet non usucapiantur.

Seruitutes quomodo usucapiantur. Dubitandi ratio dessumi potest ex l. si quis diurno. ff. si serui. vend. & l. ij. C. de seruitut. & aqu. quibus legibus traditum est, rerum seruitutes, nempe aqueductum usucapi posse & similes. Ampliusq; titulum in eorum præscriptione minime necessarium. Dissolutio communis est, ut seruitutes causam discontinuam habentes, veluti *Itineris*, *Aetus*, *Viae*, & aliæ id genus non usucapiantur ut hic: nisi tempore quod hominum memoriam excedat. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æsti. Quæ vero causam cōtinuam habent ut aqueductus: quia potenti quasi possessione adiuantur, decem, vel viginti annorum spatio præscribantur. d. l. si quis diurno. & l. ij. quo loco + Accur. docet à tempore incœptæ quasi possessionis, incipere cursum præscriptio-
nis, aliique sequuntur. hoc autem contingit in negatiuis seruitutibus seu negatiuè conceptis, veluti, *Altius non tollendi*, *Ne luminibus officiatur*, *stillicidium non auertendi*, & similibus, ab eo tempore quo aduersarius contra quem præscribitur, vti libertate prohibitus est, sicuti si volo quærere
ser

seruitutem, Ne altius tollere possis adificium, necessum
 est, me expectare tempus, quo adificare voles.
 unc enim si te prohibuero, & tu prohibitioni
 meq; acquiescens non ultra procedas, quæsi j qua-
 si possessionem seruitutis. l. si is qui pro empto-
 re. §. si seruus. ff. de usucapio. In seruitutibus ve-
 ro affirmatiuis, siquidem tales sint, vt nisi ratio-
 ne iuris debiti exerceri nequeant: veluti *Tigni im-*
mittendi, Auertendi, stillicidium, præscriptio ab eo
 tempore currere incipit, quo ad actum proces-
 sum est, veluti (gratia exempli) ad tigni immis-
 sionem. eo enim ipso quo tignum immitto, ani-
 mum præscribendi præmonstro, atque ideo per
 illum solum actum inducitur quasi possessio. l.
 prima. §. primo, & §. quod autem. ff. de aqua quo-
 tidiana & æstiua. quod si seruitutes affirmatiua
 meræ facultatis sint, & iure familiaritatis exer-
 centur ut *Itineris*. Ire siquidem per fundum
 wum possum, licet ius aliquod non habeam,
 quia tu (finge) mihi amicissimus, hoc mihi in-
 dulges & permittis. l. per agrum. C. de seruituti-
 bus & aqua. §. plane. de rerum diuisione in institu-
 tionibus. non à solo actu ex quo non potest de-
 prehendi animus euntis incipit currere, sed opus
 est vt ierit. xxx. diebus. aut vt alij opinatur. xxx.
 vicibus. l. prima. §. hoc interdicto. ff. de itinere
 act. priua. Ad quæ illud non ignorandum, pa-
 tientiam coloni, vel inquilini, domino non præ-
 iudicare. l. finali. C. de acquirenda possesi. veluti
 fredo, qui conductam hic Valentia domum te-
 nco, diu vicinum paterer per ædes conductitias
 ire,

ire, agere, aut altius ædes suas ædificare, cum alius non tollendi seruitutem ædium domino debet.

Rusticorum prædiorum. Quoniam credendum non est. Iul. Paul. sincerissimum scriptorem aliquid in scribendo otiosè addidisse. I. si quādo. in prin. ff. de lega. j. admonemur his verbis (*rusticorum prædiorum*) olim rusticarum duntaxat seruitutem, nō etiam vrbanarum inhibitam vſuscapionem. cur autem in fine dixerit, *idem in seruituribus vrborum prædiorum*, illic dicam.

Seruitutes *Corporibus accedunt.* Accedunt t̄ corporibus, vi-
qualitates delicet prædiorum, seruitutes: cūm sine prædiis
dicuntur. non consistant. I. j. ff. commu. prædio. meritò qua-
litates dicuntur. I. quid aliud. ff. de verbo. signifi.
quandoquidem qualitas sine subiecto (si non in
abstracto consideretur,) esse non possit. I. iij. ff. de
vſu fruct. I. eius qui. ff. de reb. cred.

Incorporales tamen sunt. Quia tangi non possunt.
I. j. §. f. ff. de rer. diuisio. nec ad rem pertinet, quod
corporeis rebus accedant: possunt namque res
incorporales accessiones esse corporum. §. j. de
reb. corp. in insti. Et quod dicitur accedens, seu
adhærens, assumere sibi naturam subiecti. I. que
religiosis. ff. de rei vend. in extrinseca natura ac-
cipiendum est, non enim induit adhærens intrin-
secam rei, cui accedit, naturam.

Vſu non capiuntur. Olim (inquit t̄ Bar.) vſuscapio-
nis nomē ad vſuscapionē, & præscriptionē com-
mune erat. I. iij. &. I. eū qui ædes. ff. de vſuc. per lu-
stianū tamē postea mobilibus rebus vſuscapio:
immobilibus verò præscriptio attributa fuit. I.
vnīc.

*Vſuscapio
& præ-
scriptio.*

vnica.C.de ysucap.trāsfor. & ita in legibus Di-
 gestorū Doctores Barto. sequuti, V suscationem *v suscipio*
 & præscriptionem in significatione cōfundunt: *ansit rerū*
 cum ingens sit inter ea discrimen: in Iustinianeis *duntaxat*
 tamen constitutionibus , differentiam consti- *mobilium.*
 tuunt: v suscationem ad res mobiles, præscriptio-
 nem ad immobiles trahentes: cum tamen v susca-
 pionis genuina significatio , ad acquisitionem
 immobilium, nedum mobilium rerum, rectis-
 simè referatur. Quod non tantum diffinitio
 probat. dicta l.ij. Pandectarumque leges confir-
 mant. dicta l.eum qui ædes.l.furtum.l. quare. &
 launquā. ff. de v suscap. sed & sanctio Iustiniana.
 Video (inquit Iustinia. §. primo de v suscap. in in-
 sti.) constitutionem super hoc promulgauimus, qua
 quantum est, vt res quidem mobiles per triennium, im-
 mobiles vero per longi temporis possessionem , id est
 inter præsentes decennio, inter absentes. xx. annis v suca-
 plantur. Quod autem garrit & comminiscitur
 illuc Accur. de propria, & improppria significa-
 tione, vt verbum, v suscipientur, pro mobilibus
 propriè, pro immobilibus improppriè stet, va-
 num est, anile, & ridiculum . Porro † præscri-
 ptionem immobilium rerum Accursiani censem
 ita tandem finierunt, vt sit ius quoddam, extem-
 pre congruens, autoritate legum vim capiens, pænam ne-
 gligentibus inferens, finem litibus imponens. Panor. &
 ceteri in rub. de præcīrip. quam diffinitionem
 argumentis complūscitis quandoque impro-
 bauit, sed illo vel maximè, quod aduersus igno-
 rantem procedat præscripicio. l. finali in fin. C. de
 præscrip. long. tempo. & in ignorantem non ca-
 dat

Præscri-
ptio quid.

dat negligentia.c. quia diuersitatem de conceſ-
præbend.

Præscri- Sciendum igitur præscriptionem in iure no-
ptio pro ex stro pro exceptione frequentissimè accipi.l. qui
ceptione. agnitis.& l.penul.ff.de excep.l.ij.C.de prec.imp.
offerēd.l.penul.&.fi.C.de excep. Adeo ut pleriq;
& ij quidem docti viri idem prorsus esse præscri-
ptionem quod & exceptionem censuerint, cum
in rubr.ff.& C.de except.dicatur de exceptioni-
bus, seu præscriptionibus. Alciatus verò † in lib.

Exceptio de quinque pedum præscrip.exceptionem gene-
in quo dif rale nomen esse dicit, cuiuscunque defensionis
ferat à actioni quoquomodo obiectæ. Præscriptionem
præscrip = autem quæ non rectæ intentioni aduerſatur, sed
tione. eam duntaxat reſtrīgit, vt in caſu de quo agitur
non obtineat, quinimo procedat, etiam si inten-
tio vera ſit, vt moratoria præscriptio.l.ij.C.de
precip. impe. offe. præscriptio militiæ, qua miles
officio procuratoris fungi prohibetur.l.ita de-
mum.C.de procurat.& cætera id genus, quo ca-
ſu ideo non aliter de intentionis veritate quæ-
rendum eſt, ſed ſtatiſ de exceptione cognolendū.
Proinde præscriptio dicta eſt, quod ante-
quam actor probasset ea obiecta deduceretur in
controuersiam. Hincq; exceptio ex uſuſcapione
proueniens præscriptio appellata.l.emptor.C.de
præscript.long.temp.quoniam domino actione
rei vendicationis utenti, initio præscribitur à
reo, qui ſi tempore lege diffinito ſe poffediffe
probat, mox abſoluitur.

Potest quoq; dici præscriptions appellatas,
quia eisdem verborum acupiis, ſolennibus, &
formis

formulis, quibus actiones olim, concipiebātur,
& impetrabantur à prætore.l.ij.§. deinde ex his
vbi dixi. ff. de origin. iur. prætoris autem fuisse
olim dare actiones, & iudicia, satis constat.l.j. ff.
de iurisdictione omnium iudicium. Et nos alibi
tradidimus, libro tertio Miscellaneorum, capit.

xvij.

Vfuscatio autem inde dicta est, quod per usum *vfuscatio*
hoc est possessionem certi temporis, qui usus est *quid.*
capiat, auferat & in suum omnino usum conuer-
tat. Quam Modestinus ita finiuit. *vfuscatio est adie-*
cio dominij, per continuationem possessionis temporis lege
diffiniti. l.iij. ff. de vfusc. Docet autem T. ijs ver-
bis imprimis Iuriscon. vfuscatione adjici domi-
nium, quod de utili non etiam de directo Doct.
communiter accipi volunt. quatenus finitionem
ad præscriptionem x. vel. xx. annorum referi-
mus, licet per mobilium rerum vfuscationem, *Præscri-*
directum etiam dominium acquiri exploratum *ptione an-*
habeant Accur. & alij in dicta l.tertia. in l. tradi-*directum*
tionibus. C. de pactis. in authentica nisi tricenna-*dominiū*
le. C. de bo. mater. & in. §. primo. de vfusc. in
institutionibus. Differētiæ ratio esse potest, quod
res mobiles, (quarum vilius & abiecta est posse-
sio. l. peregrin. in principio &. l. si rem mobilem.
ff. de acquirenda possessione) ut facilius multò
quam immobiles consumuntur. l. lex quæ tuto-
res. C. de administratione tutorum. facilius quo-
que & firmius acquiruntur. lege tertia. §. Nerua
filius. ff. de acqu. posses. Et quoniam vfuscatio re-
rum mobilium fauorabilis est, præscriptio verò
immobiliū odiosa. l. fi. C. de annal. excep. c. placuit

§. po

§. potest. xv j. quæstione tertia. Quodque hac præscriptione non quæratur directum dominium, ex eo potissimum docent, quod per eam sola acquiratur vtilis actio. l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iure iur. & sola vtilis seruitus. l. j. §. fina. ff. de aqua pluia arcend. Et quia præscriptio exceptionem parat. l. si quis emptionis. C. de præscrip. xxx. anno. quare cum exceptio supponat actionem. l. secunda. ff. de exceptionib. dicendum aduersario actionem competere, atque ita dominium. l. in rem. ff. de rei vendi. Denique quoniam dominium quod iuris gentium est. l. ex hoc iure. ff. de iustitia. & iur. per præscriptionem ciuili lege inductam. l. prima. ff. de vsucap. in totum tolli non potest, quādoquidem ea quæ iuris gentium, aut naturalis sunt, per ius ciuile alterari duntaxat non item omnino tolli, aut commutari possunt. l. secunda. §. fina. ff. de usufruct. ear. rer. §. sed naturalia. de iur. nat. in instit. c. à nobis. de deci. Certis tamen casibus fatentur Doctores, præscriptione longi temporis directum queri dominium. Nouem aggregat Felynus in rubrica de præscriptionibus.

13 Martinus verò † antiquus interpres absolutè Martini o docuit rerum quoq; immobilium præscriptio pin. defen ne directum dominium acquiri. referente vbiq; sa. Accursio, Martinumque sequuti sunt Petrus, Cynus. Fab. & Citramontani nostri communiter, quorum sententia probabilior semper mihi visa est. cum usus capionis genuina significatio vt ante differui, non tantum ad mobilium, sed & ad immobilium rerum acquisitionem referatur.

& di

& dicat Modesti. *Vsucapione acquiri, adiçique dominium.* d.l.ij. dicátque Imp. *Vsucaptionibus quæri dominia.* l. traditionibus. C.de paët. & apertius Ca-
 ius, *longa posseßione dominium nobis acquiri.* l. acqui-
 ritur. §. non solum. ff. de acquiren. rerum domi.
 Dominij autem verbo directum intelligamus. l.
 j. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vectig. facta sem-
 per vocabuli in potétius significatum interpre-
 tatione. l. quæritur. ff. de stat. homi. l. domum. ff.
 de contrah. emp. Huc pertinet quod in iure no-
 stro is qui quoquo tempore vsucepit, simplici-
 ter dominus appellatur. l. si finita. §. Julianus. ff.
 damn, infect. aut. nisi tricennale. C. de bo. mater.
 ergo propriè & directo dominus. d. §. qui in per-
 petuū. Præterea id euidentissimè docet Imp. §. j.
 de vsusca. in insti. dum posteaquā principio egit
 de rerū mobiliū & immobiliū vsuscaptione, adii-
 cit, *bis modis dominia rerum iusta causa præcedente ac-*
quiri. quo loco dominij verbum (quod necessa-
 riò vel ex interpretum sententia, propter vsus-
 captionem rerum mobilium de directo accipiē-
 dum est) quatenus ad vsuscaptionem immobi-
 lium ('quam præscriptionem vocant) refertur:
 de directo quoq; intelligi debet, vt æqua vtrius-
 que determinabilis fiat determinatio. l. iam hoc
 iure. ff. de vulg. præscriptione. Item directum
 acquiri dominium ostendit apertè Imp. in l. fin.
 ad finē. C. de edic. di. Adri. tol. & in l. omnes. in
 fin. C. de præscript. xxx. anno. dum vbique tra-
 dit possessorem longi temporis plenissimè su-
 per dominio securum. nam si utile duntaxat
 quæreretur, non diceretur vsquequaq; tutus. l.
 s

fœminæ. §. illud. C. de secund. nupt. Denique nullam video probabilem differentiæ rationem, inter usus capionem & præscriptionem, quin potius eandem utroque casu: quo circa nihil diuersum statuendum. l. illud. ff. ad l. Aquil. Concludendum igitur sicut usus capione mobilium, ita præscriptione immobilium directum dominium acquiri, dum extrema sunt habilia, quia interueniant titulus, & bonafides. d. l. si quis emtionis. in prin. C. de præscript. xxx. anno. & d. §. j. de usus capio. in instit. Item quod possessio non interruptio sed continuatio fuerit. l. naturaliter. ff. de usus. Glos. in c. volumus. xvij. q. iij. vbi enim duo extrema sunt habilia, transfertur ipso iure directum dominium. l. Pomponius. ff. famil. ercisc. l. si filius familias. C. illo tit.

14 *Enucleatus §. Iulianus.* Nec me tamen mouerint l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iure iuri, & d. l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcen. quæ in proposito perperam producuntur. cū non de utili dominio, sed de utili seruitute, aut utili actione verba faciant, quæ inter se longè lateque differre nemo nescit. Ex separatis autem non nisi per absurdè insertur. l. Papin. exuli. ff. de mino. Non igitur interri recte potest, ex præscriptione directa seruitus minimè queritur, ergo nec directum dominium: cum & differentiæ ratio sit expedita. in corporalium quippe rerum præscriptione cadit vera, & propria possessio. Non item in præscriptione seruitutum, aut aliorum iurium, quæ propriè non possidentur. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. do. l. sequitur. §. si viam. ff. de usus capio. Et quo

quoniam sola bona fides, sine titulo sufficit ad querendam seruitutem. d. §. fin. & l. si quis diuturno. ff. si ser. vend. cum tamen in rerum corporalium tam mobilium, quam immobilium præscriptione desideretur utrumque. §. j. de usuca. in instit. Quod autem pertinet ad d. §. Julianus. dici potest, eum subtiliter appensum potius contrarium probare. Nituntur etenim aduersarij illis verbis, *Post longi temporis præscriptionem, etiam nilem actionem habere debere.* que potius indicant directam actionem competere, propter dictio nem suam natura implicatiuam. l. sed si plures. §. fin. ff. de vulg. Bartol. in l. non solum. ff. solut. matrimonio. Omitto interim plerosque in ea fuisse sententia, ut crederent actionem de qua in d. §. Julianus. ex iure iurando, non item ex præscriptione nasci. Non item quicquam nos mouerit. l. si quis emptionis. quæ diligenter considerata, sententiæ nostræ suffragatur. cum principio dicat, actionem rei vindicationis, competere ei qui præscripsit. quam directam interpretabor. rapto vocabulo in potentius significatum. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. Cum autem Imper. in d. l. si quis emptionis. exceptionem præscribeti dari docet, rectissime quidem, quando constituerit dari actionem. At qui eidem exceptionem competere multomagis quis dixerit, cui concedit lex actionem. l. j. facti & §. his autem. ff. de superficie. l. inuitus. §. j. ff. de reguli. iur. & in terminis præscriptionis. c. illud. de præscript. & c. placuit. §. poterit. xvij. q. iij. Quamquam & illud non incommode addi potest. d. propriè exceptione.

*Dissoluta
l. si quis
emptionis.*

1. si quis emptionis loqui de exceptione intentionis & facti de qua per Accur. in l. qui se debere. ff. de cond. cauf. dat. quām propriè exceptionem non esse docet Glos. in c.j. de lit. contest. in vj. & Speculat. in titu. de except. §.j. Ultimum verò argumentum magis ineptum, & ridiculum, quām concludens videtur. Si enim præscriptione non quæreretur, ideo directum, quod præscriptio lege ciuili inducta dominium quod est iurisgentium, tollere nequeat: sequetur nec quidem rerum mobilium usus capione directum acquiri, quod nemo dixerit. Tendum igitur, quod diximus, aut si mauis se-

Alciati qui quod Alciat. nouissime scriptum reliquit considera in d.l. traditionibus. cui nec improbabiliter vi-

cio. sum est, Doctores re ipsa conuenire, licet verbis dissentiant. Constat enim, dominium quod longi temporis præscriptione quæritur, ex ve-

ro, & naturali domini consensu non acquiri,

præmōstrante id Modestino in d.l. iij. ff. de usus

16 capio. cum usus capionem t̄ esse dicit adiectio-

Adiectio nem domini. *Adiectio* namque genuina signifi-

catione ad eam acquisitionem refertur, quæ sola legis nititur autoritate. l. fina. ff. de distrac-

pit. vnde *Adiectio bonorum* dicitur, vbi non est

propriè hæreditas, sed sola principis autorita-

te, quis pro hærede habetur. §.j. & in rub. de eo

cui liber. cauf. bo. adiuc. Et *adiectio pignorum in*

causam iudicati captorum, cum domini consensu,

non expectato iudicis præcepto, venduntur. l. à

diuo pio. §. si pignora. ff. de re iudi. Igitur (in-

quit) dicendum apud eum contra quem usuca-

ptum

ptum est, naturale dominium esse, tametsi & illud fateri cogamur, apud eum quoque qui vſu-
 cœpit verum dominium esse. In his quippe quæ
 iuris sunt, legis autoritas est pro veritate. Bart.
 in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. ad l. Iul. de adulter.
 verum quia dominium illud ex consensu actu-
 que naturali translatum non est, nec omnino à
 priore domino respectu extranei possessoris ab-
 scessit, lex vtilem actionem ex eo dari dixit. Bar.
 in l. j. §. cum prædium. ff. de pignorib. & in l. fin.
 ff. rem rat. hab. Nec cuiquam absurdum videri
 debet, si eiusdem rei dominium naturali ratione
 in uno esse dicamus. In alio verò legis autoritate
 in bello. §. si quis seruum. ff. de capt. l. in rebus.
 C. de iur. dot. l. j. C. commu. de lega. Sed iam tem-
 pestiuū est ut ad vſuscaptionis finitionem redea-
 mus, in qua adduntur à Modestino hæc ver-
 ba, per continuationem possessionis: nimirum signifi- Possessio
continua.
 cans possessionem, ac illam quidem continuam,
 primum omnium in vſuscapiione desiderari,
 clamante Ruffino Iurisconsulto, vſuscaptionem
 sine possessione, non posse contingere. l. sine
 possessione. ff. de vſuscapiō. Sed nec posses-
 sionem quancunque sufficere dicemus. Iu-
 stam enim & legitimam esse oportet, acce-
 ptis cum effectu diffinitionis verbis. Iusta au-
 tem possessio dici non potest, vt vſucapiendi
 conditionem suppeditet, nisi cum titulo & bo-
 na fide habita, continuatāque sit, de quibus sin- Tēpus sta-
 gulatim paulo infra dicam. Adiecit postremò tutum ad
 Iurisconsul. in † vſuscaptionis finitione hæc ver- præscri-
 ba (temporis lege diffiniti) vt ostenderet, non sta- ptionem.

tim cum quis alienę rei possessionem etiam cum bona fide, & sine interpellatione nactus est, adiici possessori dominium, sed tum demum cum præscripto legibus tempore possedissent. Diffinitū autē lege tempus in mobilibus olim fuit annus, quo exacto possessor dominus siebat siue in Italia, siue in prouinciis ageret. In immobilibus vero, bienniu, si fundus in Italia erat. Cæterū, Iustinianus parum æquū existimans, tam facile, tamque mature, rebus suis dominos defraudari, largius tempus ad vsucapiendum præstituit. Itaque res mobiles quidem exacto triennio, immobiles longi temporis possessione (id est decem annis, si præsentes sint domini, si absentes, viginti annis exactis) vsucapi voluit, sublata locorum differentia, hoc est siue in Italia, siue in prouinciis res sitæ essent. l. vnic. C. de vsuscap. transfor. §. j. de vsuscap. in instit. Planè † quod diximus res mobiles, triennio vsucapi, cum titulo & bona fide accipiendum est. altero quippè horum deficiente non minori tempore mobilis, quam immobilis præscriberetur. l. seruum. C. famil. erciscun. §. quod autem de vsusca. in insti. Ideo Bald. in l. in seruorum. C. in quib. cau. cess. long. temp. præscript. dicit cautum esse debere, scholarem qui librum emit, ut eius contractus publicum confici faciat instrumentum, ne libro apud alium comperto in tituli probatione deficit, atque ita in actione reali succumbat. l. fi. C. de rei vend.

Vel ideo non vsucapiuntur. Pergit autem hic, Iul. Paul. aliam perferre rationem, cur seruitutes

tes rusticæ vsucapi nequeant, non sat priore cōtentus.

Tales. hoc est eius naturæ.

19 Certam & continuāmque possessionem. id est certum, continuumque vsum. neque enim aliud quicquam est possessio quām vſus. l. quæſtio. ff. de Possessio verbo. signific. in incorporalibus præſertim, vt & vſus in ſeruitutib⁹ & aliis iuribus, quorum vſum in quo dif pro possessione accipiunt Iurisconsulti. l. quo- ferant. ties ſecundo, hoc titul. Sanè poffeffio certa, continuaque dicitur, non interrupted, non aliquo tempore interpollata, vt mox perſpicuum fa- cit lul. Paul. dum confirmans ſeruitutes rusticorum prædiorū non habere certā, continuāmque possessionem, ait, nemo enim tam perpetuo, tamque 20 continenter ire potest, vt nullo momento poffeffio & eius interpellari videatur. Hie autem ratiocinatur ita Iurisconsultus. Vſuscipio ſine possessione continua non procedit, ſeruitutes rusticæ continuo poffideri nequeunt, ergo non vſucapiuntur. Quo fit vt non obſtet, ſi cum Accurſio dicas, interdicta poffefforia pro ſeruitutibus constituta. d.l. quoties. ſecundo. hoc titul. l. ſicuti. §. Aristo. in fine. ff. ſi ſer. vendicetur. atque ideo videri ſeruitutes possessionem habere. Fateor enim quia nec poffideri intelligitur ius incorpore. l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acquirend. rer. domi. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuscipio. ſeruitutes, quæ incorporales ſunt. l. j. §. fina. ff. de rer. diuifio. Ideoque non propriè poffidentur, quaſi tamen poffideri. l. ſeruitutes in princip. ff. de ſeruitut. vrba. prædio. Interdi-

etaque propterea veluti possessoria constituta.
d.l. quoties. ij. in fi. nullumque harum negat Iu-
Paul. Non enim simpliciter dicit seruitutes pos-
sessionem non habere, sed non habere certam,
continuamque. Atqui continuatio possessionis
ad interdictum necessaria non est. Sufficit enim
interdicti tempore possidere, ut illud recte de-
tur. l. j. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuique pri.
Deinde non obstat, si dicas hac ratione attenta,
quia seruitutes continuam possessionem non
habent, res quoque corporales non usucapi: cum
nec quidem in eis sit continua possessio, que
actum corporeum desiderat. l. j. in prin. ff. de acq.
posse. Nullus autem actus corporalis continuus
esse potest. l. foramen. ff. de seruit. vrb. præd. Nam
respondeo ciuilem possessionem (que animo re-
tinetur) continuam esse posse: licet naturalis,
que corpore queritur, conseruatürque perpe-
tuitatem, & assiduam causam habere nequeat.

*Possessio
quid.*

Possessio. Cum possessio aliud nihil sit quam
vsus agri, ædificij, aut alterius cuiusque rei. l.
nec utilem. ff. quib. ex cauf. maio. l. quæstio. §.
penult. ff. de verbis. signific. In seruitutibus vesus
eius iuris verbo possessionis significatur. l. quo-
ties. ij. hoc tit. l. seruitutes. in princip. ff. de serui.
vrb. prædio.

21 *Observatur.* ut scilicet non usucapiantur t quæ
Nouatex. admodum nec seruitutes rusticorum prædio-
nostrorum. l. si aliena. §. j. ff. de usucapio. Qua in re-
claratio. annotandum est diligenter, noluisse Iuriscon-
sultum absolutè docere, seruitutes omnes in uni-
uersum usucapi non posse, sed id, in rusticis
dun

duntaxat tradidisse, quod in illis, non etiam in
vrbaniſ hoc fuerit initio constitutum, propter-
ea quod illarum possessio continua non effet,
ſine qua vſuſcapio non contingit. l. naturaliter.
ff. de vſuſcapio. l. moræ. C. de rei vend. Hæ au-
tem continuo facto quaſi poſſideantur. d. l. fer-
uitutes. in princ. ff. de feruit. vrbā. prædio. Quo- *Lex Scri-*
niam autem excitata deinde Lex Scribonia, fer- *bonia.*
uitutum omnium, tam rusticarum, quaſm vrb-
anarum vſuſcapionem inhibuit. l. ſequitur. §.
fina. ff. de vſuſc. feruari cœptum eſt, vt nec qui-
dem vrbanae vſuſcaperētur. Qua ratione addu-
ctus Iul. Pau. hic, idem (vt mea fert ſententia) in
feruitutibus vrbaniorum prædiorum obferuari
dicit, quod in rusticis principio traditum, ne
videlicet vſuſcapiantur. Hoc autem Doctores
fermè omnes interpretantur verum eſſe, in fer-
uitutibus habentibus cauſam discontinuam,
quaꝝ vſu non capiuntur vt hic, niſi tempore im-
memoriali. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quotid. & æſti. Nam quaꝝ continuam habent
cauſam, vt aquæductus, & aliæ id genus decen-
nio, aut vicennio præſcribuntur. l. ſi quid diu-
turno. ff. ſi fer. vend. l. ij. C. de ferui. & aq. Quod
¹² ſic coarctatum Longoual. † Parisien. in l. impe- *Longoual.*
rium. ff. de iurisdic. omn. iudi. improbat, verius *ly opinio.*
existimans omnes ad vnum prædiorum ferui-
tutes decem vel viginti annorum ſpatio quaeri,
cum tanto tempore continuas feruitutes vſu-
capi, ſit in confefſo: exploratum autem habe-
amus omnes omnino rerum feruitutes conti-
nuam, perpetuamque cauſam habere. d. l. for-

men. ff. de seruit. vrb. atque ita nullam disconti-
nuam, omnes in vniuersum continuas esse. De-
inde quia Vlpianus simpliciter dicit. *Vbi seruitum*
non inuenitur imposita, qui diu usus est seruitute, neque
*vi, neque clam, neque precario, habuisse longa consuetu-
dine, velut iure impositam seruitutem videri.* l.j. §. fin.
ff. de aq. plu. arcen. Et alibi, si quis seruitutem (in-
quit) iure impositam non habeat, velut autem longa
possessionis habeat prærogativam, ex eo quod diu usus est
seruitute interdicto de iuinere, aetüque priuato vii potest.
l. apparet. §. penulti. ff. de itiner. aetüque pri. Qui
text. cum de itineris seruitute verba faciat, pro-
sternit aperte communem, quæ alio tempore
Aquæductus seruitutem, quam *Iter* usucapi-
censet. Illam nempè decennio. d. l. si quis diu-
turno. hanc tempore quod hominum memo-
riam excedit. d. §. ductus aquæ. Etenim verbum
diu, quo Vlpian. in d. l. j. §. fin. & in alleg. l. appa-
ret. §. penult. usus est in iure nostro x. annorum
tempus designat. l. si cum fideicommissa. §. Ari-
sto. ff. qui & à quib. Longa item consuetudo
decennium notat. §. j. de usucap. in instit. quam
cum Vlpiano Im. absolutè dicit vicem seruitu-
tis obtainere. l. j. C. de seruitut. & aqua. Denique,
quoniam Iustinia. in l. fin. §. fin. C. de præscript.
long. temp. tradit, generaliter quancunque præ-
scriptionem, siue rerum soli, siue incorpora-
lium in iure consistentium, veluti ususfructus,
cæterarumque seruitutum, decennio inter præ-
sentes compleri & inter absentes vicennio. Quo
edocemur manifestè omnibus ex æquo seruitu-
tibus, citra discrimen ullum parem tribui usu-
cap

Diu Ver-
bum.

capiendi conditionem.

Cui sententiæ si subscribimus, non faciet negandum §. ductus aquæ. quem Doctores ubique §. ductus pessimè citant, ut seruitutes discontinuas, im- aquæ. memoriali tempore, tantummodo uscapi probent. Enim uero loquitur ille text. de Aquedu-
ctu, qui seruitus est (nemine reclamante) continua causam habens. d.l. foramen. ff. de seruit. urba. Et si instes, cur ergo non dicit illic Pom-
po. longum tempus sufficere, cum certum sit
eiusmodi seruitutes x. annis inter præsentes,
aut xx. inter absentes quæri. alleg. l. si quis diu-
turno. responderi cum plerisque potest, hoc
ideo, quia illic de præscribenda aqua publica,
seu ad publicum usum deputata tractatur, ut
§. præcedens. euidenter facit, quam cum fine prin-
cipis autoritate, ducere non possimus. l. j. §. per-
mittitur. ff. de aqua quotid. & æsti. l. quominus.
ff. de flumi. Illic constitutum est, eius aquæ du-
ctum non nisi tempore immemoriali acquiri
posse, quando nec minori tempore res aliae,
quæ solo principis permisso obtinentur, præ-
scribi possint. c. super quibusdam. §. præterea.
de verborum significatione. Cæterum quo-
niam autem hæc dissolutio non longè à diui-
natione abesse videtur: quandoquidem nul-
lum verbum in d. §. ductus aquæ. de aqua pu-
blica. licet in §. præcedenti de ea egerit. diuersi
namque casus sunt, diuersaque themata, ut me-
ritò de uno ad alterum nihil rectè inferatur. l.
Papinia. exuli. ff. de mino. l. fina. ff. de calumniat.
Dicebam, hanc difficultatem aliter dilui pos-
se, ut

se, vt citra diuinationem ullam dicamus in d. s.
ductus aquæ tractari de aquæ ductu, ex fundo
priuati, qui si memoriam excesserit, iure consti-
tuti habetur. nec ideo negat Pompo. quin mi-
nor tempore quæratur. cæterum, efficaciorem
tradit acquisitionem, quæ fit per tempus imme-
moriale, idem enim per omnia erit, atque si iu-
Declarata
l. si aliena.
S. j.
re seruitus fuisset imposita. Ad hanc verò legem
quæ seruitutes non vñscapi dicit. Et ad l. si alie-
na. §. j. ff. de vñscapio. qua traditum est, nos hoc
iure vti, vt seruitutes per se nunquam longo
tempore vñscapiantur, & ad l. sequitur. §. fina.
illo titu. qua Iul. Paul. scriptum reliquit, Scribo-
nia lege, aut vt alij legunt, Volconia, sublatam
vñscaptionem seruitutum, Longauallius non
insubtiliter respondet seruitutes, cum res incor-
poreæ sint, & ideo nec possessionem propriè
habeant, vñscapi non posse. l. seruus. §. incorpo-
rales. ff. de acquirendo rerum dominio. & d. l. se-
quitur. §. si viam. ff. de vñscap. cæterum, cum in
seruitutibus quasi possessio cadat, quasi vñscap-
piuntur. l. ij. C. de seruitut. & aqua. & d. l. si quis
diurno, ibi & longa quasi possessione. & d. l.
apparet. ibi, velut longæ possessionis præroga-
tiuam, hæc fermè Longauallius.

Longaual
ly opinio
explosa.

22 Mihi nunquam placuit t̄ hæc noua Longa-
uallij sentētia, vt dicamus omnes seruitutes vñscapi
posse. nam si ita ius constituit, cur Iuriscō-
sulti vbique generaliter tradunt seruitutes non
vñscapi? cur seruitutum dicant inhibitam vñscap-
tionem? vt hic l. sequitur. §. fin. & l. si aliena. §.
j. ff. de vñscap. Etenim interpretari ea iura, vt
quasi

quasi vſus capionem non excludant, quam in rebus incorporeis locum tantum habere posse manifestum est: I. Seruus. §. j. ff. de acquirendo rerum dominio. durum nimis videtur, cum ea interpretatione offendamus, violenterque mentem omnino legis. namque sicuti quasi possidere in incorporealibus (scriptore nullo reclamante) eiusdem est effectus, quod possidere in corporalibus. pariter quasi vſus capio (sic Longauall. vocat.) eandem vim habet per omnia in iis, quæ in iure consistunt, quod propria, & vera vſus capio in corporibus. Probata igitur hac noua expositione, illusorię reddentur leges, quæ dicunt: seruitutes non vſucapi: verbisque, non rebus impositæ censemuntur. contra. I. si prætor. in princ. ff. de iud. I. i. §. fina. C. comm. de lega. cum tamen mens legis vbiique fuerit docere, non acquiri longo tempore seruitutes. d. I. si aliena. §. j. ff. de vſus capio. *Hoc iure* (inquit illic Vlpianus) vtimur, ut seruitutes per se nunquam longo tempore vſucapi possint. & Scribonia lege sublatam vſus capionem refert Iul. Paulus, quæ (ait) seruitutem constituebat. Quæ iura (velut Achilles) nonam Lōgauallij sententiam prosternunt. Præterea si hac adductus ratione, scripsisset hic Iul. Paul. seruitutes non vſucapi: quoniam incorporales essent. In ea imprimis ratione constitisset, cui necessum nullatenus fuisset ad alteram (incertæ videlicet, ac discontinuæ possessionis, quam primæ rationi parum fidens statim subiecit) transuolare. Deinde seruitutes omnes generaliter, & abso-
 lute dixisset non vſucapi, non magis Rusticas
 quam

quām Vrbanas exprimendo , quandoquidem ambæ sunt incorporeales.l.j. final. ff.de rerum diuisio.& notius est, quām vt egeat probatio-ne. cūm tamen hic de Rusticis duntaxat initio egerit dicens , seruitutes rusticorum prædiorum non vñscapi. Quod abs re scriptum esse à Iulio Paulo , nunquam sum existimat-u-rus.

- Vera & noua vñscapionis sententia declaratio.*
- 23 Itaque † vt salebrosum hunc articulum, verè, præter omnium tamen sententiam, finiamus, il-lud imprimis (mea sententia) præcognoscendū est, veteri lege Digestorum solam Rusticarum seruitutum inhibitam vñscaptionem , & ita à contrario, permisum eo iure fuisse vrbanas vñscapi posse. idque lex nostra principio perspicuum facit. Differentiæque ratio non improbabilis inde colligitur, quod lex antiqua non alia ratione rusticarum seruitutum vñscaptionem vetuerit, quām quia continuam possessionem non habebant, sine qua non procedit vñscapio. l.naturaliter. ff.de vñscapio. l.more. C.de rei vendicat. in vrbatis autem , quæ plerunque possessione retinentur. l. seruitutes. in principio. ff.de seruitut. vrbator. hæc causa † cessat.
- Lex Scribonia.*
- 24 Superuenit deinde lex Scribonia, aut(vt alijs legere malunt) Volconia, quæ omnium omnino seruitutum sustulit vñscaptionem. l. sequitur. §. final. ff. de vñscapio. quam ob oculos habens Iulius Paul. in fine huius legis cautè dicit idem iuris in vrbatis seruitutibus obseruari, propter videlicet legem Scriboniam , vt & illic ipse interpretatus sum. Hac quoque ratione nos

nos hoc iure nunc vti dixit Vlpian. vt seruitutes per se nunquam longo tempore vsucapiantur, tametsi cum ædificiis possint. l. si aliena. §. j. ff. de vſuscapiō. Licet autem mero iure seruitus tempore quæri non possit, voluit tamen lex negligentiam hominum coercere, fauerēque vigilantibus, & ideo constituit, vt qui diu vſus est seruitute, neque vi, neque clam, neque precario, quandam quasi seruitutem acquirat. l. j. §. fin. ff. de aqua plu. arcend. quæ vicem constitutæ seruitutis teneat. l. prima. C. de seruitut. & aqua. in quam, cùm directam actionem, ob vſuscaptionis in seruitutibus inhibitionem, habere non posset, vtilem saltem nanciseretur. dicto. §. fina. & l. si quis diurno. ff. si serui. vendice. cumque vtilis actio effectu à directa non differat, vtraque quippè eiusdem potestatis est, l. actio. ff. de negotiis gestis. idem in effectu hac vtili actione, qui longo tempore vſus est, per omnia consequetur, quod assequi potuisset, si seruitus iure effet imposita. Qua ratione, vt opinor, ipse dixit Imperator, seruitutem lōgo tempore quæri. l. secunda. C. de seruitut. & aqua. & in eius acquisitione per consuetudinem longæ possessionis id obseruandum, quod in præscriptione rerum soli. l. finali, in fin. C. de præscriptio. longi temporis. nam &, quemadmodum pro vera, & propria seruitute, possessoria interdicta constituta sunt. l. quoties. ij. hoc tit. ita pro hac quasi seruitute prærogativa longi temporis acquisita. dicto §. fin. & l. apparet. §. penult. ff. de itinere actuque priuato.

25 Vbi verò † lex maximam & inexcusabilem
vſuscapiō alicuius negligentiam deprehendit, in odium
ſeruitutē eius admisit ſeruitutis etiam rusticæ in effectu
quando *vſuscaptionem*, veluti in *Aquæductu*. nam si per
admitta- prædium tuum te ſciente, & patiente aquam
tur. lōgo tempore duxero, tribuit mihi lex ad coē-
cendam defidiam tuam, & negligentiam, vti-
lem actionem: dicta l. si quis diurno, qua in
effectu ſeruitutem licet rusticam, acquiro tem-
pore. l.ij. C. de ſeruituti. & aqua. Directam mi-
hi non concesſit, cùm ea ex verbis legis oriatur,
& verba ex professo repugnent: inhibuit nan-
que lex ſeruitutum *vſuscaptionem*: at vtilem ex
mente fluentem concesſit, indignum quippe
legislatoribus viſum eſt, tantam defidiam inul-
tam relinquere, in ſeruitutis, *Aquæductus*, præ-
fertim *vſuscapiōne*: ceſſat nanque in ea veteris
legis ratio, *vſuscaptionem* rusticarum ſeruitu-
tum, propter discontinuam, & incertam pos-
ſionem inhibentis, vt hic. cùm enim aqua,
quæ ducitur, perenniter & ſine facto hominis
fluat. l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, &
æſtiua. certam continuāmque poſſionem ha-
bet ſeruitus *Aquæductus*, & ideo vel ex ſententia
antiquæ legis, *vſucapi* poſſe debuit, licet verba
repugnent. cùm hæc ſeruitus rusticā ſit, & ruſti-
carum ſeruitutum *vſuscaptionem* ceſſare vetus
illud ius ſimpliciter conſtituiffet.

Nec dixerit quiſpiā in vrbaniſ quoq; ſeruitu-
tibus tam graue deprehendi negligentia, veluti
in ſeruitute *Altius tollendi, ſtillicidij auertendi, &*
ſimilibus. Nam id ego fortiter nego, quando-
quid

quidem in his , qui vſucapere desiderat , vtendo nihil immittit aut faciat in alieno , aut quo casu in alieno facit , non habet id tam certam , continuamque possessionem , quod intelligere facile est , ex seruitute *stillicidiij auertendi* , quia cum non continuo pluat , non potest stilla aſſiduè cadere , licet , quia ex naturali cauſa contingit , perpetuo fieri existimetur . l. foramē . ff . de seruit . vrba . Nec obſtat ſi opponas de seruitute *Tigni immittendi* , & aliis id genus , quæ dubio procul continuam poſſessionem habent . l. seruitutes . in prin . illo tit . in quibus idcirco eadem ratio , quæ in rusticis , vi- deri poterat . nam hic quoque inficias eo , tā gra- uem versari negligentiam in seruitute *Tigni im- mittendi* , cum in ea vnum factum (hoc eſt) vna ti- gni immiſſio , pro toto tēpore ſufficiat . In aquæ du- du verò ſecus , in eo quippe , in ſingulos dies , vel nonnunquam in horas ſingulas , cuiuſdam facti repetitio neceſſaria eſt , vt commode , & ad do- minantis fundi utilitatem , aqua ducatur . Ve- rum hæc in dubitationem tam anxiè reuocanda non ſunt . ſiquidem , vt admonuimus , Scribonia lege omnium , in vniuersum seruitutum tam ru- ſicarum quām vrbanařū ſublata ſit vſuſcapio . Tenendum igitur quod dixi mero iure nullam seruitutem vſuſcapi , temperatum tamen tripliciter . Primum , vt tametli per ſe ſeruitutum vſuſ- capio non procedat cum ædificiis : tamen vſuſca- pi poſſint ſeruitutes . d . l . ſi aliena . § . j . ff . de vſuſca- pio . nam quæ per ſe transferri non poſſunt , non diſſiculter cum aliis tranſeunt . l . in modicis . ff . de contrahenda emptione . l . quædam . ff . de acqui-

Seruitus
quando v-
ſucapia
tur .

rendo rerum dominio. c. de iure. de iur. patro. Secundò obtinet, quod pro regula traditur respectu propriæ & veræ seruitutis, quæ per usus capionem non quæritur. at quasi seruitutem acquirit, qui diu usus est seruitute, nō vi, nō clam, nō precario. l. j. §. finali. ff. de aqua pluvia arcēda. l. si quis diurno. ff. si ser. vend. l. ij. C. de seruit. & aqua. Denique nisi usus seruitutis perdiurnus fuisset, quia per tempus, cuius origo memoriam hominum excessisset. Hic enim usus loco seruitutis impositæ, & iure constitutæ habetur. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & aestiuua.

Sed his casibus, quibus usu seruitutes capi possunt, longoqué tempore quæri, tractemus quænam ad earum usus capionem sint necessaria. Dignoscuntur autem commodius si primum memoremus, persequamurque desiderata à lege in corporalium mobilium, & immobilium, prescriptione. nam harum exemplo seruitutum usus capio plerunque regitur. l. ij. C. de seruitut. & aqua.

Titulus.

26 Requirit autem † imprimis lex ad usus capio-
tituli in nem, Titulum. l. nullo. C. de rei vend. Ad quæ
iure multi prænotadū est Titulū in iure duas præcipue si-
plex signi gnificationes habere. Imprimis enim tractatū de
ficiatio. signat. l. j. ff. de in inte. resti. l. j. ff. de reb. cre. l. ij. §.
recuperandæ. ff. de interdi. l. j. §. an autē. ff. de po-
stul. l. ij. §. cū vna dignitas. C. de veter. iure enu-
cleā. quibus textibus apparet, fœdissimè lapsum
Alcia

Alciat. in j. prætermisſ. Est autem titulus dictus,
quod ſubsequentem texum tueatur, id est indi-
cet, vt Sextus Pompeius ait. Qui cùm apud ve-
teres rubro colore depingeretur, † rubricæ *Rubrica.*
quoque nomen ex vulgo poſtea accepit, nec *quid.*
ignoro Persium rubricam pro lege poſſuisse,

Exceptoſi quid maſſuri rubrica retauit.

28 Opinor † inquit Alciat. in l. j. ff. ſi certum peta-
tur: quia prætor album ſuum literis rubris in-
ſcriberet. quod cùm nullibi à prætoribus factū
legerim, verum non puto, ſed magis placet, vt
permetonimiam à Persio factum, dicamus. cùm
enim rubrica tractatum plura capita, multasque
leges continentē deſignet, contentam legem ru-
bricæ continentis verbo (metonimicos) signifi-
cauit. nam & ita in ſacris literis, litera pro lege,
eadem figura usurpatur ſecundæ Corinthi. iij.
Litera occidit, ſpiritus autem viuificat ni-
rum his verbis diuinus ille vates significans ve-
terem legem, vel in rebus minimis deprehendit
morte afficere, ſpiritum verò sanctum mille e-
tiam facinoribus obſtrictum, Baptismi lauacro
peccato mortuum viuificat, & iustum reddit.

*Litera oc-
cidit, ſpiri-
tus viuifi-
cat.*

29 Titulus † præterea (vt aliis appellationibus
miſſis ad noſtram veniamus) cauſam poſſeſſio-
nis, ſeu ius, quo aliquid poſſidetur, ſignificat. l. j.
in princip. ff. pro dot. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui
vendi. vt ſi rem mihi legatam, & præſtitam ab
hæredē, poſſideo, pro legato: ſi emptam pro em-
ptore, ſi donatam, pro donato, & ſic de ſimiili-
bus. Extant enim tales, & alij multi in iure titu-
li, Pro emptore, Pro donato, Pro ſoluto, Pro

*tituli ſi-
gnificatio.*

dote, Pro hærede, Pro legato, & Pro derelicto: quibus titulis indicantur causæ acquisitæ possessionis. l. iij. §. j. ff. pro hæred. l. non solum. §. j. ff. de vsus capio. sequuta itaque ex legitima causa, seu titulo traditio, possessionem producit, possessio deinde dominium. l. traditio. §. finali. ff. de acquirendo rerum dominio. l. traditionibus. C. de pactis. aut causam vsucapiendi. l. clauibus. ff. de contrahenda emptione. qua per tempus quoque lege diffinitum dominium adiicitur. l. iij. ff. de vsucap. d. l. traditio. §. finali. & d. l. traditionibus.

30 Habeto igitur hanc doctrinam: † Vsus capio, *titulus ad* non præcedente vero titulo, procedere non potest. l. nullo. C. de rei vendica. l. seruum. C. famil. erciscundæ. l. finali. C. ne de sta. defuncto. l. finali. C. de vsucap. pro hæred. l. diutina. C. de prescript. lon. temp. iniustum nanque putauit lex, licere ex omni causa vnumquenque pro captu suo insatiabili que affectu possessionem afferere, & sic vsucapere rem alienam. si enim nuda traditio, etiam à vero domino procedens, dominium non transfert, sed iustum aliquam causam præcedere oportet. l. nunquam nuda. ff. de acquirendo rerum dominio. nec quidem habita fortuitò possessio conditionem vsucapiendi, qua tandem dominium nanciscimur, transferre debet. l. clauibus. ff. de contrahenda emptione. Itaque non procedit vsus capio sine titulo. dd. ll. nisi tamen interueniat aliquid, quod tituli vicem teneat, ut iusta causa aestimandi se habere titulum. l. Celsus, ubi Barto. ff. de vsus capio. l. quod vulgo,

&

& l. fi. ff. pro emptore. l. pro legato. ff. pro legato.

Hic titulus tamen in vſuscapione ſeruitu-
rum, inquiunt Doctores, neceſſarius non eſt, l. fi.
quis diuturno, ff. fi ſeruitus vendice. Quod obti-
net ſine dubio, fi de titulo habitō à domino præ-
dij ſeruientis intelligamus: nam fi ab illo titu-
lum haberemus, ſtatiſ ne momento quidem tem-
poris expeſtato, quæſita eſſet nobis ſeruitus. l. fe-
quitur. §. lana. ff. de vſuscap. De titulo itaque à
tertio habitō, qui forte tāquā dominus ſeruitutē
imponat prædio, ſermo noſter accipiēdus eſt, ete-
nī recipiūt omnes hūc titulū ad ſeruitutis vſus
capione non deſiderari. d. l. fi quis diuturno (de
ſeruitute prædiorum loquor) nam in præſcri-
ptione ſeruitutis personalis, vt vſus & vſusfru-
ctus, titulum deſiderari, exiſtimant omnes. l. fi. in
fin. C. de præſcrip. long. temp. ſicut & in præſcri-
ptione dominij. d. l. nullo. cum ſimilib. cùm per-
ſonæ ſeruitus pars fit dominij. l. iiiij. ff. de vſu
fruct. non item prædialis. l. Mæuius. §. fundo. l.
cum filius. §. dominus. ff. de lega. ij. & hæc fuit ra-
tio Bald. hic, in l. ij. C. de ſeruitu. & aqua.
Qui propterea idem cenſet, vt ſcilicet titulus
requiratur in præſcriptione ſuperficiei, aut em-
phyteuſis, cùm & tunc agatur de dominio ac-
quirendo. l. cùm ſponsus. §. in vectigalibus. ff. de
publicia. l. fi finita. §. fi de vectigalibus. ff. de dam-
no infecto. Planè quod per manus traditum eſt
in præſribenda ſeruitute non requiri titulum,
procedit in titulo ſpeciali: nam generalis pro
ſuo, neceſſarius eſt, ex quo vt paulò infra dice-
m°, bona fides exigitur: quia bonæfidei poffeffor

pro domino possidet. l. apud antiquos. C. de fur.

Cur autem in dominij, & rerum corpora
lium præscriptione leges titulum desiderarint,
non item in vfuscatione seruitutum prædij, a-
cutam rationem Petrus Bellaperti. attulit: quo-
niam seruitutes prædiorum non personæ, sed
prædiis quæruntur. l. j. ff. commu. præd. quæ præ-
dia, cùm sint inanimata, de titulo sibi prouidere
nequeunt. Corporalia verò personæ quæruntur,
quæ sibi de titulo prouidere potest. Eo fa-
ctum quoque dicebat, vt in vfuscatione vsus,
vsusfructus, aliarūmque personalium seruitu-
tum titulus requiratur. d. l. fin. in fi. cum hæ per-
sonæ quærantur. l. j. hoc titulo. Quæ ratio argu-
ta magis est, quām vera, cùm ea stante, nec qui-
dem bonam fidem in vfuscatione seruitutis ne-
cessariam, absurdè nimis dicendum foret. Ete-
nim prædiis seruitutes quæruntur. prædia au-
tem bonam fidem non habent, nec cùm sint ina-
nimata, de ea sibi prouidere possunt.

Alij, vt Dy. in c. possessor. de reg. iur. in vj. Cy.
in d. l. ij. C. de seruit. & aq. Odoff. Fulg. & Floria.
hic aliā differentiæ rationem quærunt, quoniam
iis quibus maius periculum intēditur, vt Vlpia-
ait, magis cōsulēdū est. l. j. §. sed & si quis. ff. de car-
bo. edict. Etenim vbi maius periculum, ibi cau-
tius est agendum, consulēdūmque plenius.
c. iij. de election. in vj. Atqui in præscriptione
rerum corporalium intenditur, dubio procul
grauius periculū, maiusq; paratur præiudicium,
cū rei dominiū auferatur. per vfuscatione. autē, nul-
lum transfertur dominiū, sed tantum res subiici-
tur

tur speciei alicuius seruitutis debite prescribenti.

Ego t aliquando defendi , nec nunc displicet *Nova op*eris**
 in seruitutis realis vfuscatione, titulum necessario.
 rium aut saltem iustum errorem , qui loco tituli
 habeatur : sicuti in præscriptione rerum corpo-
 rearum, cùm dicat Imp. in l.ij.C. de seruit. & aq.
 exemplo rerum immobilium prædiorum serui-
 tutes tempore quæri. Et alibi idem obseruari
 velit in vfuscatione seruitutum quod in præ-
 scriptione rerum soli. l. finali. in fine. C. de præ-
 scrip. long. tēp. Nec me fugit, Doctores vtriusq;
 legis literam sic constringere, vt similitudinem
 illam ad tempus duntaxat referant, respectu cu-
 ius volunt assimilari vfuscationem seruitu-
 tum, præscriptioni rerum immobilium, non
 etiam respectu aliorum. Sed neutra lex generali-
 ter loquens, non nisi cum maxima violentia, ita
 se paritur coarctari. Denique, quia vbi ius com-
 mune, aut iuris præsumptio præscribenti aduer-
 satur, titulus necessarius est, qui possessori tri-
 buat causam præscribendi. c. j. in fine. de præ-
 scrip. in vj.cap. finali. de restit. spoliato. eodē lib.
 Repugnat autem vfuscationi seruitutem iuris
 communis præsumptio: præsumit nāque lex omnia
 prædia libera. l. altius. & l. sibi tibi. C. de ser. & aq.

Existimauerim igitur , directam & propriam
 seruitutem non quæri longa quasi possessione
 sine titulo. d. l. ij. C. de seruit. & aq. & d. l. fina. in *Exposita*
fin. C. de præscri. long. temp. Est autem quædam *nouē l. si*
 quasi seruitus , quam acquirit is qui vesus est ser- quis diu-
 uitute bonafide. d. l. j. §. f. ff. de aqua plu. arcend. turno.
 In quam illic Vlpia. scribit non directam , quia

deficit titulus, sed utilem actionem, aut interdictum dari, ut qui seruitutem iure impositā probare non potest, saltem ostendat se per statutum tempus usum, non vi, non clam, non precario. hunc enim iudex tuebitur, cui vetustas dat autoritatem: tametsi ius non probetur. l. si quis diuturno (quę hoc nouo sensu illustrata nobiscū nō pugnat.) ff. si seruit. vend. & l. fin. ff. de aq. plu. arc.

Bona fides.

32 Ut procedat t̄ præterea usus capio, bona fides quoque desideratur. l. qui fundum. §. qui bona in ususca- fide. ff. pro empore, neque enim usus capiones in pioneneceſ trudctæ sunt, vt hominum malitiis indulge- faria, & tur, contrectationesque rerum alienarum scien- quare in- ter factæ defendantur, sed ne qui ignorans, & ex tructa bona fide alienæ rei possessionem ex iusta causa usus capio. nacltus erat, sub innocentia & bona fide dam- num incurreret. Oportet itaque eum qui usuca- pit, bonam fidem habere, hoc est in nulla tem- poris parte, conscientiam habere rei alienæ. l. sed & si lege. §. de eo. ff. de petitio. hære. c. fina. de

33 præscrip. §. j. de ususcap. in instit. Is. t̄ enim bonæ fidei possessor dicitur, qui rē alienā esse ignora- uit, quia eū, à quo titulū habet, dominū existima- bat, vel domini tutorē, aut procuratorē. l. bonæ fidei, ff. de verb. sig. l. quę cūq;. §. fi. ff. de publi. c. si virgo. xxxiiij. q. ij. Quod si malæ fidei possessor sit, hoc est rei alienæ cōsciētiā habēs, nō præscri- bet. licet autē ius ciuile præscriptione lōgissima, nēpe xxx. vel xl. annorum, tollit omne ius quan- tumcunque mala fide quæsitum censuerit. l. si

cut

cut. &c. l. omnes. C. de præscriptio. xxx. annorum. lex tamen pontificia existimans peccatum esse omne, quod non est ex fide, etiam in eo præscriptionis genere bonam fidem desiderauit. c. fin. de præscri. generaliter idcirco constituens in malæ fidei possessorem nullo tempore præscribere. c. possessor. de regulis iuris. in. vj. Præterquam in eo qui possidet ex causa noxali. l. & generaliter. ff. de noxa. aëtio. nam & hoc Pontificia lege summa ratione recipi existimo. cum enim ipse verus dominus ad æstimationem domini, vel ad dandum seruum pro noxa, teneatur is cui seruus à bonæ fidei possessore adiudicatus est, videtur à domino causam habere. potuit enim vendicare seruum dominus litis æstimationem offerendo, quod cùm non fecerit, consentire intelligitur, vt seruus pro noxa possideatur. l. alienationis verbum. in princ. ff. de verborum significatione. Panor. in. c. si diligenti. col. vj. extra de præscript. quo fit, vt hoc casu specialiter qui scientiam habet rei alienæ, non censeatur malæ fidei possessor, quemadmodum Bald. post Specula. annotauit in d. l. generaliter.

Hanc bonam fidem † in seruitutum vsucapio *Bona fides ne necessariam esse omnes admittunt. debet enim an in du-*
qui vsucapit, credere seruitutem sibi competere. bio præsu-
l. fi. vbi Accurs. Barto. & cæteri, ff. quemad. serui. matur.
amitt. Cæterum an bona fides in dubio præsuma-
tur, quæstionis est. Et siquidem possideat quis
cum titulo, bona fides præsumitur. l. pe. C. de eui-
cio. cum in bona fide sit (vt diximus) qui igno-
rat rem alienam. l. bonæ fidei. ff. de verbo. signifi.

& ignorantia in dubio præsumitur. l. verius. ff.
de probat. obtinet autē regula siue titulus verus
sit siue putatiuus etiā errore iniusto. Bar. in. l. Cet
sus. ff. de vsucapio. quælibet enim causa, etiam in
iusta excusat à dolo. l. igitur. §. j. ff. de lib. caus. l. j.
in fi. ff. de abig. certis tamen casibus ab hac bonæ
fidei præsumptiōe recedimus. Et in primis, si po-
sessori denuntiatum fuisset à domino, ne emeret.
l. si fundum. C. de rei vend. constituit quippè hęc
denuntiatio emptorem in mala fide præsumpta,
cūm à vero domino fiat. l. item veniūt. §. petitam.
ff. de peti. hære. ergo fecus ab alio, qui ius denun-
tiandi nō haberet, facta esset. l. tutor. ff. de minor.
l. si maior. C. de rei vend. Aut si denūtiandi ius ha-
bebat alterius nomine, non tamē proferebat man-
datum. l. si is qui inficiatus. ff. deposi. neque enim
tenetur quis credere ei, qui alterius nomine agit,
nisi quatenus de mandato fidē facit. cle. causam.
de electio. Rursus si contractui lex resistat, in eo
etiā, qui cum titulo possidet, malam fidē præsu-
mimus. c. qui contra. de reg. iur. in vj. velut in cum
Censorū venditio absq; agro, cui ascripti sunt,
celebratur. l. quemadmodum. de agrico. & censi.
lib. xj. C. insurgit enim omnis mala præsumptio
aduersus eū, qui contra præcepta legum merca-
tur. l. j. in fi. de fid. instru. & iur. hast. fisca. lib. x. C.
c. non satis. de simo. Et fit, vt præsumatur in ma-
la fide, qui rem emit ecclesiæ iuris solēnitate non
seruata. c. fi. de reb. eccl. non alien. lib. vj. Panor.
in. c. si diligenti. col. iiij. de præscrip. Deinde qui
ab eo emit, quem scit, aut scire debet ius non ha-
bere vendendi, nō videtur emissé bona fide. l. qui
à quo

quolibet. ff. de contrah. empt. &c. l. bona fidei. ff.
de verb. signi. Idem credendū, si quis ab eo emat,
quem scit statim in prauos vsus consumpturum
precium. l. si quis cum sciret. ff. pro emptor. præ-
sertim si perditus ille minor esset. l. si verò nō re-
munerandi. §. si adolescens. ff. manda.

Quid autem dicemus, cum res sine titulo pos-
sideretur, an in eo bonam fidem præsumemus, qui
nullū titulum habet? quod Bar. in d. l. Celsus. col.
pe. existimauit bonam fidem videlicet præsumi
in quolibet possidente, nisi respectu antiquioris
possessoris. Quod ipse non improbo, modò pos-
sidentes rē ad se pertinuisse existimet: alioqui, quod
suum non est, scire debet ad alium spectare. l. fin.
Cvnde vi. Hac in re tamen notandū bonā fidem
præsumi, etiam cōtra antiquiorem possessorem,
si vel titulus probetur. Antoni. Butr. in. c. perue-
nit. colum. xij. de censib. vel possessio longa. l.
iiij. §. si seruus. ff. de acqua. possessione. nam quem-
admodum Imo. Butr. & Innoc. in. c. ij. de resti. in
integ. dicunt diuturna patientia antiqui posses-
soris possessionem noui iustificat. Archid. in c. si
virgo. xxxiiiij. q. ij.

Quoties item possessioni ius commune resi-
stit, non præsumitur bona fides. c. fin. de restitu.
spolia. in vj. quapropter, (vt ad seruitutes redea-
mus,) qui cōtēdit se vsucepisse seruitutē, bonam
fidē probare debet. c. j. de præscriptio. in vj. Cūm
vnaquæque res libera regulariter præsumatur. l.
33 altius. C. de seruitu. & aqua. Quæ † sententia, ta- *Nova consi-*
meti receptissima sit, non tamen procedit sine *deratio.*
difficultate. capit. cūm ecclesia sutrina. de causa

pos. & prop. vbi tractatur de quærēda seruitute iuris eligendi contra canonicos ecclesiæ cathedralis: & ita iure resistente (cūm iure communī electio spectet ad capitulum ecclesiæ) & tamen bonam fidē præsumi vult summus Pontifex, cum dicat necessum non esse eam probare. Præterea seruitutes (quo casu earum usus capio procedit) non minore tempore decennij inter præsentes & vicennij inter absentes usus capiuntur. l. si quis, diuturno. ff. si ser. vendi. l. j. §. fina. ff. de aqua plu.

Contra ius arcen. Ex longa autē possessione, aut quasi etiam ex longa contra ius, bona fides præsumitur, d. l. ii. j. §. si ser. possessione uus. ff. de acquirēda possessione. & ante dixi post bona fides Inno. & alios in. c. i. j. de in integ. rest. & clarè. Nec præsumi- obstat, si huic sententiæ ad stipulari velimus, tex. tur. in. d. c. j. de præscript. in vj. in quo ideo lex non præsumit bonam fidem in præscribente, quia ius commune possessioni, de qua ibi omnino resistebat, ut scilicet unus Episcopus possideat ecclesiæ, & decimas in alterius dioecesi. c. cūm sint homines. c. cūm in tua. &. c. dudum. de decisi. c. de quarta. de præscript. c. omnes basilicæ. xvj. q. vij. quod autem quis ius seruitutis habeat in alterius fundo, non est contra ius commune, sed duntaxat contra quandam præsumptionem naturalis libertatis, quæ facile tollitur ex cursu solius temporis. dicta. l. si quis diuturno. &. l. cum de in rem verso. ff. de usur.

Ad hæc autem notandum, quod vbi bona fides præsumitur, licet eam probari non oporteat: tamē allegari debet. l. si adulterium cum incestu. §. idem Polliconi. ff. ad leg. Iul. de adulto Bal. & alijs in. l. su

in.l.super longi.C.de præscrip.long.temp.vt &
 simili dicimus, de notorio † quod licet rele- *Notorium*
 uerab onere probandi, non tamen ab onere pro- *non rele-*
 ponendi. Glosa in Clemen.appellant. de appella. *uat ab one*
 Ad cuius ornamentum plura scribit Felyn.in.c. *re propo-*
 cum ordinem. de rescript. Confirma validius, *nendi.*
 quia vt ante diximus, hæc præsumptio bonæ fi-
 dei insurgit ex præsumptione ignorantiae, quæ
 ignorantia non prodest, nisi allegetur.d. §. idem
 Polioni. Bald.in.l.j.C.de legib.Alexand.in.l qui
 bona. §. de illo. ff. de dam. infect.

Posseſſio.

Est † item necessaria possesſio ad vſuſcapio- *Possesſio*
 nem: sine illa quippè vſuſcapio non contingit.l. *ad vſuſca-*
 sine possesſione. ff. de vſuſcap. c. sine possesſione. *pionem ne-*
 de regulis iuris in. vi. j. licet autem feruitutes cùm *cessaria.*
 incorporales fint, non propriè possideantur. l.
 seruus. §. incorporales. ff. de acquiren. rerum do-
 minio. l. sequitur. §. si viam. ff. de vſuſcapio. quasi
 tamen possideri dicuntur. l. ait prætor. §. item ei.
 ff. ex quib. cauſ. maio. l. tertia. §. fina. ff. de vi & vi
 ar. Ideoq; possesſionis defectu feruitus nō prohi-
 betur vſuſcap. l. si quis diuturno. ff. si ferui. vend.
 sed quasi longa possesſione rerum immobilium
 exemplo, quæritur. l. apparet. §. fina. ff. de itin. act.
 pri. Directa & propria feruitus, si titulus cū bo-
 na fide concurrat (vt pauloante ipſe præter cæte-
 torum ſententiam interpretatus ſum). l. ij. C. de
 fer. & aqua. l. fina. C. de præscript. long. temp. defi-
 ciente verò titulo; quasi feruitus. l. j. §. fina. ff. de
 aq. plu. arcen. In quā ideo vtilem duntaxat actio-
 nem

nem proditam Iurisconsul. illic & in d.l. si quis diurno, tradit. Ergo quod operatur vera possessio in corporalibus, sine qua usus capio non contingit, operatur in incorporalibus quasi possessio, ut ea ad usum scapientia sufficiat. Nam & inter dicta possessoria pro seruitutibus sunt constituta. l. quoties. ij. hoc titu. secuti interdictum possidetis. l. sicuti. §. aristo. ff. si cer. vend. quod tamen non nisi possidenti datur. c. j. §. interdictum. ff. ut possid. Per quos actus autem queratur haec quasi possessio in incorporalibus, tractare per pulchrum est, & fructuosum, & duos actus necessarios reperio.

Vsus iure seruitutis.

Primus, ut quis iure illo tanquam suo sit usus, veluti in terminis nostris, ut quis sit usus iure seruitutis. l. f. ff. quemadmod. seruit. amitta. Quocirca inquit illic Castr. si per fundum tuum, quem *Declarata* publicum esse credebam, longo tempore ierim: l. licet. non tamen seruitutem acquiro, etiam per tempus, quod hominum memoria excedit: cum nullo tempore animum quasi possidendi habuerim. l. qui iure. ff. de acqui. poss. & sine possessione non procedat usus capio. d.l. sine possessione. Nec obstat si huic casui opponas. l. licet. ff. quemadmod. seruitus amittatur. expresse dicentem, malæ fidei possessorem, (quem idcirco constat non credere iure suo uti,) retinere posse seruitutem. nam ut Bartol. & alij docent in d.l. fina. quantum ad querendam seruitutem, procedit quod diximus, necessarium esse, eum qui viritur, putare se

suo

suo iure vti, non autē quantū ad quæsitā retinendam.d.l.licet Differētiæ rationē promptā video, quia facilitus aliquid conseruatur, quā de nouo producatur.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui.

Vsum autē iure seruitutis probat autore Bar. *Probatio*
in.l.j.¶.j. ff. de intin.act. pri. qui ostēdit se iusta ali *Ysus iure*
qua ratione adduci, vt credat seruitutē sibi com- *seruitutis.*
petere.l.j.¶.sed & si iure. ff. de aqua quoti. & x̄sti.
quia pater, aut procurator ei hoc dixit, vel quia
percrebuerat hic rumor in vicinia, fama quippè
non tantū iusta credulitatis causam, sed & quan-
doq; ad probationem sufficit. Accur.in.l. atqui
natura. ¶.cum absente. ff. de neg. gest. & in.l.pro-
prietatis. & vtrobiq; scriptores.C. de probatio.
Alibi tamen Inno.in.c.bonæ.de postu. prælato.
docet ex probatione actuum: qui non nisi ab eo,
cui seruitus cōpetit, possunt exerceri, planè pro-
bari aliquem iure seruitutis vsum, veluti inquit,
quia cædit arbores.

Ex hoc + priore casu inferimus per actus, qui *Aetus fa-*
hunc iure familiaritatis, nūquā acquiri quasi pos *miliarita*
sessionē incorporaliū, vt omnes cōcludunt in.c. tis iure fa-
bonæ.de postula.præla.& in.c.cūm ecclesia futri *Eli nō quæ*
na.de cauf. poss. & propr.cūm non quæratur pos *runt posses*
sessio corporaliū rerū hoc modo.l. qui iure. ff. de sionem.
acqui. posses. & incorporalium rerum possessio
ad exemplum corporalium quæratur.l.ij.C. de
ser. & aq. Ratione præterea magis concludenti:
quia ex parte eius, qui vtitur, non est animus ac-
quirendi.d.l. qui iure. nec ex parte alterius pati-
entia, sine qua quasi possessio iurium non acqui-
ritur.l.tertia.¶.dare. ff. de vſufr.l. quoties.ij.hoc.
tit.

titul. vnde si amicus gratuitam habitationem in domo amici acceperit, nō ideo ius habitationis longo vsu acquiret. l. & habet. §. j. ff. de precari. si mulieri. ff. quib. mod. vsus fru. amittat.

Scientia & patientia aduersarij.

39 Præter t̄ superiora lex desiderat in vsuscapiō. *scientia* ne seruitutum scientiam, & patientiam eius, con*aduersarij* tra quem præscribitur. l. quotiens. ij. hoc tit. l. i. §. quando in fi. ff. de serui. ru. l. si à te. ff. si ser. vend. l. ij. C. de ser-
vus capi-
one deside
retur.

Nam si præcedat titulus à tertio habitus, præscri-
beretur, etiam contra verum dominium igno-
rantem, sicut ipsius rei dominium. l. fin. C. de præ-
script. long. temp. Innoc. in. c. bonæ. de postulat.
prælat. Deinde procedit doctrina in eo, qui vult
præscribere longo tempore: nam si longissimo,
xxx. vel. xl. annis: nec scientia, nec patientia aduer-
sarij necessaria est, vt pulchrè Castrenſ. ex senten-
cia Petr. explicat in. d. l. i. j. quoniam longissimum
tempus vim habet præcedentis tituli. l. hoc iure,
§. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana & æsti. At
verò dixerit quispiam: videri sciētiā in vsusca-
pione seruitutum nullatenus necessariam, cùm in
seruitutum tractatu Pompo. nominatim dixerit
contra ignorantem vsuscaptionem procedere. l. si
partem. §. si per fundum. ff. quemadmodum ser-
uitus amit. Et Imp. rescripsit præscriptionem
longi temporis contingere nulla sciētia vel igno-
rantia expectanda. l. fi. in. fi. C. de præscript. long.
tempo. Denique illud constet seruitutes longo
tem

tempore quæri ad instar immobilium rerum.d.
l.ij. C.de serui. & aq. Immobiles autem res siue
is, contra quem præscribitur, sciens fuerit, siue
ignorans, longo tempore acquiruntur. d.l.f.i.li-
cer per in integ. restitutionem (quod notandum
est diligenter) ignoratibus succurratur. Accur.
in d. §.si per fundum.

Hæc ut breuiter tollamus, cōsiderandum est
d. §.si per fundum. loqui in præscriptione liber-
tatis aduersus seruitutem: de qua paulò post non
pauca dicemus, nos de vſuscapione seruitutis
tractamus, quæ cùm contra prædiorum natu-
ram contingat, difficilius procedit, quàm vſus-
capiο libertatis, in qua factum hominis præscri-
bentis necessarium non est, sed ex sola negligen-
tia non vtentis, procedit. Quod verò pertinet
ad d.l.f.i.C.de præscrip.long.temp. quæ dicit: in
præscriptione nullam expectandam scientiam,
vel ignorantiam. Doctores communiter eam
exponunt, vt de rebus corporalibus loquatur,
quarum vſuscapio ex vera possessione procedit,
sine qua præscriptio non potest contingere. l.f.i-
ne possessione. ff.de vſuscapio. Cùm vſuscapio
seruitutum ex quasi possessione causetur, quæ
fuit ex patientia aduersarij.l. quoties. i.j. hoc tit.
l.iij. §.dare. ff.de vſufr.l.j.in fin. ff.de ser.rustico.
quoniam igitur ignorans non dicitur pati, fie-
ri non potest, vt quæratur iurium quali posses-
sio sine scientia aduersarij.l.& Attilicinus. ff.de
seruituti.rustico.

Declar-
tus §. si
per fun-
dum.

40 Verum t̄ huic dissolutioni obstant ultima
verba dictæ l.fina. quibus significat Imper. idem

obseruandum, si res incorporeles sint, ut seruitutes, *Eodem* (inquit) obseruando, si res non soli sint, sed incorporeles, quæ in iure consistunt, veluti *Vsusfructus* & cæteræ seruitutes. Accur. in d.l.ij. cui scriptores sub scribunt communiter, respondet, hoc referri ad tempus, non ad scientiam: quasi dicat, illic idem constitui in seruitutibus, & aliis rebus corporalibus, quod in rebus soli, ut videlicet præscribantur vtræque x. annis inter præsentes, & xx. inter absentes. Non etiam respectu scientiæ, quæ licet necessaria sit in præscriptione rerum corporalium, non tamen in præscriptione incorporalium. Cæterum negari non potest, quin hæc dissolutio inferat violentiam literæ. d. l. fina. in

clausula in fine posita ad omnia præcedentia capitula referatur. l.ijj. §. filius inter medias. ff. de lib. & posthu. l. doli verbum. ff. de mniarefer ser. corrup. sed præsertim ad proximiora. l. talis tur. Scriptura. vbi Doctores ampliter. ff. de leg. j. Cùm itaque dixisset Imp. nullam scientiam, vel ignorantiam expectandam in præscriptione lo- gi temporis, statim subiungens, *Eodem obseruan- do &c.* euidens facit, nec quidem in *vfuscatione* seruitutum requiri scientiam aduersarij.

Fulg. interpres grauissimus in l. quoties, hoc tit. aliter dicit, ut scientia possessoris fundi seruientis ab initio quidem desideretur, cum aliter non possit queri possessio, quam si aduersarius sciat, & patiatur. l.ijj. §. dare. ff. de vsuf. l. j. §. fin. ff. de seruitutibus rusticorum. Cæterum postquam semel per patientiam aduersarij l. constituta est possessio, nullo iure caueri putat scientiam in
suc

successore eius, contra quem præscribitur, desiderari. Etenim iam quæsita est possessio, quam ignorantia aduersarij interpellari: interruptiq; nimis esset incongruum. Et reperientur ita (inquit) non differre hoc nomine res incorporales ac corporalibus, cùm & in his scientia primi professoris necessaria sit, non item eius, in quem perseveratur possessio. Quæ dissolutio, non ex omni sui parte vera, vim quoque infert. dicta l. finali.

Dicerem igitur, quod cùm seruitutes (ex omnium sententia) sine titulo vsucapiantur. l. si quis diuturno. ff. si seruit. vend. Aut ut ipse interpretatus sum, vtilitas seruitutis (quam Iuris-consulti quasi seruitutem vocarunt) longo tempore queratur. l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcend. negoti emergeret circa usucaptionem seruitutum, & in odium eius contra quem usucapiebantur, singularia. l. j. C. de inoffi. do. placuit legislatori, scientiam eius desiderari contra quem præscribebatur. A cessante igitur ratione, eo casu, quo rerum corporalium exemplo cum titulo usucaperetur seruitus, nec quidem scientia aduersarij, vt nec in corporalibus necessaria esset, in quibus terminis mihi videtur loqui. d. l. fi. in fi. C. de præscrip. long. temp. quam sic placet nobis nouè exponere. Nam ad eam & tota quæclarata l. stionem nostram quid aliud dici possit, non placit. C. de nè video, nisi velimus quorundam ex Neoteri-præscrip. cis sententiæ subscribere, existimantium omnes long. tem. seruitutes vel aduersario ignorante usucapi. quorum rationes enarramus in l. quoties. i. j. hoc tit.

Præscriptio libertatis aduersus seruitutem tam rusticam quam vrbam.

41

Libertas quomodo præscribatur.

Absoluta + vsus capione seruitutis aduersus libertatem, reliquum est, ut aliqua dicamus de præscriptione libertatis, in qua Bartol. & cæteri communiter concludunt, quod si præscribatur libertas aduersus seruitutem rusticam, bona fides non sit necessaria. I. sequitur. §. si viam. ff. de vsusca. cum nullum factum præscribentis intercedat. Si vero præscribatur libertas aduersus seruitutem vrbam, fides bona desideretur, quod præscribentis factum interuenire oporteat. I. hæc autem. ff. de seruit. vrba. prædio. Quo loco Doctores aliud addunt per solum non usum perdi seruitutem rusticam. Vnde & malæ fideli possessor præscribit, tametsi dominus fundi seruientis nihil fecerit contrarium seruituti, & aduersarius ignorauerit. d. I. sequitur. §. si viam. & I. si partem. §. si per fundum. ff. quemadmo. seruit. amit. licet in præscriptione libertatis aduersus vrbam, non tantum bona fides præscribentis, & factum seruituti repugnans desideretur. d. I. hæc autem. sed & quod scierte, & patiente domino fundi dominantis fecerit. I. & si forte. §. sciendum. ff. si ser. vend.

Præscriptio liber-
tatis quæ requirat.

Vt igitur certam habeamus doctrinam, scindum est in præscriptione libertatis aduersus seruitutem vrbam, quatuor desiderari. Bonam fidem imprimis præscribentis. I. si. vbi Accurs. ff. quemadmo. seruit. amit. quā cōtinuam esse oportet. Nā superueniens mala fides præscriptio nem

nem interrumperet, vt & in præscriptione libertatis personæ constitutum videmus. l. ij. C. de long. temp. præscript. quæ pro libert. opp. quod iure pontificio dubitationem nullam habet, eo quippè omni casu bona fides, & ea continua exigitur. c. fi. de præscrip. nec malæ fidei possessor vlo tempore præscribit. c. possessor. de reg. iur. in vj. Aliud obseruari scimus in præscriptione Bonam fierum corporalium, in quibus bonam fidem ad dem an esse ab initio sufficit, neque superueniens alienæ nitio adrei scientia vsus capionem interpellat. l. bonæ fidei §. in contrarium. ff. de acquir. rer. do. l. ij. §. si seruus. ff. pro empt. l. vnic. C. de vsus cap. t: ransfor. Quòd in his titulus sit necessarius. l. nullo. C. de rei vendicat. in præscriptione verò seruitutis non item. l. si quis diurno. ff. si ser. vend. nam & sine titulo omnis seruitutis utilitas (quā quasi seruitutem dicunt) longo tempore quætitur. l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. & suo loco extitit declaratum, in seruitutibusque bona fides tituli vicem obtinet. l. fina. ff. quemadmo. seruit. amit. Igitur in his deficiente bona fide interrumpitur vsus capio, sicut in incorporalibus deficiente titulo, qui si in præscribendo iure seruitutis necessarius non est. d. l. si quis diurno, minus multo existimandum est eum necessarium in libertate præscribenda. l. Arrianus. ff. de actiob. & obligat.

Requiritur secundò factum præscribētis oppositum & directò contrariū seruituti. nec enim potest videri vicinus vscepisse, qui ius aduersarij nō interpellauit. l. si quis alia. §. fi. ff. quemadmo.

Factū con
trarium
seruituti.

seruit. amitta. veluti in seruitute *Altius non tollendi*. altius sublatum ædificium. vnde si deberes mihi seruitutem *Altius non tollendi*, ne luminibus officiatur, etiam si per sexcentos annos fenestræ meæ præclusæ fuerint: si tamen tu per hoc tempus ædificium tuum depresso habueris, non amittas seruitutem. ex quo enim non altius tollis: in quasi possessione seruitutis esse videor: quæ solo tempore non interpellatur, licet eius commoditate non utar. d.l.hæc autem. ff. de ser. vrba. præ. Quo tex. in argu. dicunt Docto. quod si dominus, qui imperium, & iurisdictionem habet in certo territorio, aut vasallos plures, per centum annos steterit, quibus non exercuerit imperium, aut non imposuerit onus collectamve vasallo, non ex eo solo ius imperij aut domini perdit, nisi homines eius territorij, aut vasalli ceruices erexit, hoc est gerendo se pro liberis fecerint actus cōtrarios seruituti. l. in filiis de decurio. lib. x.C.

Liberatis iure. Tertiò desideratur, vt intentio præscribentis ordinata sit ad acquisitionem libertatis, & ita, vt qui facit actum illum oppositum seruituti, faciat non ex gratia aut necessitate, sed iure libertatis. l. qui iure. ff. de acqui. posses. Quid enim si gratiosè tibi semel concesserim, vt mea lumina obscurare possis? Et tunc constat nō ideo te constitui in quasi possessione libertatis. Innocen. in capitulo bonæ. de postulatione prælatorum. Idemque dicendum, si aliqua necessitate adactus id feceris, in refectione puta ædificij tui, si alii quot diebus velo, funibus, aut aliis appositionibus necessariis, lumina mea obscuraueris, sicuti respo

respondit Iurisconsul. de eo qui per proximi vi-
cini agrum iter fecit, propterea quod via publi-
ca interrupta esset. l. j. §. Iulianus. ff. de itinere, a-
ctuque priuato.

Desideratur postremò scientia, & patientia *scietiae aduersarij*. hoc est vsu capientem esse in quasi pos*patientia* sessione libertatis, aduersario sciente, & patien- *aduersarij*
te. l. & si fortè. §. j. ff. si ser. vend. Qui enim ædifi-
catum teneret contra debitam seruitutem igno-
rante domino prædij dominantis, nullatenus v-
sucaperet libertatem, tametsi possidens, aut de-
tinens illud prædium dominans hoc sciret, vt
hospes, vel inquilinus. l. j. C. de seruit. & aq. Quo
tex. adductus Bar. docuit occupata terra per ty-
rannum, si ciuitas vicina quicquam de territo-
rio, aut iurisdictione illius terræ usurpauerit,
non currere contra populum præscriptionem.

42 Hæc + omnia ut dixi necessaria sunt ad præ- *libertas*
scriptionem libertatis contra seruitutem vrba- *ruficæ ser-*
nam. Quod si tractemus de præscriptione liber- *uitatis quo*
tatis aduersus rusticam, bonam fidem Doctores *modo præ*
non exigunt, sed spectari duntaxat volunt negli *scribatur.*
gentiam aduersarij, nō vtentis lōgo tempore. d.
l. sequitur. §. si viam. Accur. in l. f. ff. quēadmo.
seruit. amit. Etiam si dominus fundi seruientis
nihil fecerit contrarium seruituti. Idēmque in
seruitute personarum sus, puta aut susfructus.
l. sicut. C. de seruit. & aq.

Differentiæ rationē Bart. & alij prodūt: quia
in præscriptione libertatis aduersus vrbanā, ho-
minis factū necessarium est: ideo & bona fides re-
quiritur. in præscriptione verò aduersus rusticā

nullum factum hominis interuenire oportet. meritò bona fides necessaria non est. Quæ ratio, licet ab omnibus probetur, mea sententia non concludit, requiritur factum: ergo bona fides. nec enim quicquam habet commune factum cum bona fide. Præterea d. §. si viam. qui bonam fidem in præscriptione libertatis aduersus rusticani non exigit, non se fundat quoquo modo in facto hominis, sed ea ratione nititur, quia non intelligitur possideri ius incorporale, nec de via quis mero iure detruditur.

43 Fui quandoque in noua sententia † ut perpetram loquantur Doctores, dicentes libertatem contra rusticam seruitutem vſu capi, cùm Iuris-consulti præscriptionem libertatis in seruitutibus vrbaniſ duntaxat considerent, rusticas autem dicant non vrendo perire. d. l. hæc autem. ff. de seruit. vrba. l. sequitur. §. libertas. ff. de vſu capio. Et quoniam sine possessione, & ea quidem continua, non procedit præscriptio. l. iiij. & l. naturaliter. & l. sine possessione. ff. de vſu capio. atqui ex parte eius qui debet seruitutē nullū factū interuenit, atq; ideo nulla possessio, ergo nec vſu capio. Vſu capitur autē libertas in seruitutibus vrbaniſ, quia factū intercedere oportet. d. l. hæc autē. quod in seruitutibus est loco possessionis. l. seruitutes quæ in superficie. ff. de ser. vrbaniſ.

Diversitatis ratio reddi potest, quia in seruitutum vrbaniarum conseruatione, non priuatum duntaxat commodum versatur eorum, quibus debetur seruitus, sed & reipublicæ, cuius interest ædificiorum pulchritudinem conseruari, vt publi

publicus aspectus honoratior sit, & non defor-
metur.l.j. §. si quis nemine.& l.final.ff. ne quid in
loc.pub.l.ij.C.de ædif. priuat.In seruitutum au-
tem rusticarū tuitione priuatorum vtilitas tan-
tummodo versatur, meritò vrbanæ difficilius
rusticis amittuntur. Accur.in.l.sed cui viæ.ff.de
pignorib.Præterea, ex quo ad vsum seruiturum
rusticarum factum eius, cui seruitus debetur, ne-
cessarium est, verbi gratia in seruitute *itineris*,
actus, *viæ*, & similiū ad vsum verò vrbanarum
non est necessariū, patet in seruitute mihi debita,
Ne meis luminibus officiatur, *Ne altius tollatur*, & cæte-
ris.Id genus seruitutes rusticæ pereunt non vten-
do, cùm iam cōstet euidenter de negligentia non
vtentis, vt in ijs qui nundinis impetratis à prin-
cipe decennio vſi non sunt.l.j.ff.de nundi. Serui-
tutes verò vrbanæ non pereunt, nisi vſucapiatur
libertas.nam ex sola cessatione non potest dici ne-
gligens, cui debebatur seruitus. Quocirca aliud
necessarium fuit, vt in negligentia cōstitueretū.
At verò dices *Aquæductus* seruitutem rusticam,
ad cuius vsum non oportet interuenire factum
eius, qui habet seruitutē:& *Tigni immittendi* vrba-
nam, ad cuius vsum è diuerso factum eius, cui de-
betur necessarium est.d.l.seruitutes quæ in super-
ficie.ff.de ser.vrb.Respondeo in seruitute *Aqua-*
ductus necessarium esse factum, non quidem vt
aquam fluere faciat, quandoquidem ea perennis
est:& perpetuò suapte natura fluit.l.j. §. quam-
quam.ff.de aqua quot.& æsti. sed vt ducatur, mo-
do ad vnum, modo ad alium locum: ad commo-
ditatem & voluntatem eius, qui seruitutem ha-

bet. quod verò pertinet ad seruitutem *signi immobili*, *Projiciendi*, & similes, fateor factum in eiusmodi seruitutibus ab initio necessarium: nō item ad usum constitutæ seruitutis. Itaq; verissimum videtur contra Doctores præscriptionem libertatis aduersus rusticæ seruitutes nullā esse, cùm sola negligentia non potenter pereant, & extinguiantur, atq; ideo rectius dici extingui seruitutē.

44. Sed & respectu bonæ fidei, t̄ quam scriptores *Bona fides* desiderant in præscriptione libertatis contra seruitutem in prævitudinem urbanam, ab omnibus iure, meritoque *scriptione* dissentio, bonam fidem hoc casu nō necessariam *libertatis* existimans dicto §. si viam. cuius ratio urbanæ aduersus etiam seruituti conuenit. Et quia iura omnia, *urbanam* quæ de bona fide explicitè, vel implicitè, in materia seruitutē ria seruitutum agunt, dubio procul loquuntur, cū tractatur de præscriptione odiosa seruitutis.

desideretur. l. si. ff. quemadmodum seruitus amittatur. non item cūm de acquisitione libertatis, quæ fauorabilis est. Vnde lex Scribonia, quæ seruitutū ususcapionem inhibuit, in ususcapione libertatis nō potuit intelligi. l. sequitur. §. fin. ff. de ususcapio. Eadem quoque ratione dicimus in præscriptione rerum corporalium, cūm sit odiosa, bonam fidem desiderari. l. i. j. §. si seruus. ff. pro empt. l. vnic. C. de ususcap. transfor. sed hæc non inferunt in præscriptione libertatis itidem exigi bonam fidem, cum diuersa sit ratio. per hanc quippe res

Lex corre- ad naturalem suam libertatem reponitur. proinde *etoria quæ* de fauorabilis, & omnino extendenda, sicuti Doctores docent de lege correctoria, t̄ vt Licet ea datur. non extendatur, etiam ex maioritate rationis.

Aut.

Aut: quas actiones. C. de sacro sanct. ecclesi. Ac cur. in l. tam is. §. j. ff. de donatio. cau. mort. & in §. j. de administra. sac. pal. coll. iij. si tamen lex noua corrigens reduceret nos ad ius antiquum: extensione recipere, quia cum res de facili ad suam naturam redeat, materia fauorabilis censemur. Glos. in c. statutum. de præbend. in vj. odia au tem restringi, fauores ampliari conuenit. l. ctim quidam. ff. de liber. & posthu.

Nec obstat nostræ + sententia. l. j. C. de seruit. & aqua. in qua verius est tractari de prescriptio ne seruitutis. quippe volebat ædificans tempore querere seruitutem, ut altius contra veterem ædificiorum formam ædificatum habens, vicini lumibus officeret. Non item me mouerit l. i. j. C. de long. temp. præs. quæ pro libert. oppo. ex qua dicebat Ange. probari in præscriptione libertatis contra seruitutem, non tantum bonam fidem, sed & bonæfidei continuationem necessariam. Etenim loquitur in præscriptione libertatis personæ in qua singulariter hoc constitutum est, summaque ratione, nam si in ea bona fides non esset necessaria, possent servi omnes se subtrahendo dominos potestate dominica priuare. Ioannes Coras. Tolosas Valentia. ij. Martij. 1546.

Explana
ta. l. j. C. de
ser. & aq.

S. SERVITVS.

¹ Species huius §.

² Religioso adhærens an reli giosum.

3 Adhærens, cōnexū, conti-

guum, & accessorium.

4 Exposita liter.

Ius

- 5 Ins quod exerceri non potest, tempore non amittitur.
 6 Via publica cur non perdatur non vendo.
 7 Declarata d.ij.ff.de via p.
- 8 sepulchra an sine nostri miny.
 9 Locus quomodo fiat religius.
 10 sepulchrum & monum-

Seruitus itineris ad sepulchrum priuati iuris manet. Et ideo remitti domino fundi seruientis & acquiri & iam post religionem sepulchri hæc seruitus potest.

species.l.



- 1 Eruitus itineris. Repetenda t sunt hic ad euidentiam que Martia.scribit de locis sacris, & religiosis, in l. intantum.ff.de rerum diuisio. Dicitur autem hoc loco (ut textus nostri speciem breuiter proponamus) si cum monumentum haberem in fundo meo corpus mortuum, seu cadaver defuncti puta patris, aut filij mei intulerim, & ita locum religiosum fecerim, post hanc sepulchri religionem possum a te vicino itineris seruitutem querere & ante quæsitam pacto remittere.
- 2 Dubitandi ratio esse poterat, t quia quæ religiosis adhæret religiosa sunt.l. quæ religiosis ff. de rei ven. Iter adhæret sepulchro.l. si quis sepulchrum.ff. de religio. atq; ita loco religioso.l. instantum. §. fina. ff. de rerum. diui. ergo non priuati iuris est, sed religiosum. Indeque aliud sequitur, non posse super eo contrahi.l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verborum obligation. minusque semel impositam seruitutem pacto remitti, cum ius

ius publicum priuatorum pactionibus non lædatur. I. ius publicum. ff. de pactis. cum tamen responderit hic Iul. Paul. & acquiri post sepulchri religionem, & remitti posse.

Hic pro dissolutione negandum est † iter adhærere sepulchro, licet autem cōtiguum sit prophanum non item religiosum, censeri debet. I. si adhærens sepulchrum. C. de religios. vt merito priuati iuris id manere dicat hoc loco Iuriscons. quandoquidem nec totus, qui sepulturæ destinatus est, rium di-locus sit religiosus, sed quatenus corpus huma-num est. I. ij. §. vt autem. ff. de religio. Aliud porrò est, quid adhærens esse, aliud connexum, aliud contiguum, & aliud accessorium, vt Albe. explicat in. d. l. quæ religiosis.

4 Remitti. Potest iter † sepulchro debitum pacto Declarata remitti: negligentia verò, hoc est nō vtendo nun l. iter. quam amittitur. I. iter. ff. quemad. seruitu. amitt. quod speciale fauore religionis Veteres putaerunt. I. sunt personæ. ff. de religio. vt & singulariter fauore publico constitutum dicebant viam publicam non vtendo populum non amittere. I. ij. ff. de via pub. Quibus cum minime sentio: venius existimans, quod ante nōs non pauci præfserunt, ideo non vtendo iter ad sepulchrum non amitti, quia ius illud itineris non nisi rarissimè, nempe in morte exerceri poterit. neq; enim ad sepulchrum itur, nisi cum quis ex familiâ moritur. atqui contingere potest, vi † nullus ex suis xxx. aut xl. annis vita sit defunctus, atque ita causam eundi oblatam non fuisse. inaeque. I. cum ieiunus. §. illud. de agrico. & cenit. lib. x. C. Quare inqu

inquit Castren. si occurreret casus frequentissime in aliquibus de familia, ut morerentur multi, quos alibi sepeliisset, posset sic non vtendo, amittere, sic limitans. d.l iter. aliter non vtendo non amittet. Hinc singulariter Iacob. de Rau.

Merū im- Alber. & alij in d.l iter, inferunt, quod si merum imperium habes eo vti cessauerit spacio centum *periū quā* annorum, pro eo quod non sese casus obtulit, *do nō vtē-* non ideo per non vsum illud amittat, cum nulla *do nō amit* cōsiderari possit culpa, aut negligentia non vtē-
tatur. tis. l. & Attilicinus. ff. de ser. rusti. Idemque cen-
fendum si canonici per centū annos cessauerint
eligere prælatum, quia non occurrit casus. nam
prælato postea moriente, ius eligendi sine cōtro-
uersia exercebat. l. in filiis. de decurio. lib. x. C.

6 Quod verò † pertinet ad l. ij. ff. de via pub. di-
Declarata centem viam publicam à populo non vtendo,
l. ij. ff. de nō amitti, licet Accur. & sequaces hoc publicæ
via pub. vtilitatis fauore constitutum dicant. verius ta-
men videtur nullum fauorem illic à lege confi-
derari, † sed id propterea constitutum, quod fa-
cultati simplici, quæ in actum deducta ius in iu-
dicio (vt aiunt) deducibile non producit, nul-
lo tempore præscribatur, veluti facultati eundi
ad sanctum Iacobum: aut per viam publicam,
qui casus noster est, quamquam facultati, quæ
ius in iudicium exercitabile in actum deducta
producit, sicut iuri agendi longissimo tempore
præscribatur, verbi gratia, inquit Ange. l. eru.
in d.l. ij. facultatis simplicis est adire hæreditatē.
Hæc autem facultas si in actum deducatur, quia
adeatur hæritas, ius actionis in iudiciū dedu-
cibi

cibilis: nempè petitionis hæreditatis producit.
& ideo, ei longissimo tempore præscribitur. l.
licet. C. de iur. delib. Hac quoque ratione facul- *Facultati*
tati offerendi spatio xxx. anno. præscribitur. Ac- *offerendi*
cur. in l. cum notissimi. C. de prescrip. xxx. anno. *xxx. ann.*
quia licet sit simplex facultas, tamen simulatque *præscribi-*
debitor pecuniam debitam *creditori* offert: pa- *tur.*
rit illa oblatio pignoratitiam actionem, quæ si-
nedubio in iudicio exerceri potest. Sicut igitur
actioni pignoratitiæ, ita potentia, & facultati
offerendi longissimo illo tempore præscribitur.
Fundi seruentis. Contrà + seruitutes non consi-
stunt, nisi interuentu duorum dominorum, do-
mino prædij dominantis, & domino fundi ser-
uentis. l. j. ff. com. prædio. Atqui non potest hic
dominantis fundi dominus considerari, cùm pre-
diuum dominans sit sepulchrum: sepulchra autem
dominij nostri non sint. l. j. ff. si ser. vend. cum re-
ligiosa existant. l. si sepulchrum. C. de religio. at-
que ita vñibus nostris adempta. l. intantum. §. f. ff.
de rer. diuinfo. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de
verb. obli. Effundūt ad dissolutionē huius diffi-
cultatis dd. plura, nec admodū probabilia. Ego *Sepulchra*
paucis me explicō, quod sepulchra dominij no- *an sint in*
stri non sint propriæ, verum est. d. l. j. ff. si ser. vñd. *dominio*
Cæterum quasi dominium quoddam habere vi- *nostro.*
demur propter ius illud inferedi mortuū, quod
in sepulchrīs habemus, quódque omne ius, &
vtilitatem sepulchrorū continet, vt merito pro-
banda sit Veterū sententia, qui eo nomine actio-
nem vtilem confessoriam cōpetere volunt. Pla-
cent. in summa titul. de actio. in instit. quasi do-
min

minium autem sufficere ad constitutionem seruitutis, omnes ex l. iij. hoc tit. tradunt, licet habens ius in re duntaxat, ut fructuarius seruitutem fundo non acquirat. l. sed & si quid. j. §. finali. ff. de usufructu.

*Locus quo-
modo fiat
religiosus.*

Religionem sepulchri. Hoc est, illationē † cadaueris in locum sepulturæ destinatum, quo dūtaxat modo locus fit religiosus: neque enim intelligendum est locum, simulatque sepulturæ deputatus est, religiosum fieri, aut sepulchrū dici, sed † monumentum appellatur: in quod si corpus, vel reliquiae inferantur, fiet sepulchrum. l. monumen- tū. ff. de religios. & ita illatione reliquiarum, seu cadaueris, non destinatione, locus fit religiosus. l. intātum. §. pe. ff. de rer. diuisio. §. religiosum, illo tit. in instit. Valentiae. iiiij. Martij. 1546.

§. P V B L I C O.

- | | |
|--|--|
| 1 Publicus locus, qui, & qui sacer. | dis usurpetur. |
| 2 species. §. | 9 Extrema probant medium. |
| 3 Medius locus, quando seruitutem impedit | 10 Possessio continua probatur probatis extremis. |
| 4 Navigare per flumen publicum possumus. | 11 Praescriptio quomodo probetur. |
| 5 Via publica non impedit dominij acquisitionem. | 12 Emphyteuta quomodo probet solutionem pensis. |
| 6 Accursus sententia noua ratione ab omni morsu defensa. | Civitas non concedit priuato aquam per viam publicam ducere. |
| 7 Medium vitiosum destruit extrema. | 13 Princeps nemini vult in ferre iniuriam. |
| 8 Medium quid & quot mo- | Rescri |

- 14 Rescriptū principis quādo refutandum.
- 15 Indices miseri literas instas protinus exequuntur.
- 6 Publicus locus cur sicut sa-
- cer nō impediat seruitutē.
- 17 Ieiunium quādo fieri debat, si occurrat vigilia die dominico.
- 18 Seruitus quandoque commoditatem notat.

Publico loco interueniente vel via publica
Haustus seruitus imponi potest: Aquæ
ductus nō potest: A principe peti solet, vt
per viam publicam aquam ducere sine in-
commodo publico liceat. Sacri & religio-
si loci interuentus etiam itineris seruitutē
impedit, cum per ea loca seruitus nulli de-
beri possit.

Publico loco. Præfari t̄ hic debent Ty- Publicale
rones publica loca ex Labeonis, & ca.
Vlpiani sententia dici, quæ publico
vsui destinata sunt, vt insula, forum,
platea. l. iij. §. publici. & §. ad ea. ff. ne quid in loc.
pub. Loca verò publicè cōsecrata, hoc est à prin-
cipe dedicata, vel ab eo, cui princeps dedicandi
dederit potestatē sacra nūcupari. l. sacra. ff. de rer. sacra lo-
diuīsio. religiosa autē fieri illatione cadaueris. l. ca.
intantū. §. pe. illo tit. & mox extitit declaratum.

2 Species t̄ ad hunc tex. plana est. Habebamus vi- species l.
cina prædia, inter quæ tamen erat media via pu-
blica, cōstituisti mihi seruitutē Haustus aquæ, hoc
est, aquæ hauriendæ ex puteo, aut fonte prædijs
tui ad vtilitatē, & cōmoditatē mei. Quæstionis

erat, num ea seruitus constitui posset. Responsum est eam seruitutem imponi posse, licet seruitus *Aquæductus*, hoc est aquæ ducendæ per fundum tuum ad fundum meū, impediente medio loco publico, non ita constitueretur. Quare hoc casu solet, inquit Iul. Paul. à principe postulari, ut sine publico incommodo aquam per viam publicam ducere liceat. Sed nunquid intermedius locus, sacer, aut religiosus, *Haus* *tus aquæ* seruitutem impedit? quod primum videatur argumento sumpto, de publico loco ad sacram: cæterum in contrariam sententiam concessit Iuriscō dicens, non tantum facri loci, aut religiosi interuentū, *Haus* *tus aquæ* seruitutē impedit, verū etiā *Itineris*, quandoquidē per ea nulla seruitus, nullaque vtēdi cōmodias, deberi potest.

3 Ratio dubitandī ex eo dessumitur quod *Medium* solet, medium prædium quod non seruit, impeditre quamcunque seruitutem. l. qui sella. §. fi. quādo impedit seruitutem. cum non seruiat, videbatur esse impedimento constitutioni seruitutis, *Haus* *tus aquæ*. Verū hæc regula in priuatis prædijs vt cunque obtineat, in publicis vera non est, quæ intermedia nec *Haus* *tus aquæ*, nec *Itineris*, nec *Actus*, nec *Via* constitutionem impediunt. l. si prius. §. via publica. ff. de aq. plu. arcend. sola seruitus *Aquæductus*, prohibetur imponi publico loco interveniente, ut hic. Expedita ratione, quoniam huius usus sine loci publici damno, & incōmodo haberī inequit. cū quippe locū quo aqua ducitur, occupari necēsum

sum est, cū tamen solū publicū liberū esse debeat.
 l.f. in prin. hoc tit. *Hauslus* verò *Itineris viae*, & si-
 miles seruitutes, sine locorū publicorū interme-
 diorū detrimento exercentur, haustam quippè
 aquā ex fonte, aut puteo fundi tui, per viā publi-
 cā interuenientē ad prædiū meum seruis, aut iu-
 mentis, deportari faciā sine vlla publicæ viæ læ-
 sione, cū per eā ire & agere omnimodo mihi li-
 ceat. Qua ratione & si locus mediū flumē publi-
 cum esset, si tamen illud vado, vel ponte transiri
 posset, rectè seruitus imponeretur. d.l. si prius. §.
 via publica. nā vt via publica, itineréve publico
 4 ire agere licet. l. ij. §. fi. ff. ne quid in loc. pub. t. ita
 & in flumine publico, nauē, ratém ve agere, nauigare & libere (si vado transiri potest) ire conce-
 sum est. l. j. ff. vt in flu. pub. nauig. lic.

Ergo quod dicitur medium prædium quod
 non seruit, impedire seruitutem dicta l. qui sella. §. fin. in publico prædio non obtinet, sed
 in alijs, & in ijs omnibus, res certis doctrinis
 temperanda est, & concludenda. Prima, vbi *Seruitus*
 seruitus rustica, aut urbana, nihil exigit fieri quādo per
 in loco medio, nunquam impeditur, siue locus mediū lo-
 mediū priuatus sit, siue publicus, siue sacer, cū impe-
 religiosusve, siue profanus. l. in tradendis. §. in- diatur.
 terpositis. ff. de ser. rust. l. loci corpus. §. fin. ff. si
 ser. vend. Vnde t. inquit Bartolus in dicta lege,
 qui sella. §. finali. licet sit inter fundum tuum, &
 meum, prædium vicini medium, si tamen per
 viam publicam potest de tuo ad meum iri, re-
 ctè seruitus cōstituctur. l. fi. in prin. hoc tit. quia
 per medium locum non est necessum quicquam

fieri. Hinc à contrario patet, quod si per locum medium, non nihil ad usum seruitutis fieri deberet, impediretur seruitus. d.l. qui sella. §. fin. donec prædium illud intermedium quæratur. d.l. in tradendis. §. interpositis. Altera doctrina, sacer locus intermedius, si loco medio ad usum seruitutis uti oportet, seruitutem impedit, hac l. in fin. & l. si prius. §. sacro. ff. de aq. plu. arc. Ratio, quia quod sacrum est, humanis usibus adeo est ademptum. l. j. ff. de rer. diuisio. ut nulla partium conuentione, in priuatorum usus conuersti possit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligationi.

Tertia, locus publicus medius, in quo etiam ad seruitutis usum non nihil fieri oportet, seruitutem non impedit, si uti eo loco medio possumus, sine incommodo publico, ut hic, & d. §. via, quod iam *Hauslus aquæ, Itineris, Via, Cætus, cæterarūmque similiū seruitutum exemplo, declaratum extitit.* Hinc quarta doctrina liquet, publicus locus medius, in quo aliquid ad usum seruitutis faciendum est, si illud fieri salua publica utilitate nequit, seruitutem impedit. d. §. via publica. & hic ratio est evidens, quia priuatorum pactionibus, publicum ius lædi non potest. l. ius publicū. cum vulg. ff. de pact. Quare ut re exemplis manifestemus, si constitueres mihi seruitutem *Tigni immittendi*, cum inter ædes nostras via publica media esset, hic publicus locus medius impedit seruitutem. Nam si trabs ex edibus meis in tuas immittatur, utique contegetur solum publicum. Cum tamen cœlum, quod supra id est,

est, liberum esse oporteat. l. fin. in princ. hoc titu.
 Sic si seruitutem *Aquæductus* mihi constituas, &
 rium in medio loco publico extruvi sit neces-
 sum, vt de tuo fundo ad meum aqua ducatur,
 inutilis erit constitutio, præterquā si à principe
 hoc interpretaretur, vt hic, & l. si in publico. ff.
 de aqua pluuiia arc. Ad hæc annotandum, publi-
 cam viam non impedire acquisitionem dominij
 quæ fit iure gentium per alluisionem. l. Martius.
 ff. de acqui. rerum dominio. hæc Doctores.

⁶ Ceterum tūtumque verum sit, quod illi tra-
 dunt, in locis sacrīs, religiosis, & publicis. In pri-
 uatis Accur. in d. §. interpositis. breuius docet,
 in rusticis seruitutibus medium prædium, quod
 non seruit, impedire seruitutem. d. l. qui sella. §.
 fin. in vrbaniis verò non item. d. l. in tradendis. §.
 j. & l. & ideo. ff. si ser. vend. modo ædes sese inui-
 cem respiciant, vel mons in medio non sit. l. si
 ædes. ff. de ser. vrb. præd. Quam sententiam diffe-
 rentiamque inter vrbana & rustica prædia, alij
 omnes damnent licet, ego recipio, cum & verbis
 Iurisconsulti mirificè applaudat, & probabi-
 lem habeat diuersitatis rationem. cùm enim to-
 ta substantia seruitutis in fundi dominatis com-
 moditate & vtilitate versetur. l. si ædes. ij. & l. se-
 quent. ff. de seruitutibus vrbaniorum. l. ergo. §.
 finali. ff. de seruitutibus rusticorum. quæ per me-
 dium fundum in rusticis prædijs cessat, impedi-
 tur merito seruitus dicta. l. qui sella. §. finali. ne-
 que enim per alterius fundū ire agere, aut aquam
 ducere licet. Hæc autem ratio in prædijs vrbaniis
 cessat. si enim inter meas & Titij ædes tuæ inter-

cedant depresso, potest Titij ædibus seruitus imponi, ne altius tollat. Est namque seruitus mihi utilis, donec tu non extollis. d. l. & ideo, propter communicationem aëris, quæ mihi fit iure naturæ. l. j. & l. quædam. ff. de rer. diuisio. Neque mihi videntur Doctores ab hac sententia, nisi verbo dissentire, cū in d. §. interpositis. scribunt non esse cum Accursio inter rustica prædia & urbana differentiam constituendam, sed id tantum considerandum, an prædium medium seruitutis commoditatem impedit, ut tunc impediatur quoque seruitus ipsa, alioqui non.

*Medium
inhabile
viciat ex-
trema.*

Ex prædictis illud generale notandum † est, quod licet dici soleat, medium sapere naturā extremitorum. l. si verò. §. sed & si quis. ff. de his qui deiec. vel effud. medium tamen inhabile, extrema viciat. d. l. qui sella. §. fina. & l. i. j. §. quod diximus. ff. si quis cautio. vnde alibi Bald. in l. si auia. C. de iur. delib. medium inquit non conueniens extremis, impedit qualitatem extremitorum. l. tria prædia. ff. de seruit. rustico. l. fin. C. de natur. lib. Medium autem in proposito, appellari ignorat nemo, quicquid est inter duo extrema: licet non æqualiter distet. l. i. j. §. adiectio. ff. ad le. Cornel. de siccari. l. diuo Marco. C. de quæsti. Contractio re tamen vocabuli significatione scio, † Medium propriè dici, quod dimensum æqualiter ab extremitis distat, vt Aristoteles in Ethicis diffinit. usurpatur quoque pro eo quod est inter duo contraria tertium, quemadmodum inter voluntatem, & noluntatem, vt ita dicam, seu contradictionem, patientia. l. j. §. scientiam. ff. de tributor. inter

inter auarum & prodigū (vt Cicer. in offic. tradit.) liberalis, inter vitia, virtus. nam & Horat. sic eam finiuit:

Virtus est medium vitiorum, utrinque reductum.

Et alio loco:

*Est inter tanain quiddam sacerūmque riselli,
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultracitraque nequit consistere rectum.*

Quōsque si nō sequamur, cōtinget dubio procul, quod & idem Horat. alibi præmonuit, vt:

Dum vitant stulti vitia, in contraria currant.

Circa vero extrema sciendum, quædam esse locorum, de quibus nonnulla attigimus, quædam temporum: & in his obseruanda est hęc doctrina. ¶ Probatis extremis, medium præsumitur. c. in die. in fi. de consec. distin. v. gl. in c. accedens. de cōtier. coniug. & in c. quia sunt. xxvij. media pre 10 distin. Quocirc. ¶ in materia præscriptionis, ad sumuntur. probandam possessionem continuam, sufficit extrema probare, principio videlicet & fine temporis, quem possedit. l. i. mater. C. ne de stat. defuncto. l. fin. C. de præscri. long. temp. gloss. in c. volumus. xvj. q. iij. latè Fely. in c. licet causam. de proba. ¶ & hoc est, quod vulgo dici solet, ad probandam præscriptionem satis esse initium possessionis, & complementum præscriptionis probare. gloss. Panor. & omnes in c. cum eccllesia sutrina. de caus. posses. & pro. Bartolus, & alij in l. Celsus. ff. de vscacion. Quod sane recipiendum est, in præscriptione decennij. seclus vero in præscriptione xx. vel xxx. annorum. hoc quippè casu, initium cuiuslibet de-

cennij probare oportet. Alexā. & alij in d.l. Cel-
sus. quia ciuilis possessio, quæ animo retinetur,
& quæ sola ad præscriptionem sufficit, non præ-
sumitur vltra decem annos durare, nisi constet
de possessione naturalis rei. l.furtum. §. fundi. ff.
de vñscap. l.peregrè. ff.de acquirend. possession.

- 12 Mathesill. pulchrè not.cxvij. Cùm t̄præterea ex
probatione extremorum resultet probatio me-
dij.d.c.in die.infertur, quod si emphyteuta pro-
bet solutionem pensionis factam pro primis &
vltimis annis, præsumatur soluisse medio tem-
pore.l qui cunque.de apo.pub.lib.x.C. Alber. in
l.vnic. §. j.in fin. ff.si quis ius dicent. Sed iam tem-
pestuum est, vt ad literam reuolemus.

Interueniente. Id est, intermedio , & interiecto
inter prædium dominans & prædium seruiens.

Imponi potest. Quia ad vsum seruitutis *Hausus*
nihil nouè fieri oportet, quod ante non licuerit.
etenim licebat antea ire agere, per locum publi-
cum:merito locus ille interueniens non impedit
seruitutem, quæ sine eius detimento exerceri
potest.

Non potest. Huius enim seruitutis vñs sine loci
publici insigni incommodo haberri nequit: cùm
vraqua ducatur, riuum illic extrui, atque ita lo-
cum quo aqua fluet occupari oporteat. Solum
autem publicum liberum esse debet.l.fi.in prin.
hoc tit. que omnia fusius à nobis paulo ante tra-
ctata fuere.

- 13 *A principe.* Ergo non t̄ ab alio, etiam summo
magistratu. l.prohibere, §. planè. ff.quod vi aut
clam. & quoniam expressio principis, vt & alte-
rius

rius cuiusuis personæ inclusio, cæteras excludit.
 I. maritus. C. de proc. vniique personæ cōcessum,
 cæteris denegatū intelligitur. I. cum prætor. ff. de
 iud. Quod expressius docet Iabole. in I. si in pu-
 blico. ff. de aq. pluu. arc. *sine permisso principis* (in-
 quit) aqua per viam publicam duci non potest. Recti-
 simè itaque annotarunt hinc Ang. & Fulgo. ne-
 minē præter principem, etiā Rem publicā ciui-
 tatis concedere posse priuato, vt aquam per viā
 publicam ducat, aut alio modo publicum locū
 occupet. etiam inquit Ang. si occupatio non sit
 nocuia. Quod memoria teneri iubet, contra eos *scalæ non*
 qui initia scalarum constituunt in via publica, *possunt in*
 vt per eorum gradus scandantur ædes. hoc enim *via publi*
 magistratu etiā cōcedente nequeūt: quādoquidē *ca extrui*.
 magistratibus locorū publicorū procuratio nō
 etiam concessio data est. d. l. prohibere. §. planè.

14. *sine incommodo publico*. Hic est † honestus mo- *supplicari*:
 dus supplicandi principi, vt quod petimus, no- *quo pacto*
 bis concedat, citra tamen alterius incommodū: *debeat*
 non autem impudenter postulare non petenda, *principi*,
 vt nobis non concedenda concedat. hac autem
 inuercunda potentium inhiatione, cum fre-
 quenter sese constringi animaduerteret prin-
 ceps, atque ita vt ob importunitatem impetrant-
 rum cogeretur, quodammodo non conceden-
 da tribuere. I. j. de petit. bo. subla. lib. x. C. c. fina.
 de rescrip. in vj. c. cum in iuuentute. de purg. ca-
 no. generaliter constituit, in huiusmodi prohi-
 bitis impetrare, † rescripta, quæ à se ad aliorum
 postulationem emanant, nulla esse, vt quæ magis
 per mendacium & importunitatem potentium,

quām ex principis voluntate obtenta esse credantur. l. f. C. si nup. ex rescr. petant. & d. l. j. Cum enim princeps sua concessione neminem lādere, nulliq; velit inferri iniuriā. l. impuberi. ff. de administ. tut. l. nec auus. C. de emancip. lib. si ius iniquum concessit, censetur id fecisse ad partis instigationem. c. ex parte. j. de rescript. non ut alij damnum inferat. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loc. pub.

Concessio An autem in proposito, si concedat princeps, principis vt mihi liceat aquam ducere, possim ego etiam an cū alte- cum publico incommodo ducere, considerandi rius in- sunt breuiter duo casus. Primus, cum concessio modo in- simplex est: vt possim aquam ducere per viā pu- telligatur. blicam, & tunc per prædicta interpretabimur concessionem à principe ea lege factam videri, ne publicum incommodetur. d. l. ij. §. si quis à principe. Alter casus, vbi concessio aperta est: quia concessit mihi princeps, vt liceat etiā cum incommodo publico aquam ducere, & tunc si quidem damnum reipublicæ modicum est, valet concessio. l. quoties. C. de precibus. Impe. of fer. si verò magnum, & insigne, inutilis erit. d. l. quoties. nisi forte inquit Fulgos. princeps ex cer ta scientia, & cum clausula debita non obstantium, concederet, cum magno etiam incommodo iuxta not. in l. præscriptione. C. si contra ius. Ego verò hoc quoque casu Imperatoris consilium sequutus, rescriptum, si iudex essem, refutarem: cum sit contra ius, & manifestam iniquitatem contineat. l. rescripta. C. de precibus Impe. offer. c. rescriptum. xxv. q. ij. donec saltem se- cundus

eundus principis iussus emerget, principe per
me cōsulto. §. & hæc verò iubemus vt nulli iud.
15 coll. ix. miserōsque cum + Accursio, ne dicā ipse
execrādos, atque pessimos eos iudices puto qui
propter sedis apostolicæ, Imperatoriaæ, aut regie
maiestatis reuerentiam, literas quascunque prin-
cipis, manifestam etiam iniustitiam cōtinentes,
simulatque illis oblatæ sunt, exequuntur: non
audentes (Pilatino timore percussi) re tam nefar-
ia, vel tantillum temporis supersedere, quo in-
terim princeps consuli possit. Accur. in l. puni-
ri. C. si contra ius. & in. §. deinde competens. de
mand. prin. col. ij. De his plenissimè Canonistæ
in c. si quando. de rescrip.

Pilatinus
timor.

Interventus. inter prædium seruiens, & præ-
dium dominans.

16 *Itineris.* Plus + potest ad impedimentum serui-
tutis mediūs locus sacer, aut religiosus, quām
interiectus locus publicus. cūm hic nō impedit
Hausius Itineris, similēsque seruitutes cōstitui, vt
hic. sacro verò religioso, aut sancto loco inter-
ueniente, nulla seruitus constituitur. l. si prius. §.
si. ff. de aq. plu. arc. Differentiæ rationem ad ini-
tiū huius §. attigimus, quia medio loco ad vsum
seruitutis vtendum est, at qui loco sacro sancto,
aut religioso, modo nullo vti possumus. d. §. fin.
cum sint hæc loca diuini iuris. l. j. l. instantum. l.
quædam. & l. sacra. ff. de rer. diuifio. Ideoque hu-
manis vſibus adempta. l. inter stipulantem. §. sa-
ceram. ff. de verbo. oblig. locis autem publicis se-
cundum eorum naturam, vnuſquisque vtitur. l.
si per agrum. C. de seruit. per iter quippè publi-
cum

cum & viam publicam vadimus & agimus, libe-
rè per flumen publicum nauigamus, amnemque
vado traiicimus. l. ijs. si. ff. ne quid in loc. pub. l.
j. ff. vt in flu. pub.

17 *Impedit.* Medius † locus sacer, aut religiosus
seruitutē impedit. quo circa cum bonū sit argu-
mentum de loco ad tempus. l. vinū. vb̄ plenissi-
mē scriptores. ff. de reb. cred. l. fin. ff. de triticar.

Festus Videretur prima fronte dicendū, quod si festus
dies occur aliquis dies vigiliam habens, die lunæ occurrat,
rens die non debeat die sabbati vigilia iejunari. contra
luna an c. j. de obserua. ieunio. Debet quippè vt illic
habeat vi Glossator argumētatur, dies sabbati seruitutem
giliā sab- diei lunæ. dies itaque dominicus illā seruitutem
bati. impedire debet, sicut & locus sacer interueniens
illā impedit, vt hic, & l. si prius. §. sed loco. ff. de
aq. plu. arcen. Sed inquit Glossator in d. c. j. obie-
ctum istud diluens, nō debet hoc seruitus appellari, sed quoddā debitum, quod cum ob reuerē-
tiā diei dominicē nō possit ea die prestari, alia
solui debet. c. de ieunio. §. hoc sciendum. lxxvj.
dist. Duo enim sunt legis præcepta; ieunare vi-
delicet: & vigiliam apostoli ieunare: vtrūq; igi-
tur implēdū, aut dato vnius impedimēto, alterū
saltē & necessariō adimplēdū est. l. Celsus. §. j.
ff. de recep. arbi. c. cūm dilecti. de dol. & contu-

18 *Seruitus.* Non † propriè stat hīc dictio, serui-
Seruitutis tus, sed pro simplici commoditate, & quocunq;
Verbum. rei grauamine est accipienda, vt in l. j. §. sed & si
vicinus. ff. de aq. plu. arcen. & vt cōmuniciter exi-
stimatū est, in l. si tibi homo. §. fina. ff. de lega. j.
Alioqui nō esset bona ratio, quando nec per lo-
ca

ca quidē publica seruitus vlli deberi possit. tot.
tit. ff. ne quid in loc. publi.

Possit. Id enim quod humani iuris esse desiit,
seruitutē non recipit. l. caueri. ff. cō. præd. Ioan.
Coras. Tolosas Valentia. viii i. Martij. 1546.

L. Q V O T I E S. I.

- | | |
|--|---|
| 1 Species l. cū ratione dubij. | 7 Vendere quādo quis certae
personæ cogatur. |
| 2 Noua expositio ad hanc l. | 8 Domus vendi potest pa-
cto ne aliquid expressum
illuc fiat. |
| 3 lus reale quandoque ex-
cedit id quod interest. | 9 Facere in suo quatenus li-
ceat. |
| 4 Affectionis ratio quando
habeatur. | 10 Rustica seruitus quibus
verbis concipiatur. |
| 5 Interesse generatim ac-
ceptum. | 11 Aquam in fundo suo que-
rere cuique licet. |
| 6 Alienatio an pacto pro-
hibeat. | |

Quoties nec prædiorum nec hominum, ser-
uitutes sunt, quia nihil vicinorum interest,
non valent, veluti ne per fundum tuū eas,
aut ne ibi cōsistas. Et ideo si mihi conce-
das ius tibi non esse fundo tuo uti frui, ni-
hil agitur. Aliter atque si concedas mihi
ius tibi non esse in fundo tuo aquam que-
rere minuendæ aquæ meæ gratia.

I Voties. Si t̄ mihi cōcedas, talesq; ser- species l.
uitutem cōstituas, ne possis uti frui
fundo tuo. Aut illuc cōsistere, vel per
eum fundū ire, nō valet hæc seruitu-
tis



tis impositio. cùm hoc nec vtile sit mihi, nec fundo meo. Quamuis enim vt per fundum tuum ire mihi liceat, mea intersit, idcirkóque tale ius possit mihi constitui, vt tu tamen per prædiū tuum non eas, néve in eo cōsistas, mea interesse nequit, ob idq; neque seruitus eo nomine deberi, vt hic, & l. sicuti. §. fina. ff. si ser. vendice. Paritérque, licet vt fundo tuo vti frui possim , seruitus rectè constituatur, vt eo tamen tu dominus non vtaris, seruitus constitui nequit. non itaque hæ iurium constitutiones seruitutes propriè dici possunt, quippe seruitutes aut personarum sunt, vt vsus, & vsusfructus, aut rerum, vt seruitutes rusticorum, & vrbancorum prædiorum. l.j. hoc tit. Atqui seruitutes de quibus agimus, nec hominum nec prædiorum , hoc est nec personis vslui sunt, nec prædijs vllam adferunt vtilitatem. Diuersum tamen inquit Pompo. si mihi concedas non esse tibi ius aquam querere in fundo tuo, minuendæ aquæ meæ causa. hoc enim mihi expedit, meisque commodis cedit. l. si quando. §. j. ff. si seruitus vendicetur.

- 2 Occurrit ad prius responsum dubitandi ratio, & quidem fortissima. videtur enim seruitutem fundo constitui posse, tametsi vtilis non sit. l.ei fundo. hoc tit. veluti, inquit Labeo , si aqua alicui ducere non expediret, nihilominus cōstitui ea seruitus potest. Solutio ex sententia Accur. Barto. cæterorūmque, cōmuniter, hic nec intererat tempore seruitutis impositæ, neque in futurum post constitutam seruitutem interesse poterat in Labeonis responso, licet tempore impositionis

tionis non interesset, in futurum tamē vtilis esse poterat, quod sufficit. l. si inf:ntis. ff. de vſu fru. vt saltē cūm ceperit interesse, aetio detur. l. si procuratorem. §. mandati. ff. manda. hic nullo modo nullōque tempore, ideoque nihil agitur. l. penul. ff. de pact. Alij (vt Jacob. Rauenn is: cui maiore inmodum præcedens solutio displicuit:) subtilius dixerunt seruitutem recte constitui, vt ego in tuo nonnihil facere possim, tamē si mea non intersit. d. l. ei fundo. ne autem tibi liceat in tuo facere, si mihi vtile non sit, seruitus imponi non potest, vt hic, & hoc Baldus sequi videtur. Baldus verò & Angelus fratres aliter considerant hic tractari de obligatione personali negatiua ad non faciendum, vel affirmatiua ad patientiam, + quæ nulla est, vbi non cadit interesse, vt hic licet ius reale bene cada. d. l. ei fundo. cum iura realia id quod interest multoties excedant. l. si vendidero. §. j. ff. de furt. Quam dissolutionem Floria probat, sed mea sententia vera nō est, cum l. nostra initio de seruitute reali tractet, vt & hic Fulgo. perpendit.

Ego in huius contrarij dissolutione Accurs. & cæteros omnes hallucinatos fuisse perspicuum feci in rub. huius tit. & in d. l. si fundo. veritas igitur est: quam illic attigi, falsò putare Doctores nullam seruitutem constitui posse, quæ non respiciat dominatis fundi vtilitatē. hoc tex. Potest quippe imponi seruitus, que neq; prædio domini, neque eius domino vtilis erit, si tamē vicini domini interesse possit propter amoenitatē puta: vt in aqueductu d. l. ei fundo, & l. hoc iure.

Nounis intellect. ad hanc. l. & l. ei fundo.

ff.de aqua quotid. & æsti. licet enim aquam du-
cere per fundum vicini ad nostrum non expe-
diat, quia ob id fundus noster non fiat vberior,
pinguior ve: tamen propter naturalem aquæ
fluentis iocunditatem, aut aliam amœnitatem,
nostra interesse dicitur. l.competit. ff. quod vi
aut clam. non igitur verum est desideratam ad
constitutionem seruitutis à lege fundi domi-
nantis vtilitatem, sed illud tantum an eius, cui
vel ex seipso, vel ratione prædij seruitus debe-
tur, interfit, amœnitatis: etiam aut voluptatis
gratia, duntaxat. l.statuæ. §. fi. ff. de vſufr. proba-
bilis tamen, & honestæ. l. is cuius. ff. de furt.

Affectio- 4 Hic scio † opposituros plerosque eius quod
ratio interest propter affectionem (vt vulgo tradi-
tum est,) rationem non haberi. l. j. §. & alias vi-
quando ha- deamus. ff. fi quid in fraud. patron. l. final. ff. de
beatetur. oper. seruo. l. penult. ff. ad exhib. quibus nunc
(saluis his, quæ de ea re in tractatu, de eo quod
interest, latius exequimur:) responsum velim, nō
solum affectum à nobis hoc loco considerari,
sed amœnitatem, quæ rem pluris æstimari ple-
runque facit, vt in prædiis bene ædificatis vide-
mus. l. omnino. ff. de impens. in re. dot. fac. Præ-
terea efficit expressa partium conuentio, vt so-
lius affectionis ratio nonnunquam habeatur. l.
seruus ea lege. ff. de seruis export.

Hominum. Hominum seruitutes Pompon.
appellat, quas in l. j. hoc titulo. Martia. perso-
narum dixerat: vt vſum, vſumfructum, & si-
miles.

Prædiorum. vrbaniorum, aut rusticorum.

vicin

§ *Vicinorum interest.* Nec ratione + personæ, vt in *Interest* vsu, & vsu fructu: nec ratione rei dominantis, *generalis*: quæ nulla est. Id autē, quod interest, hoc est quod *ter accep-* expedit, & *vtile est.* l. si tibi legatum. ff. de leg. iij. *ptum.* hic, vt & alibi s̄epe, generaliter accipitur pro quacunque hominum vtilitate: quomodo cun- que proueniente: siue iustè, vt cūm dicimus in- terest nostra legatum habere. l. si fidei usor. ff. de leg. ij. Interest nostra non soluere potius, quām solutum repetere. l. iij. ff. de compensa. Interest dominorum, ne auxilium contra s̄æuitiam, fa- mem, vel intolerabilem iniuriam, denegetur iis, qui iustè deprecantur. l. ij. ff. de his qui sunt sui: siue iniustè, vt cum Vlpia dicebat suris interesse rem eius non surripi. l. itaque fullo. ff. de furt. Deinde, siue ob commodum pecuniarium, siue ob aliam causam nostra intersit. l. & tamen. §. j. ff. de fer. corrup. atque adeo propter amœnitatem, voluptatēmque, ratione cuius nostra satis dici- tur interesse. l. competit. ff. quod vi aut clam. quod & paulo ante nos excussimus.

6 *Aut ne ibi consistas.* Sicut + non potest imponi ser- uitus, si pacifcentis non interest, vt in his duo- bus exēplis, Ne per fundum tuum eas, aut ne ibi consistas. Sic non potest fieri pactum de eo, quod pacifcentis vtilitatem non concernit, veluti ne quis rem propriam alienare possit. l. penultima. ff. de pactis. hoc enim esset sine causa priuare homines libera rerum suarum dispositione, contra omnem & ciuilis legis, & naturæ æqui- tatem. l. nemo exterus. C. de iudæ. l. in remanda- ta. C. mandati. + Vbi ergo pactio prohibens

*Pactū de
nō alienā
do.*

rei propriæ alienationem causam contineret, hoc est vtilitatem paciscentis, vtilis esset conuentio. l. si creditor. §. f. ff. de distractione pignoris. l. finali. C. de pactis inter emptorem & venditorem. l. j. §. si quis hoc cesserit. ff. de aqua quotidiana & æsti. veluti ut fundum non alij, quam mihi vendere possis. l. qui fundum. ff. de contrahenda emptione. l. si sterilis. §. si tibi fundum. jj. resp. ff. de actio. empt. l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbis. obligat. Quo loco ad hanc rem scriptores multa cogerēdo lectorē satietate fatigāt.

Vt si frui. In hoc & duobus superioribus exemplis nec expedit vicino, nec eius quoquo pacto amoenitatis etiam, aut voluptatis gratia interesse potest, meritò nequit seruitus ita constitui.

Nihil agitur. Cūm nec mihi vtile sit, nec mea aliquo modo interesse possit, voluptatis etiam gratia. ergo à contrario: vbi interesset mea, valeret eius seruitutis constitutio. l. si quando. §. cum in domo. ff. si fer. vend. vbi locus quidam in domo Seij. ita Annij ædibus seruiebat, vt in eo non esset ius Seio positum habere, Seius postea syluam ibidē seuerat, in qua labra, & æneas cucumellas, hoc est vasa quædam ad concipiendam aquam posuerat. Dederūt Annio inquit Alfe. omnes lūrisperiti consilium, vt cū Seio ageret ius ei non esse, se inuitio in eo loco, ea posita habere. Intererat quippe eius, ne, inquiunt Doctores, ædiū lūmina impedirentur, quā luminū seruitutē, qui debet, neq; serendo, neq; plātādo, aliōve modo, lūminibus officere potest. l. ædificia. & l. si arborē. ff. de seruit. vrba.

Ex prædictis possunt duæ quæstiones à † Do- *Conuentio-*
ctoribus non semel exagitatem diffiniri. Prima, si de nō exer-
vendo tibi domum, ea lege, ne artem tinturæ, cendo cer-
aut aliam ibidem exerceas: ut ille erit conuentio, tā artem.
ut obligeris tu, & successores tui. l. venditor. vbi
Ba. ff. commu. prædio. quod Castrenſ. hic & in
d.l. penul. verum esse interpretatur, si mea inter-
fit, quia puta, eiusdem artis sum vicinus artifex,
*hac l. aliâs secus. d. l. penul. Altera si conuenienti- *Conuentio-**
mus, ne fenestram in tuo (qua possis in interio- de nō ape-
*raedium mearum inspicere) valeas aperire, va- *riendo fe-*
*lebit (inquit) Castrenſ. conuentio, si mea interficit *nestrām.**
propter honestatem, quia non possem domo
mea liberè vti, cum nolint ab omnibus homi-
nes videri: † licet alioqui cuiuis hactenus in suo
facere liceat, quatenus nihil in alienum immittit.
l. sicuti. §. aristo. ff. si fer. vend. etiam si vicino
noceat. l. fluminum. §. fina. ff. de damno infest. l.
*altius. C. de fer. & aq.**

Aqua meæ gratia. Interest siquidem mea, a-
quam fundi mei quoquo modo non auocari. d.
l. fluminum. §. finali. & l. Proculus. ff. de dam. in-
fest. l. j. §. si quis hoc. ff. de aqua quotid. & æsti.
Hinc autem duo singulariter notanda veniunt.
*primum perperam † Accur. & cæteros docuisse *Rusticæ**
*in l. j. ff. de seruit. vrba. seruitutes rusticæ semper *Seruitutes**
verbis affirmatiuis, nunquam negatiuis concipi. quādoque
*Etenim hæc seruitus *in* tibi non esse in fundo tuo a- *negatiuē**
*quam querere, minuenda aqua meæ gratia, rusticæ est, *concipiuntur.**
verbisque negatiuis concepta. Quod & hic Flo-
tia. aduertit. Et si communia obieruerimus, ser-
*uitutes *Altius non tollendi, stillicidium non auertendi,**

& similes (quæ tamen , & ipsæ verbis negatiuis concipiuntur) si prædiis rusticis debeantur , rusticæ sunt . l. ii. & iij. ff. de seruitutib⁹ vrbanaorū prædiorum. cùm à prædio dominante secerni & denominari seruitutem , vel rusticam , vel vrbanaam Doctores velint . l. j. ff. de ser. vrb. præd.

I. Alterum † licere vnicuique in fundo suo a- quam quærere: etiam si propterea vicini fundi a- qua minuatur , vnde cum eo , qui in fundo suo fodiens vicini fontem , aut puteum auertit eius venas præscindens : agi nō potest . d. l. fluminum . §. fi. & l. j. §. denique . ff. de aqua plu. arcē. quatenus *Facere in enim nihil in alienum immittit , in suo cuique suo quomo facere concessum est . l. sicuti . §. Aristo . ff. si seruit. do liceat . vend . etiam si vicinus ob id incommodeatur . l. al-* tius . C. de ser. & aqua . Si tamen non animo no- cendi vicino , sed suum agrum meliore faciendi id fecerit . d. l. j. §. deniq; . quod in dubio præsumi tur . l. merito . ff. pro soc. Valentię xij. Mar. 1546.

§. SERVITUTVM

- | | |
|--|--|
| 1 Seruitutem debens non te-
netur facere. | plicia. |
| 2 Oneris ferendi seruitutis
speciale. | 6 Viridaria. |
| 3 Pactum contra naturam
actus an valeat. | 7 Viridary serui. |
| 4 Excussus sensus §. apud
Alphenum. | 8 Exposita luculentus huim
§. litera. |
| 5 Naturalia contractus du- | 9 Decima qua actione peti-
debeat. |
| | 10 Actionis realis ex perso-
nali natura. |
- Serui

Scruitutum non ea natura est, vt aliquid faciat quis, veluti, viridaria tollat, vt amorem prospectum præstet, aut in hoc, vt in suo pangat, sed vt aliquid patiatur, aut non faciat aliquid.

Seruitutem. De seruitutibus iam multa diximus, quibus tamen non satis debens nō visum est Pompo. Iurisconseruitutē tenetur naturam explicatam. Ideo hic facere docet t̄ propriam & germanam earum naturam esse, vt qui seruitutem debet, non quicquam faciat, sed tantum patiatur aduersarium vti seruitute, néve aliquid ipse faciat, quo impediatur usus seruitutis, veluti qui itineris seruitutem debet, pati debet vt eatur, qui *Altius tollendi* pati debet vt altius tollatur. At facere ipse ad usum seruitutis nihil tenetur. Ratio dubij est fortissima, quia qui seruitutē oneris ferēdi debet, parietē tenetur reficere ad aduersarij onera sustinēda. & l. si fortē. §. & Gallus. & l. sicuti. §. distant. ff. si ser. vēd. sed fallit, inquiūt Doctores, regula huius tex. in seruitute, *oneris ferendi*. Subtilius multo Angel. & Fulg. qui dicūt quod hic dicitur non teneri eum qui seruitutem debet, quicquam facere, procedit principaliter. Nam t̄ in consequētiam facere cogitur. d. §. distant. vnde & in seruitute *oneris ferendi*, prima eius causa inspecta, qui *oneris ferendi seruitus*.

bere. ff. de seruit. vrb. præd. Cæterum: quia pâries æternus esse nequit (nihil enim sub sole perpetuum est:) peritq; facile, nisi collapsus restituatur: in consequens prædij seruientis dominus ad refectionem tenetur. d. §. & Gallus. & d. §. distant. Nolum autem non est ut pleraque in consequens veniant, quæ principaliter non permitterentur. l. j. l. quod dicimus. ff. de autor. tuto. l. si is quid duos. ff. de liberat. legat.

*Debēs ser
uitutē quā
do tenetur
facere.*

3 Alter casus, quo t̄ qui seruitutem debet, teneatur facere, est, si hoc inter contrahentes nominatum sit actum. l. i. §. apud Alphenum. ff. de aq. plu. arcen. quod dubitationem nullam videtur habere: cū dici soleat contractus ex partium conuictione legē accipere. l. j. §. si cōueniat. ff. deposit. & quē posse iuri in fauore sui introducto renuntiare. l. si iudex. ff. de min. l. pe. C. de pact. in hīc tamē casum ab omnibus probatū, ego velitationis gratia quandoque fortissimum proponebam argumentum, quod seruitutem debens, non teneatur facere, est ex natura seruitutis: vt hic. Pactum autem contra naturam actus nihil operatur. l. cum manu sata. §. fina. ff. de contrahend. emptio.

vnde in contractu societatis conueniri non potest, vt ex sociis alter lucrum, alter damnum sentiat. l. si non fuerit. in fin. ff. pro soc. & in t̄ contractu depositi pacisci non potest, vt rei depositi complicatus. t̄ dominium in depositarium transeat. l. Lucius. apud Al- ff. deposit. Nec obſt. §. apud Alphenū. qui non tra- phenum. dit quod Doctores communiter existimant, sed id tantum fossilē, ex qua ad inferiorem fundum aqua descendit, vicinum purgare cogi, non (intellig.

*Nouē ex-
tractu depositi pacisci non potest, vt rei depositi
complicatus. t̄ dominium in depositarium transeat. l. Lucius.
apud Al- ff. deposit. Nec obſt. §. apud Alphenū. qui non tra-
phenum. dit quod Doctores communiter existimant, sed id tantum fossilē, ex qua ad inferiorem fundum aqua descendit, vicinum purgare cogi, non (intellig.*

tellige quæso:) vt aquam contineat, & ne aqua in inferiorem locum descendat, cùm natura hæc sit seruitus inferiorum prædiorum, vt profluentem aquam excipient. l. j. §. sed & si vicinus. ff. de aqua plu. arcen. Sed ne aqua immunda , néve quid spurcum in inferiorem locum transmittatur. l. iij. ad principium , illo titulo.

Ab hoc tamen casu (vt verum fatear) quem scriptores, & meritò, probant: non puto rece-dendum, cum sicuti diximus, ex iis quæ inter partes conuenta sunt , contractus legem acci-piant. d. l. j. §. si conueniat. & ius suum remitten-tibus lex non subueniat. l. quæritur. §. si vendi-tor. ff. de ædil. edict. vt autem quæ de pactis con-tra naturam scripsimus, breuiter tollamus, repe-tenda sunt, quæ posuimus in tertio Miscel. † na- *Natura-*
lialia quædam ex contractuum visceribus def-
sumpta ita contractibus ipsis cohærere, vt ad terconfide-
eorum substantiam pertinere videantur, vt in rantur.
venditione translatio dominij. l. si quis alienam.
ff. de actio. emp. in precario, vt pro tradendis ar-
bitrio reuocetur. l. cum precario. ff. de precar.
In societate, ne alter lucrum referat , alter sentiat
damnum. d. l. si non fuerit. ff. pro soc. cum simi-
lib. Et hæc naturalia , ipso contractu manente,
tolli nequeunt. d. l. cum manu sata. §. fin. d. l. si nō
fuerit. & d. l. Lucius. ff. deposit. sicut nec substan-
tialia. l. vbi ita donatur. ff. de dona. caus. mort.
quin vel in totum, vel in partem, (saltem re inte-
gra) à contractu recedatur. l. iurisgentium. §. a-
deo. & l. ab emptione. ff. de pactis. Quædam vero
sunt naturalia , hoc est extrinsecæ habitudines,

quæ cùm contractibus ipsis accedant: assiduæque consuetudine ad sint, naturæ nomen assumptserunt, ab usuque frequentissimo in naturam contractus transierunt, & hæc pacto tolli possunt. I. i. §. si conueniat. ff. deposit. ut in contractu emptionis euictio. I. pacta conuenta. ff. de contractu comprehend. emptio. quæ ex natura contractus venit, licet de ea nihil prorsus sit actum. I. quod si nollit. §. quia assidua. ff. de ædil. edict.

Tertius casus (ut è diuerticulo in viâ redeamus tandem,) quo qui seruiturem debet, facere tenetur, est ubi solitus fuisset in fundo seruiente per tempus immemoriale aliquid facere; reficere puta, aut purgare. I. i. §. apud Labeonem. ubi Accurs. ff. de aqua plu. arcen. Sed hanc interpretationem Bart. & cæteri non recipiunt, cum diuinatoria sit, & tex. miserè contorqueat, neque verum est, illic agi rectâ contra dominium inferioris loci: ut ipse purget fossam, licet ob neglectim purgationem eueniat, ut ex restagnatione eius, aqua fundo vicino noceat. hic enim tantum patientiam præstat. I. is cum quo. ff. de aqua plu. arcend. sed vult illic Iurisconsul. dominum agri superioris, aquæ pluviæ arcendæ actione, in illum alternatiè experiri, ut vel ille purget, vel se patiatur fossam in pristinum statum reducere. Pupugi præterea aliqua de his casibus in I. prima. hoc titulo. circa Oneris ferendi seruitutem.

6 *Viridaria tollar.* Viridaria t̄ loca sunt arboribus herbis & plantis virentibus consita, quæ in summitate ædificiorum habere apud veteres fuit
in de

7 in delicijs, vnde t̄ viridarios seruos Vlpia. nun-
 cupat propositos curæ ortorum eiusmodi, & vi-
 8 ridariorū. Hæc autem t̄ verba, vt omni ex parte
 inter se cohærent, ita legenda sunt, veluti *virida-*
ria tollat, vt amœniorem prospectum præstet, aut in hoc vt
in suo pangat. Petebat siquidē vicinus, cui debebā-
 tur seruitus, vt fundi seruientis dominus tolle-
 ret viridaria, seu elatas fortasse arbores, quæ in vi-
 ridario erant, quo prospectus amœnior reddere-
 tur, aut vt in eo loco nouas pāgeret, & plātaret.

Pangat. Sic malo legere, quām *pingat*. Conten-
 debat quippè dominus fundi dominantis vici-
 num dominum prædij seruientis teneri pangere,
 hoc est figere, & deplantare arbores aliquas, quo
 prospectus iucundior redderetur. nihil enim
 conuenit, vt *pingat*, legamus.

Faciat aliquid. Ergo vult in summa hic tex. eum
 qui seruitutem debet, non ad aliud teneri, quām
 vt patiatur aduersarium vti seruitute, néve ali-
 quid faciat quod v̄sui eius seruitutis impedimen-
 to esse possit. qui contrā facit, contra seruitutem
 facere dicitur. l. de pupillo. §. sextus. ff. de noui-
 9 operis nuntiatione. Hinc t̄ autem dicit Alber. *Decima*
vſitatem illam quæſtionem terminari, qua actio-
ne decima petatur. Nam si rusticus pati duntaxat ne petatur.
 teneatur, quòd sacerdos recipiat, confessoria agi
 poterit, sicut pro seruitute. l. ij. ff. si serui. vend. Si
 verò soluere decimam sacerdoti obligetur, con-
 dictione ex canone, aut rei vendicatione peten-
 da esset. Glos. in c. tua nobis. de deci. & aliquan-
 to latius Specula. in tit. de deci. referunt tres op-
 niones, quas Hostien. conciliare cupiens dice-

bat, quod si inter duas ecclesias questio sit de proprietate iuris decimandi, quia de iure incorporali tractatur, confessoria proponetur. Si vero contra debetem soluere, agat ecclesia, & fructus collecti sunt, rei vendicatio intendetur. Alioqui conditio ex canone. Cæterum Panor. (cuius sententia probatior est) exploratum habens decimam esse in dominio ecclesiæ, nedium ei debitam d.c.tua nobis. &c. pastoralis. de deci. c. decimæ. xvij. q.j. Dixit enim dominus Leuit. xxvij. *Omnes decimæ terræ, sive de pomis arborum, sive de frugibus domini sunt: & illi sanctificantur, contendit agi posse contra fructuum detentorem, rei vendicatione & actione personali: nempe conditio ex lege diuina, seu canonica, contra debentem soluere de-*

Decima cimas. Nam lex diuina decimam non solum ecclesiæ iure diuisę, & clericis tribuit, eorumque propriam facit, *no debita*. quo nomine rei vendicationem competere certum est. l. in rem. ff. de rei vendi. sed etiam mandat laicis, ut decimam clericis tradant, persoluantque d. c. decimæ. & c. reuertimini. xvij. q.j. quam ob causam actione personali laici conueniri possunt, §. omnium, de actio. in instit. hoc est conditio ex lege. l. vnic. ff. de conditio ex 10 lege. Et si dicas, absurdū t' videri, vt eiusdem rei **A**ctionū ratione quis vtraque actione, & in rem, & in per in rem, sonam impeti possit, cum differant, imo vero in & in per ter se ex diametro pugnent. l. actionum genera. sonam di ff. de action. & obligatio. & d. §. omnium. Nam uersa na altera nempe actio in personam ex contractu vel tura. quasi maleficio, vel quasi, oritur. l. j. ff. de actione & obligatione. actio in rem ex iure, quod quis habet

habet in re. dicto §. omnium. Hæc præterea contra possidentem, aut detinentem rem controuer-
 sam datur. l. officium. & l. in rem. ff. de rei vendi.
 l. j. C. de alienatione iudi. mut. caus. fact. c. exami-
 nata. de iud. Illa in obligatum duntaxat rei pos-
 sessionem non respiciens. l. final. §. f. ff. de contra-
 hen. emp. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebellia. Denique
 personalem intendamus, vt nobis detur, vel fiat
 d. §. omnium. & §. sic itaq;. de actio. in insti. Rea-
 lem verò vt declaremur domini, aut nos ius in re
 validum habere. l. qui petitorio. & l. ex dittiso.
 §. j. ff. de rei vendi. Respondeo speciali ratione,
 nouum non esse ambas actiones dari, vt in lega-
 tario contra hæredem. l. j. C. com. de lega. non vt
 eis simul vti liceat, sed vt petitori laxior agendi
 facultas sit ex vna interim, quæ fuerit electa, rem
 petere. l. cum filius. §. varijs. ff. de lega. ij. quod si
 hæres à testatore grauatus fauore vltimæ volun-
 tatis & personali, & reali actione potest conueni-
 ri. d. §. varijs. d. l. j. & §. nostra. de leg. multomagis,
 qui Dei Opt. Maxi. lege grauantur, cum & hoc
 præceptum dubio procul grauius sit, verseturq;
 fauor animarum. d. c. tua nobis. de deci. qui cæte-
 ris præponderat. l. sancimus. C. de sacro sanct. cc-
 cleliis. Ioannes Corasius Tolosas Valentia xv.
 Martij. 1546.

L. E 1 Q VI.

1 Actiones reales & persona-
les quæ.

2 Confessoria, & negatoria

Actiones explicatae.

3 Confessoria duplex.

4 Confessoria & negato-
ria

- ria quibus verbis conci-
piantur.
- 5 Fructuario an actio proser-
uitute detur.
- 6 Nouè percepta duo Vlpiani
responſa.
- 7 Negatoria & confessoria
contra quos dentur.
- 8 Actio realis ad quid compe-
tar.
- 9 Confessoria an pro quo quis iu-
re incorporali detur.
- 10 Species l. nostræ.
- 11 Ratio differentia inter fru-
ctuarium, & credito-
- Ei, qui pignori fundum accepit, non est ini-
quum utilem petitionem seruitutis dari: si-
cūt ipsius fundi utilis petitio datur. Idem
seruari conuenit, & in eo, ad quem vedi-
galis fundus pertinet.

rem.

12 Pignus quid propriè.

13 Hypotheca in quo à pi-
gnore differat.

14 Pignus quadruplex.

15 Pignorum noua diuīſio.

16 directa & utilis actio
quid.

17 utilis actio qua.

18 vedi galles fundi.

19 Mancipes qui.

20 Emphyteusis quid &
cur sic dicta.

21 Vel dictio.

22 Alternatiua natura.



1 qui. Tractabimus hic de actionibus
pro seruitute cōpetentibus, quæ duæ
sunt, confessoria, & negatoria. l. ij.
ff. si ser. vend. §. æ quæ. de acti. in instit.
quarum natura ut explicetur commodius, repe-
1 tenda est summa illa, & præcipua actionum di-
Actiones uisio: t Actionum, quædam in personā, quædam
realis & in rem sunt. l. actionum genera. ff. de acti. & obli.
personales §. omnium. de actio. in instit. vtriusque natura ad
qua. finē l. præcedentis familiariter: licet per transfen-
nam

nam explanata fuit: quo loco inter cætera diximus, actione in personam nos cum eo experiri, qui nobis ex contractu, vel quasi delicto, vel quasi obstrictus est. l. j. ff. de actio. & obligati. Actio ne vero in rem experitur dominus, aut ius in re habens, qui loco domini est cum eo, qui nullo iure est obligatus, ad auocandam rei, quam detinet possessionem. d. l. actionum genera. & dict. §. omnium. Et ita actio in rem, duo habet extrema. Dominium ex parte agētis. l. in rem. ff. de rei ven. sub quo nō directum modò, sed utile dominium comprehendimus, nam & utilis dominus, sicuti emphyteuta, realem actionem habet. l. j. ff. si ag. vctig. Item quasi dominium. §. namque, si cui de actio. in insti. Postremoque ius in re specificum. §. item Seruiana. illo titu. Alterum extremum est possessio ex parte rei conuenti. l. vnic. C. de alien. iudi. mutand. causa facta. c. examinata de iud.

2 Actionum in rem + quædam pro rebus corpo rei dantur, ut rei vendicatio. dicta l. actionum genera. §. j. Quæda pro rebus incorporalibus, nempe seruitutibus tam personarum, quam rerum competunt ut confessoria & negatoria. l. ij. ff. si ser. vend. l. j. & l. vti frui. §. final. ff. si v suffru. peta. §. æquè. de actione & institutione. Tuetur autem confessoria seruitutem: negatoria libertatem. d. l. secunda. Si enim pro seruitute constituta vindicanda, aut conseruanda, vel personæ nostræ competenti, vel rebus nostris, ex re alterius experiri velim, confessoriam intendere debeo, quæ datur ei, qui seruitutem deberi adfirmat. dicta l. secunda. aut aliud ius incorporale. Recepta namq; est eorum

eorum sententia, qui dicunt hanc actionem non tantum pro seruitutibus, sed pro quolibet iure incorporali competere, ut pro iurisdictione, decimis iure praesentandi, pedagij, & pascuorum. Bald. in rub. C. de usufruct. Canonistæ in c. constitutus. de religios. domib. in c. tua. & in c. prohibemus de deci. Fab. & alij in §. æquè. de actio. in instit. quod non multo post tractabimus. Et

Actio confessoria duplex. ³ hæc † actio confessoria duplex est. Directa illis competens qui directum habent dominium eorum rerum, quibus debetur seruitus aduersus illos, qui pariter eius rei, quæ seruitutem sustinet, directo domini sunt, & utilis illi prodita, qui in prædio dominante utile dominium habet, aut saltem ius aliquod in re, verbi gratia creditor, qui rem pignori iure possidet, v hic & l. creditori. ff. de noui operis nuntiatione. Fructuario. l. j. ff. si ususfruc. peta. qua de re paulo plenius infra. Superficiario. l. j. §. fin. ff. de superficieb. Eadem que ratione emphyteutæ, vasallo, & alijs id genus. Pro libertate vero vindicada aduersus eum, qui prædia nostra seruire pretendit, cuique ius seruitutis in re nostra esse negamus, actio negatoria exposita est, dicta l. i. j. ff. lcr. vend. & dicto §. æquè. de actio.

Confessoria, & negatoria actiones sic appellatae fuerint, ne quod hæc negatiuis, illa affirmatiuis verbis proponatur. id fæsitatis Accur. ubique arguit, cum cur sic di- & quandoque confessoriam verbis negatiuis esse. concipi videamus, ut in seruitute Altius non tolendi. l. si prius. ff. de noui operis nuntiatione. Sed

Barto,

Barto. defendit Placent. bene censisse, considerans orationē, vel affirmatiuam, vel negatiuam, vel affirmatiuam dici respectu suppositi, non ap- positi. Respectu autem suppositi, & in effectu cōfessoria affirmatiuē semper proponitur, etiam si seruitus negatiua sit, veluti si intendam ius mihi esse, ne altius tollas, & negatoria itidem verbis negatiuis intenditur, licet affirmatiua sit seruitus, ut si negem ius tibi esse eundi, agendi per fundum meum. Itaque verum est, spectata sola verborum figura, confessoriā quandoque negatiuis, & ē diuerso negatoria affirmatiuis verbis concipi, velut si dicam proponens ipse confessoriā, ius tibi non esse altius tollendi hæc enim verba tametsi effectum affirmatiuum ha- beant, ius videlicet mihi esse, ne altius tollas, in sui tamen superficie sunt negatiuæ: Per contra- rium si proponam negatoria, contendens mihi ius esse: *Altius tollendi*, hæc verba dubio procul affirmatiua sunt. effectum tamen habentia negatiuum, tibi scilicet ius non esse, vt altius non tol- lam. l. loci. §. competit. ff. si ser. vend.

Hæc vera sunt, sed breuius tradenda, vt dica- mus non considerari à lege nudam corticem, aut figuram verborum, sed effectum duntaxat, qui in agente confessoriā perpetuò est affirmatiuus. ed enim tēdit, vt pronūcietur sibi seruitutē cōpe- tere. idq; tandem aduersarius cogatur confiteri, & ideo actio cōfessoria dicta, in negatoria vero que- cūq; verba sint, vel affirmatiua vel negatiua: effe- ctus semper negatorius est, ad hoc enim res in iu- dici

dicum hac actione deducitur, ut pronuntietur seruitutem non deberi, ideoque actio negatoria appellata.

Has actiones dominis praediorum competere, iam docuimus, unde nemo directo vendicat seruitutem per confessoriam nisi qui dominus est praedij dominantis. d.l. ij. licet utilem proponat, qui loco domini est, ut creditor. l. creditor. ff. de noui operis nuntiatio. & hic bonae fidei emptor. l. si ab eo. ff. de pigno. superficiarius, emphyteuta, vasallus, & his similes. l. j. ff. de superficieb. Quod 5 autem ad fructuarium pertinet, an ei ius vendicandæ seruitutis detur. Vlpianus parum sibi constare videtur. nam in l. j. in princip. & l. vti frui. §. vtrum. ff. si ususfruct. peratur. nominatim scribit fructuarium seruitutem vendicare non posse, cum tamen in l. j. §. item Iuliano. ff. de remissionibus. ex Iuliani sententia doceat fructuario vendicandarum seruitutum ius esse.

6 Accur. & alij antinomiam † hanc dupliciter dissoluunt. Primū ut directam actionem pro seruitute ususfructuarius non intendat. d. l. j. & d. §. vtrum, utilem vero proponere possit. dic. §. item Iuliano. quam solutionem satis confirmant, quæ mox de creditore bonae fidei emptore, superficiario, & emphyteuta diximus. Cæterum apud me non est tuta cum Vlpia. intit. si ususfru. pet. ff. expressim neget fructuario actionem competere ad vendicandam seruitutem, ergo nec directam, nec utilem, cum ad remotionem generis sequatur remotio cuiuslibet speciei. Et quoniam aliqui vana redderetur eo loco Iurisconsulti do-

étrina, cum vtilis in effectu non differat à directa, sed eiusdem potestatis sit eundemque habeat effectum. l. actio. negotiorum. ff. de neg. gestis.

Dissoluunt & secundò vendicationem seruitutis fructuario principaliter non competere, secus in consequentiam petendo vsumfructum. d.l.j.§.vtrum. & d. §. item Iuliano. multa autem principaliter prohibentur, quæ in consequens conceduntur. l.j.ff. de autor. tuto. Sed & hæc solution, præterquam quod diuinatrix est, textum contorquet, cùm dicat Vlpia. in d. §. item Iuliano. fructuarium vendicandarum seruitutum ius habere, quæ verba duram illam restrictionem, ut intelligantur in consequentiam, minimè patientur.

Quid igitur, si nouè dicamus fructuarium suo nomine seruitutem vendicare non posse. d. l. j. & d. l. vti frui. ff. si vſusfruct. peta. at nomine domini vendicationis ius habere? d. §. item Iuliano. Ad quem textum, ne quis hanc interpretationem insolenter diuinare putet, expendenda sunt verba, quæ præcedebant. *Ius is habet nouum opus nuntiandi, qui aut dominium, aut seruitutem habet.* & verba quæ sequuntur, secundum quod opus nouum nuntiare vicino fructuarius poterit, quæ omnia alibi idem Vlpia exponit, si procuratorio nomine domini nūtiet fructuarius: nā suo nō potest. l. j. §. si. ff. de no. oper. nuntiatio. Quoniam igitur fructuarius ius habet duntaxat in vſufructu, ratione cuius tantummodo agere potest, nequit & seruitutem vendicare. nam cùm vſustrutus seruitus sit, lege prima, hoc titulo, si ser-

*seruitis ser uitutem præterea peteret, seruitutis diceret esse
uitus esse seruitutem, quæ petitio admittenda non est. l. i. ff.
non potest. de vsu & vsufru. leg.*

7 Porro + actiones de seruitutibus confessoria,
& negatoria non tatum contra seruitutem con-
stituentem, verum etiam aduersus quemcunque
impedientem dantur. d. l. vti frui. §. vtrum. ff. si v-
susfru. peta. l. si quis diurno. §. fin. ff. si ser. ven.
& si opponas has actiones in rem esse. l. fructua-
rio. §. sicut. ff. si vsusfruc. peta. d. l. i. j. ff. si ser. vend.
Actiones autem in rem non dari contra prohi-
bentem, sed contra possidentem, duntaxat. l. v-
nica. C. de alie. iud. c. examinata. de iud. cum ex
præsenti possessione actio in rem sit. l. non alias.
§. sed si postuletur. ff. de iud. & in ea veniat resti-
tutio rei. l. & non tantum ad fi. prin. ff. de petitio.
hæredit. l. si cum venditor. §. j. ff. de euictio. quæ
explicari non potest per tertium impedientem
non possessorem, ut nemo non videt. Respondeo
hæc omnia in actione in rem, quæ de rebus cor-
poralibus datur, procedere, cum in his vera pos-
sessio, & propria rei restitutio cadat. l. nec utilem
ff. ex quib. caus. maio. l. quæstio. §. pen. ff. de verb.
sign. At si de incorporalibus detur, veluti con-
fessoria. §. æquè. de actio. in institutio. nō potest
contra possidentem competere, cum res incor-
poreæ non possideantur. l. seruus. §. incorpo-
ratis. ff. de acqui. rer. do. l. sequitur. §. si viam. ff. de
viuscap. Eadémque ratione non potest in hac a-
ctione venire rei seu possessionis: quæ nulla
est restitutio. licet autem incorporalium rerum
non sit propriè possessio, esse tamen quandam
quasi

quasi possessionem nemo negat. l. quoties. ij. hoc
 titu. l. seruitutes quæ. in prin. ff. de seruit. vrba. in
 qua lex eum esse interpretatur, qui re vtitar, aut
 alterum vti volentem prohibet, meritò contra
 turbantem, & inquietantem actio in rem prodi-
 ta est de seruitutibus. l. ij. ff. si ser. ven. ex eoque
 quod turbans desistit à turba, finitque agentem
 vti seruitute, dicitur quodammodo restituere il-
 lam quasi possessionem, hoc est libertatem vten-
 di, quam per turbam abstulerat. Sed † & illud
 prætereundum non est propositi contrarij dis-
 solutionem, eum qui actione in rem vtitur, non
 tantum ad rei restitutionem experiri. l. j. in prin.
 l. officium. & l. qui restituere. ff. de rei vend. sed
 ad declarationem dominij, aut quasi. l. licet. ff. de
 petitio. hær. l. Pōmpo. §. sed & his. ff. de procura-
 to. l. & ex diuerso. §. j. vbi Bar. ff. de rei ven. Quo-
 circa & qui confessoria, aut negotioria pro ser-
 uitute agit, pariter postulat declarari sibi seruitu-
 tem competere, aut fundum suum liberum esse.
 9 Ut autem absoluamus † actionum confes-
 soriæ, & negotioriæ naturam, sciendum est,
 omnes propemodum scriptores, tam legistas,
 quam canonistas docuisse, actiones huiusmodi,
 non tantum pro seruitutibus, verum etiam pro
 quoconque iure incorporali dari. Inn. in c. inter
 quatuor. de maio. & obed. Docto. in c. constitu-
 tis. de religi. do. Fab. Ang. Zaf. & alij in §. æquè.
 de actio. veluti pro iure pascuorum iure peda-
 gij, & iure exigendi vectigal. Bartolus in l. si pu-
 blicanus. §. finali. ff. de publica. pro iure decima-
 rum canonistarum in capitulo tua. & cap. prohibe-

*Actor a
ctione in
rem quid
petat.*

*Confessoria
an pro a-
liis iuri-
bus detur.*

mus. de deci. pro iure eligendi prælatū , pro iure
præsentādi clericū , pro iurisdictione & similib.
Bal. in ru. C. de v. sufr. Paul. Cast. in l. vt pomū . hoc
tit. Quā sententiā generalitas tex. in d. §. æquè. iu-
uare videtur: dices quod si quis agat ius sibi esse,
habet eas actiones: nec se restringit ad seruitutes.

Apud me tamē hæc opinio dubia semper fuit,
cum d. l. ij. ff. si ser. vend. dicat actiones hui usmo-
di non nisi dominis prædiorum dari. in prædi-
ctis autem iurib. dominium nequit considerari:
Et quia subiicit actiones confessoriam, & ne-
gatoriam, ad exemplum earum , quæ ad vsum fr.
pertinent, de seruitutibus prædiorum dari. si e-
nim hæ actiones pro aliis quoque iuribus incor-
poralibus darentur , generalius dixisset Iuris-
conf. ad exemplum earum , quæ pro aliis iuri-
bus incorporeis competunt. Et quoniam magis
apertè paulopost adiicit confessoriam compe-
tere domino , qui seruitutem sibi deberi conten-
dit, negatoriam domino qui negat. in prædictis
autem iuribus nulla est seruitus. Præterea hæ a-
ctiones à lege extensionem non recipiunt , vt a-
lio casu dentur, quām qui à legislatore expressus
est. l. si ego. §. j. ff. de public. vbi necessarium fuit
introducere publicianam ei , qui bona fide à
non domino seruitutem quæsierat, cùm confes-
soria competere non posset , vt quæ illo dun-
taxat casu à lege proposita sit, quo seruitutes à do-
mino constitutæ sunt. nam stricti iuris iudiciis
annumerantur. §. actionū. de actio. in insti. in qui-
bus nūquā fit extēsio de casu expresso ad non ex-
pressum. l. quicquid astringēdæ. ff. de verb. oblig.

Quoc

Quocirca verior videtur Accurs. in l. in rem. *Bal. opinio*
 §. j. ff. de rei vendi. & Bal. sententia in c. signifi- *defensa.*
 cante. col. pe. de appell. existimantes pro his iuri-
 bus incorporalibus, nec cōfessoriam, nec nega-
 toriam, dari, sed officium Iud. aut condictionem
 ex lege competere, quanquam pro iure decima-
 rum rei vindicationem quoque tribui credide-
 rim ipse, ratione, qua in l. præced. vsus sum. Nec *Declarati-*
 nos mouerit. §. æquè. qui non dicit absolutè da- *tus* §. æ-
 ri eas actiones his, qui ius habent, sed his qui ius *què.*
 habent vtendi fruendi, vel eundi agendi, aut a-
 quā ducendi, & sic de similibus, facta seruitutū
 dinumeratione atq; ita limitatè, & determinatè.

10 Absolutis his, t̄ quæ per modum præuiæ cu- *species l.*
 iusdam inspectionis de confessoria, & negato-
 ria, præfari placuit, tempestiu[m] est, vt ad l. no-
 stræ declarationem descendamus, cuius species
 hæc est, dederam tibi coronatos centum mutuò,
 pro quibus fundum tuum Tusculanum, cui ser-
 uitus *Itineris* à fundo Seiano vicino debebatur,
 pignoris nomine mihi tradidisti. Quæsitum est,
 quoniam Seius ea seruitute me impeditbat vti,
 nunquid mihi detur confessoria, ad vindicatio-
 nem & conseruationem huius seruitutis? Et re-
 sponsum est directam non competere, cæterum
 vtilem petitionem seruitutis mihi dari exemplo
 vtilis petitionis, quæ mihi ad ipsum fundum o-
 bligatū daretur, prodita quippè est quasi Seruia-
 na, siue hypothecaria creditori ad rei possessio-
 nem, quæ sibi iure pignoris, vel hypothecæ ex-
 pressæ obligata est. §. item Seruiana de actioni-
 bus, in institutionibus. Idem iuris inquit, Iulia.

erit in eo, ad quem fundus vectigalis, id est, emphyteuticarius pertinet, poterit namque emphyteuta actione vtili confessoria ad seruitutem experiri.

II Dubitationē nec modicam † faciebat, quod in tractatu seruitutum passim legitur, nulli alij quām domino fundi petitionis seruitutem competere. l. ij. in prin. & l. & si forte. §. hæc autem. ff. si ser. ven. sed. id in directa actione, seu petitione accipiendum est, nam vtilem actionem in rem confessoriam creditori, emphyteutæque, dari hinc fit manifestum, & ex l. creditori. ff. de no. ope. nuntia. licet enim propriè, & directò domini non sint, ob idque directa actio in rem eisdem non competit. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vecti. loco tamen domini sunt, merito eis lex vtilem actiones tribuit, l. tutor. §. fi. ff. de pig. act. l. j.

Fructuar- §. j. ff. de superficieb. **Fructuarius** tamen seruitu-
rins non tem nullo modo (quemadmodum in præludiis
vendicat diximus) vendicat. l. j. in prin. & l. vti frui. §. v-
seruitutē. trum. ff. si vsusfru. petatur. nisi procuratorio no-
 mine domini. l. j. §. item Iulia. ff. de remis. vt & in
 nūtiatione noui operis traditum est. l. j. §. fi. ff. de
 no. op. nuntia, cùm enim solius vsusfructus ra-
 tione fructuarius experiatur, & vsusfructus ser-
 uitus sit. l. j. hoc tit. aliam seruitutem petens, ser-
 uitutē seruitutis esse quodāmodo cōtēdit cōtra
 l. j. ff. de vsu & vsuf. leg. nō id in creditore, qui pi-
 gnoris nomine fundum dominantem obliga-
 tum habet. hic enim, quia totum fundum vendi-
 cat, rectè petit seruitutes, quæ iura sunt præ-
 diorum. l. ii. j. ff. quemad. ser amit.

12 *Pignori.* Pignus + à pugno appellatum, propriè *Pignus* id esse, cuius possessio traditur creditori, docet *quid.* Vlpia.l. si rem. §.j. ff. de pig. actio. præsertim, si res mobilis sit. §. item Seruiana. de action. in institut. Quod vero sine traditione conuentione nuda tenetur, id propriè Hypotheca appellatur. d. l. si rem. §.j. vt iure existimasse videantur, qui pignus rei mobilis propriè constitui, Hypothecam verò de re immobili contrahi dicunt. l. plebs. §. penul. ff. de verborum significa. spectata tamen sermonis proprietate, siquidem pignus à pugno deductum sit. dicto §. penul. nam si paulo liberiore significatione cum probatissimis quibusque authoribus vti velimus, Martiani, & Vallæ sententiam magis probauerim, censentes pignus latinam vocem, & hypothecam vocabulū Græcum, solo nominis sono differre. l. res hypothecæ. §. fi. ff. de pigno. Idemque significare, id videlicet, quod à debitore datur creditori, in securitatem, & firmitudinem debiti, siue illud mobile sit, siue immobile. Nam de re quoque immobili pignus non modo Terentius in Phormione dixit:

Ager oppositus est pignori ob decem minas,
Aedicula item ob decem alias.

Et Tacitus lib. xix.

Credebatur affectam eius fidem præiuuisse domo, agrisque pignori acceptis.

Sed & ipsi Iurisconsulti non solum. §. si rem. ff. de vsuca. l. ij. §. fi. ff. de religios. l. j. §. cum prædium & §. fi. ff. de pigno. hypothecam item de re mobili dici, ex eo argumentum est, quod Græca

vox sit à πάτερε νόμος, quod est obligationi supponere, inde titul. ille Pandectarum, de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt non alienandis, vel supponendis.

14 Pignus itaque t̄ quod tam de re mobili, quam immobili, accipi posse constat. Accu. Bar. & alij quadrupliciter distinguūt in l.j.C. qui potior. in pign. hab. in l.j.ff. de pig. actio. & in l. à diuo Pio.

Pignus quadruplex. Prætoriū pignus. §. si ex conuentione. ff. de re iudi. Nam vel à prætore constituitur. l.j. & tot. tit. C. de prætor. pig. veluti cum iudex nulla præcedente diffinitiuā actorem in possessionem mittit, propter contumaciam rei conuenti ex edicto prætoris, sicut cum nō cauetur ex causa damni infecti, aut legatorū seruandorū gratia, tot. tit. ff. de dam. infect. ff. quib ex cau. in pos. eatur. & C. de præto. pign.

Judiciale pignus. Vel à iudice, veluti cū iudex in executione sententiæ diffinitiuæ mittit victorem in possessionem bonorum condemnati. d. l. à diuo Pio. ff. de re iud. tot. tit. ff. & C. de bonis authori. iud. possid. Hoc pignus judiciale, illud prætorium Doctores appellant. in quo autem vnum ab altero differat anxie scriptores disputant, quos videto in

Conuētionalē pignus. §. item Seruiana. de actionibus, in institutionibus. & in rubrica. ff. de pig. Vel & tertio partium conuentione constituitur pignus. l. prima. ff. de pignora. action. quod ideo conuentionale dictum est, de quo hic textus noster agit, & titul. ff. & C. de pignoribus. Postremo lex ipsa pignus constituit, idque dupliciter, imprimis, hominis facto circa ipsam hypothecam aliquo interveniente, ut cūm inuecta, & illata in prædium

con-

conductum lex pignori obligat. l. item quia. ff. de pact. l. certi iuris. ff. locat. Neq; enim ad hanc hypothecam inducendam solus conductionis contractus sufficit, sed vltrà necessum est, vt in ædes conductas aliquid inferatur. l. ij. ff. in quib. caus. pig. tacit contra. Deinde cōtrahitur hypotheca ex legis dispositione, tametsi nullum hominis factum intercedat, ipsam hypothecam respiciens, *gnus.* Legale pī-
vt cum iure cōstitutū legimus, eo ipso, quo cum fisco contrahimus, bona nostra ei pignori esse. l. j. C. si propter pub. pensit. l. j. & ij. C. in quib. cau-
pig. ta. cont. Aut cum tutoris curatorisve bona ex administratione pupillo aut adulto lex obligat. l. pro officio. C. de admi. tut. Et coniugis bona coniugi. l. vnic. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actio. l. assiduis. C. qui potior. in pig. hab.

Hæc est doctorum diuisio, in qua + fateor me ma- Not. opin.
gis eorum autoritatem, quam Iurisconsultorum de specie-
verba sequutum, quod nihil vñquam horum fa-
miliaris doctrinæ gratia reijcere in animum in-
duxerim, nec enim ignoro, legem duo tātum, aut
ad summum tria genera hypothecarum fecisse:
vnum quod ex pactis & conuentionibus homi-
nūm nascitur. Aliud quod à iudicibus datur. l.
ij. C. de prēt. pig. Tertium quod à lege nullo præ-
cedente verbo inducitur. l. j. circa medi. C. com.
de leg. *Tria genera hypothe-*
carum.

Non est iniquum, Imo valde æquum est utilem vi-
delicet vendicationem seruitutis dari creditori,
cui pignoris nomine prædium tenetur. l. credito-
ri. ff. de no. ope. nunt.

Cōfessoria

Vtilem petitionem, hoc est utilem confessoriam. duplex.

nam duplex est (ut in anteludiis dixi,) confessoria directa, & utilis, directa datur illis, qui directum habent dominium prædiorum, quibus servitus debetur. l. iij. in prin. ff. si ser. vend. Utilis vero illi competit, qui licet dominus directo non sit, rei tamen utilitatem aut ius aliquod in re, cui debetur servitus habet, veluti creditori, qui rem pignoris iure possidet. Emphyteuta & similes ut hic, & d. l. creditori. Quoniam autem directarum

16 & utilem actionum occasionem ex hoc textu nacti, meminimus: de illisque frequentissime leges verba faciunt, operæ pretium mihi facturus videor, si quid sit actio directa, quidque utilis explicantur. res sanè non tam auditu iucunda, quam intellectu necessaria. Directas actiones, quatenus utilibus opponuntur, eas esse Accur. ubique voluit, quæ ex sententia & verbis legis veniunt,

*Directa
actio.*

17 utiles vero, quæ ex mente legis duntaxat dantur. Accur. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iud. in l. actio negotiorum. ff. de neg. gest. in l. curatoris. C. illo titu. & in l. ex legato. C. de legat. Quæ traditio vera non est, cum & illud dicatur in verbis legis esse, quod est in mente l. nominis. §. verbum. ff. de verborum significatione. Vnde & is casus expressus à lege dicitur, qui ex legis sententia descendit, licet eum verba non exprimant. l. prætor. §. j. ff. de noui operis nunciatione. Dicendum igitur directam actionem eam esse, quæ ex verbis, & mente legis oritur, sic dicta quod directo à lege procedat, ab eaque velut è fonte emergat, erumpat, & enascatur. Utilem vero quæ nec ex verbis competit, nec ex mente legis, quæ de ea facti

facti specie non cogitauit, sed per interpretationem vel prætoris vel posteriorum Iurisconsultorum ad eum casum porrigitur. l. iij. §. itē varrus. ver. quanquam. ff. de aqua pluu. ar. §. j. de leg. patr. tute. in insti. quid verisimile sit legislatorem, si de eo cogitasset. idem quod de expresso dispositum. l. tale pactum. §. fina. ff. de pac. l. Titius. §. Licius. ff. de lib. & post.

sicuti ipsius fundi Hinc nota eum cui competit potestas rem vendicandi, habere quoque potestam iura realia ipsius rei vendicandi. iura nanque accessoria rei sequuntur rem ipsam. l. in modicis. ff. de contrahen. empt. c. cùm Bertoldus. de re iudicata. c. de iure. & c. cum seculum. de iure patronatus.

Vtilis petitio. Quasi seruianā intelligit quæ etiā hypothecaria vocatur, qua creditores pignora, hypothecásve, persequuntur. §. item seruia, de actio. in instit. vbi Theop. interpres græcus eius vtilitatis meminisse videtur.

18 *Vectigalis fundus* pertinet. + Cùm, & ei quoque *Vectigales fundi*. actio in rem detur aduersus quemuis possesso- rem. lege prima. §. finali. ff. si ager vectigal. sunt autem vectigales fundi agri ciuitatum, qui mancipibus conducentibus in perpetuum locantur, id est, hac lege, ut quandiu pro eo vectigal pendatur, tandiu neque ipsis, qui conduixerint, neq; ijs, qui in eorum locum successerint, auferri eū licet. d. l. j. §. j. Quia autem ratione agri ciuitatum locari solerent, ostēdit lul. Hyginus de limitibus agrorum. Fuit enim hoc in more pop. Ro. positum ut agros ex hoste captos per centurias parti- ren

rentur, diuiderentq; vt assignarentur militibus, quorum virtute capti erant: qui superfuerant a-
gri, vectigalibus subijciebantur mancipibus
ementibus, id est conducentibus, plerumque in
perpetuum, nunnunquam in annos centenos, aut
aliud tempus, ita vt eo finito iterum venirent, lo-

19 carenturq;. Erant t̄ porrò mancipes, quicunq; à
Mācipes. populo aliquid emebant, conducebantve, quòd
manu sublata, inquit Fes.emptionis se esse auto-
res significarent.

Hinc patet aberrare eos toto cœlo, qui existi-
mant eosdem agros emphyteuticarios esse, cum
vectigalibus, hi quippe ciuitatum sunt. d.l.j. & l.
si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. illi

20 priuatorum, à quibus t̄ si quando prædium, per-
Emphyteu petuo fruendum conceditur, emphyteusis con-
sis cur sic stituitur ab ἐρφύτω, id est planto, & insero, eo
dicta. quòd olim solerent bona sterilia, vt deserta, &
quasi pro derelicto habita, excolenda, fruēdaq;,
certa pensione locari, atq; ita dicebatur dari fun-
dus in emphyteusim, id est in plantationem: con-
cedebantur enim, vt qui acciperent, plantādo, &
inserendo, rem sterilem in meliorem statum redu-
ctam, fertilem redderēt. Præterea emphyteutica-
rium agrum alium esse à vectigali indicat parti-

21 cula vel t̄ quæ legitur in rubro illo ff. si age. vect.
vel, dictio vel emphy. cuius natura est, vt posita inter duo,
nis natu- aut plura, alternatiuè stet. l. supra iter. §. officium.
ra.

22 vbi Bar. ff. de aq. pl. ar. Alternatiua t̄ autem inter
diuersa cadit, æqualia tamen aut parum distatia.
l. j. ff. de re. du. vnde de uno ad aliud, nisi manife-
sta subsit differentiæ ratio, argumentari licet, vt
de agr

de agro vectigali, ad emphyteuticarium.d.l.j. ff.
 siag. vect. Quare & hunc text. loquentem de ve-
 ctigali fundo, ad emphyteuticariū inculpatē pro-
 traham, non vt insanire cum doctoribus velim,
 qui hos agros nihil inter se differre autumant,
 sed quia de vno ad alterum docet legislator nos
 posse ratio cinari. Ioannes Corasi. Valentiae xxj.
 Martij 1546.

L. VI AE.

- | | |
|----------------------------------|-----------------------------|
| 1 Diuiduum & indiuiduum | 15 Vsusfructus significatio |
| dupliciter dicitur. | duplex. |
| 2 Homo an diuiduus natura. | 16 Vsus cur indiuiduus. |
| 3 Punctus etiam natura indi- | 17 Seruitutes quare indiui- |
| uiduus. | dua. |
| 4 Punctus quid. | 18 Expositæ in eam rem |
| 5 Indiuiduum natura. | multæ leges. |
| 6 Diuiduum & indiuiduum | 19 Alienationis singularis |
| lege. | & vniuersalis differen- |
| 7 Lin executione declarata. | tia. |
| 8 §. Pro parte quando locum | 20 Cedi actio ad seruitutem |
| habeat. | an possit. |
| 9 Doctorum diuisio de diui- | 21 Victoria vnius herediu- |
| duo. | quando alijs proficit. |
| 10 Species l. cum ratione dubij. | 22 Sententia prodest con- |
| 11 Ius patronatus quomodo di- | sorti. |
| uidatur. | 23 Vasallus an omnibus ha- |
| 12 Minorum res nonnunquam | redibus fidelitatem in- |
| diuiduntur. | rare cogatur. |
| 13 Iurisdictio indiuidua. | 24 Vasallorum ius indiui- |
| 14 Vsusfructus seruitus cur di- | duum. |
| uiduus. | 25 Aurelia consuetudo. |

Via

Viae, Itineris, Actus, Aquæductus, pars in obligationem deduci non potest: quia usus eorum indiusus est. Et ideo si stipulator decesserit pluribus heredibus relictis, singuli insolidum viam petunt. Et si promissor decesserit pluribus heredibus relictis, a singulis heredibus solida petitio est.



- 1æ. Omnis **t** diuidui, & indiuidui tractatus à nobis plena manu, nouoque modo excusus aliquando fuit in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. oblig. cuius summa hic nobis necessario repeten
Diuiduum da est. Sciendum igitur diuiduum, & indiuiduum, & indiui dupli ratione dici, Natura, videlicet & Lege. duum. Natura, id diuiduum appello, quod hominis factio in partes discretas, separatasq; secari & diuidi potest, ut fundus, homo, vestis, & aliæ deniq; res corporales innumerabiles. l. i. §. quædam. ff. de rer. diuisio. l. si quis duas. §. si quis partem. ff. com. prædio. & l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de leg.
2. j. In **t** homine tamen ceterisq; rebus animatis Iaf. & posteriores in l. i. j. §. & harum. ff. de verborum obligation. hoc non admittunt, quod earum rerum diuisio subiectum omnino corrumpat. l. rerum mixtura. ff. de usucapio. c. afferte. de præsump. Sed eorum sententiam ipse non facile probauerim, si quidem hac ratione attenta, ex corporeis rebus paucissimæ essent, quæ sectionem admitterent, nam & vestis, nauis, liber, hisque simili

miles, in partes præsertim minutis sinè subiecti destructione separari nequeunt, illud scio, hominem, mulū, ceteraq; animantia, in partes commode diuidi non posse. §. eadem. in fin. de offi. iud. in instit. verum hæc commoditas, vel incommoditas, in diuiduo secundum naturam minimè atten-ditur, sed id consideratur duntaxat, an res corpora sit, atque ita actualiter diuidi possit. d. §. quæ-dam. & d. §. si quis partem, quod & in hominem ipsum cadere probat. dict. c. afferte. de præsump. Quibus confirmatur prima doctrina, in hac ma-teria omnes res corporales natura diuiduæ sunt. d.l. quod in rerum. §. si quis post. ff. de lega. j. à qua solum punctum † excipit. Pet. Bellaperticen. qui tam parvus est, ut tametli corporeus sit, partes nō recipiat.

¶ † Est enim punctus, aut si maius punctum, vt Ma *Punctus* thematici docent, quod ob incomprehensibilem *quid.* sui breuitatem, in partes diuidi non potest, nec ipsum pars aliqua, sed tantummodo signum esse dicatur, protractum, vt Euclides scribit, lineam conficiens. Verum hoc exemplum non mihi valde videtur ad rem pertinere, Siquidem punctum licet ex se facta corpora, non tamen ipsum cor-pus fit. Eo constat ineptos esse, & ridiculos, ex re centioribus quosdam, licet alioqui multæ auto-ritatis, qui in. l. iiiij. §. Cato. ff. de verbo. oblii. scri-ptum reliquerunt, punctum nonnunquam diui-di, veluti cum adeo magnus est, vt in partes didu-ci & secari possit. Bartol. verba in eum sensum contorquentes, dum in. l. si cui. hoc tit. tradit res omnes in vniuersum, ex Philosophorum senten-tia,

tia, in infinitas partes diuisibiles esse, Punctus enim est, ut dixi, qui ob incomprehensibilem sui breuitatem nec longus, nec latus, nec altus, dici potest. quocirca si aliquā habeat magnitudinem, iam puncti nomen amittit. preterea rebus corporis ut dixi non annumeratur.

Cognito uno ex contrarijs, reliquum (ut dici solet) facile perspicitur. I. j. ff. de his qui sunt sui.
5 Proinde cognito, quid sit diuiduum † natura non difficulter intelligemus, eadem natura individuum dici, quod hominis factio, & naturaliter in partes separatas ad oculum diuidi non potest. d. l. i. j. §. & harum. & l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. j. Cuius generis sunt res omnes incorporeales, quae cum neque tangi, neque videri possint. l. j. §. j. ff. de rer. diuifio. §. incorporeales. de reb. corp. in instit. hominis operas in partes quæ ad oculum demonstrentur, separari nequeunt. l. hæredes. §. an ea. ff. familiæ erciscundæ. Ideoque seruitutes, de quibus agimus, licet corpori diuiduo accedant. l. seruitutes. iiiij. hoc titu. Ipsæ tamen diuisionem natura præfertim, non admittunt, ut hic. d. §. & harum. d. §. an ea. d. l. stipulatio nes non diuiduntur. & l. fideicomissa. §. pen. ff. de leg. iiij.

6 Lege diuiduum † dupliciter consideratur, vel *Diuiduum* respectu diuisionis corporeæ, vel intellectualis, *lege.* quatenus ad sectionem corporalem rem ipsam referimus: illud lege diuiduum dici censeo, quod commode, & sine damno diuidi potest. per contrariunque individuum quod non nisi cum incommodo sectionem admittit. l. non amplius. §. cum

cum bonorum alleg. §. eadem. in fin. de offic. iudic. in insti. Homo itaque in hac consideratione indiuiduus est, cæteraque animantia, quæ vno spiritu continentur. Bald. in c. quanto. de iudic. quando non nisi cum destructione subiecti diuidi possit. l. rerum mixtura. ff. de vfuscacio. nec membrum offendit, quin toti corpori vis fiat. l. vulgaris. in prin. ff. de furt. l. j. §. item quæritur. ff. de aqua. quotid. & æsti. Respectu verò diuisionis in intellectu consistentis, Diuiduum lege dicitur, quod in partes plures indiuisat, & intellectuales utilitatis gratia dissecatur. l. seruus communis. ff. de stip. seruor. l. locus. ff. de acquir. posse. Quod fit plerunque per quotas, seu partes, quas quotitatiuas vocant, ut tertiam, quartam, dimidiam, & similes. pulchrè Fulgo. in l. j. §. si pecunia. ff. depos. Qua ratione, homo lege quoque diuiduus existimatur. l. si stipulatus. §. j. ff. de solut. l. in executione. §. pro parte. ff. de verbis. obligatio. possunt quippè duo domini eiusdem serui esse, ita ut singuli dimidiam partem pro indiuiso habeant. d. l. seruus communis. Dixi sanè *utilitatis gratia*, quia distributionem illam partis intellectualis proportionabilem commoditatem adferre oportet, hoc est tantum utilitatis respectu partis, quantum totum in suo toto. d. l. in executione. §. secūda. Hinc liquet iura & actiones lege diuidi inter heredes, tam actiue, quam passiuè pro portionibus hereditariis. l. pacto successorum. C. de pact. l. j. C. si cer. peta. l. pro hereditariis. C. de hæred. actio. Quod magis considerato effectu admiserim,

quam iure ipso. l.ea quæ.C.fam.i.ercis.ponderando prima illius cōstitutionis verba *hæc quæ in nominibus*.nō enim dixit nomina diuidi, sed ea quæ sunt in nominibus:cūm ius in se nullam recipiat diuisionem.l.j. §.j.ff.de rer.diuisio.Ex his intelligis quoque, Individuum ad sectionem intellectualem, relatum illud esse quod in partes pro diuisio conscienti non potest, vt in seruitutibus, quas diuisionem non recipere manifestum est.l. stipulationes nō diuiduntur.& l. ij. §.& harum. ff.de verbo.oblig.l.fideicommissa. §.penul.ff.de leg. iiij.l.pro parte.hoc titul.& hic. adeo vt nec per legem quidem eas diuidi posse Iul.Paul.dicat.l.hæredes. §.an ea. ff.famil.ercisc.cuius rei rationem attingemus infra.

7 Hæc ad substantiam & obligationis, & rerum *Declarata* in ea deductarum pertinet.in eius autem executa*tota l. in tione*, hoc est, circa rei debitæ petitionem, & solutionem, quatuor causas Iurisconsul. considerari volunt, quas accuratè prosequitur Vlpian. per totam l. in executione. alleg. nonnunquam enim euenit, vt talis res in obligationem veniat, quam creditor pro parte petere, itidemque praestari pro parte à debitore possit, veluti si promissa sit pecunia certa, seu quantitas. d.l.ij. §.& harum.& d.l.in executione. §.j.hoc est, quod dicere solemus, quætitatis obligationem diuiduā, de qua regula, ad satietatem scripsimus in d.l.stipulationes non diuiduntur.

Interdum, & secundò, contingit omnino diversum, vt aliquid debeatur, quod nec pro parte peti, nec pro parte solvi possit, vt seruitutes operæ, &

rx, & facta. d.l. stipulationes. & hic l. libertus qui soluendo. ff. de oper. liber. Quare si opus testator fieri iussit, hæredes singuli inquit Vlpia. in solidum tenentur d.l. in executione. §. secunda. & l. fideicommissa. §. pentul. ff. de leg. iiij. Quæ omnia de seruitutibus facti, & operis, in d.l. stipulationes plenissimè sum exequutus.

8 Quandoque verò † non nihil pro parte peti *Explana-*
poteſt, quod in solutione ſectionē nō admittit, *tus* §. *pro*
etenim ſolui niſi totum nequit, ſicuti in ſtipula- *parte.*
tione generis, & alternatiua. d.l. in executione. §.
pro parte. alioqui, vt Vlpia. ait in diuersis rebus
recte partes ſoluerentur, quod debitor facere nō
poteſt, ne creditor debitum nō conſequatur: in-
deque enata celebris illa regula, obligatio ſolu-
tione indiuidua eſt, ſi contingere ex ea poteſt, in
diuersis rebus ſolutionem fieri. Quam Ioā. Imo-
lens. in l. ſupra iter. §. officiū. ff. de aq. plu. arcend.
declarat, procedere in obligatione ex hominis
dispositione fluente, vt in alternatiua, & gene-
ris. d. §. pro parte. ſecus in ea, quę deſcendit ex di-
ſpoſitione legis, vt in cauſa noxali, in qua cū lex
coſtituerit dominum dando, vel ſeruū, qui dam-
nun intulit pro noxa, vellitis aſtimationem li-
berari, to. ti. ff. C. & in iſti. de nox. aet. l. miles. §.
decē. ff. de re iud. poterit dominus partē in pecu-
nia, partem in ſerui dominio præſtare. hoc enim
minus habet iniquitatis, ne nimis prægraueatur
innocē dominus ex maleficio ſerui. !. quoties ni-
hil. ff. de reg. iu. & vulgo dici ſolet mitius agi cū
lege, quam cū homine. l. Celsus. ff. de recep. arb.
Hoc tametſi Alex. Iaso. & posteriores recipiant,

nunquam ipse probauit, cùm verum non sit dominum præstando partem in quantitate, partem in seruo liberari. d. §. officium. vbi Bartolus & l. si seruus communis. ff. de noxali actione. l. si cum uno. ff. si ex noxali causa agatur. l. & tantum. §. si seruus. ff. de ser. corrup. ideoq; nec præcipua eorum doctrina defendi potest afferentiu, in obligatione ex dispositione legis fluente in *Obligatio diuersis rebus, partes rectè solui. nam & obliga-*
rem tradi rationem rem tradi, ea potissimū ratione indiui-
cur indi- duam esse constat, ne solutionem in diuersis re-
uidua. bus fieri contingat. Bar. in d.l. stipulationes non
diuiduntur. iij. q. cum enim sit obligatio facti,
in qua lex disponit succedere obligationem in
id quod interest. l. si quis ab alio. §. si. ff. de re iud.
parte fundi exsoluta posset pars, quæ supereſt, in
pecunia numerata præstari, quod est absurdum.
d. §. pro parte. quam rem paulo plenius, in d.l. sti-
pulationes, attigimus.

Accedere denique potest, vt ad solidū agi debit, ad feratque nihilominus solutio partis liberationem, veluti inquit. Vlpia. in d.l. in executio ne. §. in solidum, si contra hæredes venditoris age re velim, vt me defendant contra Titium, qui fundum venditum vult à me euincere, hæredibus omnibus & in solidum denuntiare debeo. Si tamen fundum euinci cōtingat, pro portione tan tum hæreditaria, singuli tenentur.

9 Hæc † multo clarius obscurum hunc *Doctorum* statum aperiunt, quām commentitia illa *Dodini duo*ctorum diuisio, dicentium, diuiduum, & indi- *individuum* lege, considerari tripliciter, contractu, peti

petitione, & solutione. Quædam enim sunt uiduotram omnino, hoc est tribus istis respectibus, diuiditio. dua, vt obligatio quantitatis quæ pro parte deduci in contractum, pro parte peti, & pro parte solui potest. d. §. & harum. Quædam omnino indiuidua, vt seruitus. quæ nec per partes in contractum venire, nec pro parte peti, nec pro parte præstari potest, vt hic, & l. pro parte. hoc titu. d. l. hæredes. §. an ea. ff. famil. ercisc. cum vulg. Aliqua inquiunt sunt contractu diuidua. Petitione verò, & solutione indiuidua, vt facta, quæ principio pro parte in contractum deduci possunt. l. ij. §. præterea. ff. de aqua plu. arcen. l. locus. ff. de acqui. posse. postquam autem super his semel contractum est, per partes, neque peti, neque præstari possunt. d. l. stipulationes. & d. l. in executione. §. secunda. Denique quædam dicuntur & contractu, & obligatione diuidua, quæ tamen in solutione sectionem non admittunt, vt ea quæ si pro parte præstantur, vel proportionabilem commoditatem non adferunt, quia non tantum utilitatis pars respectu partis affert, quantum totum respectu totius. d. §. secunda. vel in diuersis rebus solutionem fieri contingere potest. d. §. pro parte.

¹⁰ His velut ad evidentiam præpositis, species *species l.* ad hanc l. non admodum obscura erit. Quæsumus est igitur, si mihi constitueris ius mihi esse eundi, agendi, aquamve ducendi per dimidiam partem fundi tui, incertam, & indiuisam, an haec impositio seruitutis effectu habeat? Hic docet Pompo. quod nō. via enim, itinerus, Aclus,

& Aquæductus pars in obligationem deduci non potest: propterea quod earum rerum virtus, & substantia in vsu consistat, qui indiuisus est. Proinde infert, quod si ego, qui in eum modum seruitutem stipulatus sum, duobus aut pluribus hæredibus relictis, decefferim, vnuſquisque hæredum, insolidum viam, aut aliam seruitutē impositam petere poterit. Contraqué, si tu promiffor pluribus etiam hæredibus relictis, in fata cōcesseris, potero ego singulos hæredes tuos ad solidam seruitutem conuenire.

Seruitutū Dubium faciebat l. Lucio. ff. de aqua quotid. commodi- & æsti. quæ iuncta l. sequent. dicit in seruitute ras diuidi tur. Aquæductus, aquam non solum temporibus, sed etiam mensuris diuidi, atque ideo inter eos quibus aqua concessa est, utile iudicium communi diuidendo reddi. Solutio, verum est seruitutes indiuiduas esse, ut hic, cum similib. licet earum cōmoditas, per mensuras, aut tempora, diuisionem admittat. d.l. Lucio. & l. arbor. ff. cōmuni diuid. & l. si partem. ff. de seruit. rustic. Sic

11. † ius patronatus sui natura indiuiduum. l. quædam mulier. ff. famil. ercisc. l. carmelia pia. ff. de iure patro. respectu vſus, & commoditatis, per tempora diuisionem recipit. vt vnuſ anno vno, alter altero, eo iure fruatur. cle. plures. de iure. patrona. Sic res minorum communes, quantum

12. † ad proprietatem indiuisibiles. l. si pupillorum. ff. de reb. cor. l. inter omnes. C. de præd. mino. respectu tamen vſus, administrationis, & percepcionis fructuum, diuiduntur. Accur. in l. Lui- cius. ff. famil. erciscund. & in l. iubemus nullam. C. de

13 C.de sacrosanct.eccle.sic in iurisdictione † di- *iurisdi-*
cimus, vt licet diuidi non possit.c.imperialem. Elionis ad
§.præterea.de prohib.feud.alie.per Frede.exer- ministra-
citum tamen eius, & administratio per terri- tio dini-
toria, mensuras, & tempora diuidatur.Bar.in l. dua.
inter tutores.col.fi.ff.de administra.tuto.Imol.
& canonistę in c.prudentiā.de offi.deleg.latissi-
mè Alex.confi.xxv.volū.v.Huc deniq; pertinet,
quod si ecclesia in limite duarū diœcesum posita
fit, ob idque duo episcopi de eiusdem dispositio
ne non conueniant, debet Iudex ad extremum,
non ecclesiam, sed exercitium inter eos ita diui-
dere, vt alternis annis præsint, & administrent.
l.quoties.ff.de vsufruct. Gloss. singul.in c. licet.
xvj.q.ijj.Panor.in c.fina.col.ij.de re iud. & ita,
vt tandem finiamus, dicendum est seruitutem,
non in seipsa, sed in sua commoditate diuidi.
l.j.§.duo.ff.de aqua. quotid.& æsti, quo modo,
non dicitur propriè diuidi seruitus, sed eidem
adiici modus.l.seruitutes.ijj.§.fin.& l.via.§.fin.
hoc tit.

14 Non potest. Hinc † decantata illa regula sumi- *vſusfru-*
*tur, seruitutes in vniuersum omnes, præter vsum *elus curdī**
fructum. indiuiduæ sunt. l. ij. §. & harum. & l.
uiduus.
stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.
l.hæredes. §. an ea.ff.famil.ercif.l.fideicomissa.
§.penul.ff.de leg.ijj.l.pro parte.hoc titu.Cur au-
tem vſusfructus ab hac regula exceptus sit, quē
diuidi posse, contra cæterarum seruitutum na-
turam,dixit Iuriscons.in l.j. §. si vſusfructus.ff.
ad l.Fal.à Doctoribus variatum est.nam(quod
summam facit in hac materiam difficultatem)

si ususfructus diuiduus est, cur usum diuidi posse idem iuris cons. negavit, in l. usus pars. ff. de usu & habit. cum utraque seruitus sit personalis. l. j.

15 hoc tit. Arridet tamen mihi (ut cetera quae rem non explicant missa faciam:) quod non semel docui,

Vsusfructus dupli Ususfructum in iure dupliciter accipi: impri-
citer cons. mis, ut ius ipsum videnti fruendive designet. l. j.
deratur. videri, neque palpari possit. l. j. §. j. ff. de rer. diui-
 sio. ceterarum seruitutum exemplo nullam di-
 visionem recipiet. d. l. i. j. §. & harum. & d. l. stipu-
 lationes. Quandoque vero ususfructus, ad factum
 magis, quam ad ius refertur: quippe actualem
 ipsam fructuum perceptionem significat. l. si usus-
 fructus. ff. de iur. dot. & tunc eum diuidi posse
 Iul. Paul. rectissime censuit. d. l. j. §. si ususfructus.
 ff. ad l. Fal. cum frui pro parte, hoc est fructus
 per partes colligere, percipereque possimus. l.
 usus pars alleg. Nam & eadem ratione paulo ante
 diximus seruitutum commoditatem, per me-
 suras, & tempora diuidi. l. j. §. duo. l. Lucio. cum
 l. seq. ff. de aqua quotid. & aesti. l. si partem. ff. de
 seruit. rustic. l. arbor. ff. communi diuidunt. haec
 enim non ad ius ipsum seruitutis, sed ad modum
 videnti pertinent. l. seruitutes. iij. §. fin. & l. via. §. j.
 hoc titul. Et si ceruicose instes, cur ergo non
 conuenire ususfructum cum ceteris seruitutibus
 dixit Iuli. Paul. d. §. si ususfructus, si eadem
 ratione ususfructus, qua reliquae seruitutes, in-
 diuiduus est, considerato videlicet iure: eadem
 que ratione diuiduus, spectata videlicet com-
 moditate. respondeo quia latius patet di-
 uisio

uisio in usufructu, respectu commoditatis, hoc est fructuum, qui omnem omnino diuisionem, etiam naturalem adiittunt: quam in cæteris seruitutibus, quæ non nisi mensuris & temporibus diuiduntur. l. cum constet. ff. de aqua quotidiana. & æsti. + perspicuum autem hinc sit, cur usum dixerint leges, indiuiduum, quia ut Iurisconsultus in d. l. usus pars. vti pro parte non possumus, hoc est usus commoditatem, per partes percipere. nam qui fundi usum habet, pro quotidiani usus necessitate, fructu duntaxat utitur. l. j. l. planè §. j. ff. de usu & habit. §. j. illo tit. in insti.

¹⁷ *Indiuisus est.* Ratio + cur seruitutes non diuidantur, est inquit Pompon. quia usus eorum indiuisus est. alibi Iul. Paul. seruitutes non diuidi dicit, quia diuidi non possunt. l. haeredes. §. an ea. ff. famil. erciscun. & alio loco idem author, non diuiduntur inquit seruitutes, quia partis præstationem non recipiunt. l. ij. §. & harum. ff. de verbo. obligat. quæ rationes omnes infirmæ videntur, cum idem contineant quod in expositione dictum est. l. labeo & Neratius. ff. de usu cap. l. fina. ff. de offic. procur. Cæs. & utrobique scriptores, nisi aliquanto extensius explicitentur.

¹⁸ Dicendum igitur + Iurisconsultorum rationes, parcè detortas, saneque intellectas concludere. hoc enim dilemmate legislatores vti voluisse coniicio, seruitutes non diuidantur, quia si diuisionem reciperent, ea esset, vel corporea, vel intellectualis, corporaliter, seu naturaliter scindi non possunt, cum iura sint que tangi, videri, palpari que nequeunt. l. j. §. j. & §. fin. ff. de rer. diuisio.

Seruitutes
cur no di-
uidantur.

non item intellectualiter, quia ea diuisio quæ fit per quotas, non cadit nisi in rebus quibus pro parte vti, fruique possumus, vt in dominio. l. pro parte. hoc tit. in actionibus, & obligationibus. l. pacto successorum. C. de pact. l. pro hæreditariis. C. de hæred. actio. quod harum rerum usus, & utilitas diuidatur, tantum quippe fructus, utilitatisque consequor ipse, dominium, ius, aut actionem, pro dimidia duntaxat habens, respectu eius dimidiæ, quantum assequerer, si in totum dominus essem, aut in totum ius, vel actionem haberem. Usus vero seruitutum, diuisionem non recipit, atque ideo pro parte præstari non potest. quia enim fieri potest, vt ego pro parte eam, agam, aquamve ducam. Recte igitur Iurisconsul. dixit in d. §. an ea. seruitutes non diuidi, quia lex non potest diuidere: nequit enim diuidere iura, nisi respectu usus, atqui seruitus neq; per se, partis præstatione recipit. d. §. & hanc. nec respectu usus diuisione admittit, vt hic.

19 *Viam petunt.* Obstat, quia tamen cum hic stipulator, ante constitutam seruitutem decessisset, videbatur extingui stipulationem. l. pro parte. hoc titu. & l. si sub una. §. final. ff. de verbo. oblig. ubi si stipulator viæ, ante constitutionem seruitutis alienauerit partem fundi, evanescit, & corrumpitur stipulatio. Finitur quippe obligatio perfectionem suam non habens, si in eum casum reducatur, à quo non possit incipere. l. si in metallum. ff. de his quæ pro non scrip. hab. l. existimo. & l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. oblig. seruitus autem promissa, nondum constituta, perfect

fectionem habere non intelligitur. l. via. §. fin. ff.
 de seruit. rusti. solutio. procedunt contraria, vbi
 res à stipulatore alienaretur titulo singulari, vē-
 ditionis puta. d. l. si sub vna. §. fin. Secus si titulo
 vniuersali: veluti hæreditario, vt hic. Ideoque
 constitutum, vt si reliquerit hæredes plures sti-
 pulator, etiam ante impositam seruitutem, non
 euaneat stipulatio: sed singuli insolidum viam
 petant, cum vnius personæ vice hæredes omnes
 fungantur: ex quorum propterea persona, qua-
 litas obligationis non immutetur. l. ij. §. ex his.
 ff. de verb. obliga. Differentiæ rationem, plenio-
 rem in d. l. pro parte attulimus, quia successores
 vniuersales, actionem insolidum ad seruitutis
 constitutionem, singuli querant, non item sin-
 gulares. l. omnes. §. fina. ff. de vſu & habitatio. In
 quorum ideo persona stipulationem corrumpi,
 & euanscere oportet. d. l. si sub vna. §. final. vbi
 Accurs. ergo secus si seruitus constituta esset. ea
 enim cum sit ius, & accessio fundi. l. quid aliud.
 ff. de verb. signifi. l. seruitutes. iiij. hoc tit. mero iu-
 re sine aliqua cessione transiret in singularē suc-
 cessorem, in quem trāsit rei dominium. l. via. §. si
 fundus. ff. de seruit: rustic.

²⁰ Sed & quo t̄ casu constituta non esset, eodem *Seruitus*
 contextu, quo dominium prædij transfertur, *nondū cō-*
 posset cedi singulari successori, actio personalis *stituta an-*
 pro seruitute constituenda. Accurs. in d. l. si sub *cedatur.*
 vna. §. final. licet ex interuallo post quæsumum
 titulum singularem, cedi non possit, cum iam
 extincta fuerit actio: & actio quæ nō est, cedi ne-
 queat. l. ij. §. item ei. ff. de donatio. l. Iulianus. §.
 j. ff.

j. ff. de dol. mal. except. cum dispositio non fundetur super non ente. l. Seiæ. ff. de tuto. & curat. Pariter inquit Castrenf. hic non posset fieri cef-
sio ei, in quem dominium prædii non transfe-
retur. cùm non sit capax huius seruitutis, quæ illi
rei constitui debet, à qua separari non potest. l. j.
ff. com. prædio.

21 Verum tamen cum hic tex. dicat stipulatore serui-
sententia tutis, pluribus hæredibus relictis mortuo, fin-
lata pro gulis hæredibus insolidum petitionem seruitu-
vno quan tis competere. Quæritur nunquid si vnum dun-
do alteri taxat egerit, & obtinuerit, sententia pro ea lata
profit.

hic col. iij. existimat quod non ex vulgata re-
gula, sententia pro vno lata, aliis non prodest,
quod & nobis probandum est, si agatur actio-
ne personali, ut & in specie nostra, agi hæres
ex stipulatione, ut seruitus promissa necdum
constituta imponatur. l. pro parte, hoc titul. se-
cū si seruitus fuerit constituta defuncto, & hæ-
redum vnum confessoria egisset, & obtinuisse.
victoria quippe eius aliis prodesse. l. loci. §. si
fundus. ff. si ser. vendic. cùm sententia tunc non
personæ, sed prædio detur. l. qui aliena. §. fin. ff.
de nego. gest. & quoniam vbi agitur de serui-
tute constituta, ius illud ad ipsum fundum reale
est, & indiuiduum. d. §. si fundus. & in indiuiduis,
sententia lata pro vno, prodest consorti. l. iij. C. si
vnum ex plurib. Bar. in l. si quis separatim. §. quod
est rescriptum. ff. de appella. Superiore vero ca-

22 su, tamen cum agitur de seruitute constituenda, non
dum est conceptum aliquod ius in fundo, sed so-
la

la personalis actio competit, quæ potest etiam in causa communi, in vno effectum habere, in altero non. l. vnic. vbi Bart. C. si in co. eadem que ca. in int. rest. po.

Postremo inducitur hic text. ad frequens du-
23 bium, † an mortuo domino, pluribus filiis reli-
ctis, debeat vasallus singulis iuramentum fidel-
24 tatis præstare: cum enim ius vasallorum † indi-
uiduum sit. l. Carmelia pia. ff. de iur. patro. & ea
quæ indiuidua sunt, singulis hæredibus debean-
tur insolidum, vt hic. l. i. §. ex his. ff. de verbos.
oblig. & l. si vnum. ff. de seru. rusti. l. cui fundus. ff.
de conditio. & demonst. videtur, singulis vasal- *Vasallus*
lum, iuramentum fidelitatis præstare oportere. l. *an tenea-*
fi vſusfructus legatus. in princ. vbi Accur. ff. de tur singu-
vſusfruct. l. de pupillo. §. si plurimum. vbi Bart. ff. de lis hæredi-
no. ope. nunt. l. cum vnum, in princ. vbi Dyn. & bus iura-
Bart. ff. de bo. autho. iud. possid. in qua sententia *re.*
præter Dyn. & Bart. fuerunt Bald. in l. j. xxij. q. ff.
de rer. diuīsio. Ang. & Roma. in d. §. ex his. Ang.
in l. loci. §. si fundus. ff. si ser. vend. Imol. in l. iiiij.
in fi. prin. ff. de verb. oblig. Et ita omnes Docto-
res Tolosanos consuluisse refert Aluarotus in
c. j. §. omnes. si de feud. fue. controuer. inter do. &
agna. in feud.

Contrarium tamen quod imo sufficiat vasal-
lo, vni filiorum omnium nomine iuramentum
præstare fidelitatis. Accur. in d. §. omnes. alij mul-
ti docuerunt, vt Iacob. Aretin. & Alb. in d. §. si
plurimum. Albe. in l. stipulatio. §. quæsitum. ff. de
nou. oper. nuntia. in d. l. cum vnum. & in d. §. ex
his Specul. & Ioan. Andr. in titu. de feud. §. quo-
niam.

niam. versicul. xxix. Hostien. in sum. tit. de feud.
 §. fina. Aretin. in dicto, §. ex his. illud singulariter
 adiiciens, hanc opinionem, ut communem, in
 iudicando seruandam. moti omnes text. in c.j.
 §. præterea. ibi ita tamen ut vasallus pro uno feu-
 do plures dominos habere non compellatur. de
 prohiben. feud. alien. per frede. & quoniam ini-
 quum esset, cogi vasallum, qui cum uno contra-
 xit, in plures aduersarios distingi. l. i. ff. de exer-
 cito. actio. Quam sententiam, ipse ut æquio-
 rem, & veriorem recipio. debebunt ergo hære-
 des, aut filij plures defuncti, vnum eligere, à quo
 inuestitura petatur, & cui omnium nomine iu-
 retur. l. quod si nolit. §. si plures. ff. de ædil. edict. l.
 iiiij. fundus. in fin. ff. de conditio. & demonstra-
 tio. Ioan. Fab. in §. quædam. col. iiij. de actio. in
 institu. Idque in Gallia vsu firmari frequentissi-
 25 mè vidi, t expressimque Aurelia consuetudo
 approbavit, in titu. de feud. c. xcviij. Ioannes Cor-
 atius Tolosas Valentia. xxv. Martij. 1546.

L. PAPINIANVS.

- | | | |
|-----------------------------------|--------------------------|------------------------------|
| 1 Confusio debiti, fit successio- | ne. | gatarium. |
| 2 Actio, & passio, in uno | subiecto, nō concurrunt. | 6 Nouus intell. ad hæctex. |
| 3 Seruitutes quomodo con- | fundantur. | 7 L. à Titio declarata. |
| 4 species l. | | 8 Fictio in casu ficto, idem |
| 5 Dominium legati, à quo | tempore transeat in le- | quod veritas in vero, |
| | | operatur. |
| | | 9 Vsusfructus alia causa, |
| | | quam seruitutis. |
| | | 10 Intellec. §. dominus. |

Pap

Panianus notat, in omnibus seruitutibus,
quæ aditione confusæ sunt, responsum est,
doli exceptionem nocituram legatario, si
non patiatur eas iterum imponi.

Pspinianus. Leges vbiue voluerunt,
† ut quoties creditor succedit debiti- Confusio-
tori, aut è diuerso, debitor creditori, debiti quo-
successione actio confundatur. 1. Sti- pacto in-
chum. §. aditio. ff. de solut. l. si debitori. ff. de fide- ducatur.
iuss. l. debitori. C. de pac. l. iij. C. de fideicom. cum
sexcentis similib. ratione prompta, quia hæres
defunctum repræsentat, vel potius iuris fictio-
ne, eadem persona censetur cum defuncto. §. j. de
iureiur. à mor. præst. at qui nemo sui ipsius credi-
tor esse, aut debitoris, & creditoris persona fun-
gi potest. l. iij. ff. de stip. seruo. l. penult. ff. de arbit.
2. cum † actio, & passio, in eodem subiecto non
concurrant. c. debitum. de baptis. c. fi. de institu-
tio. Bal. in l. si vxor. in princ. C. de bo. autho. iud.
possid. Quę ratio, cū pro ea parte duntaxat, locū
sibi vendicet, pro qua hæres succedit, cū non in
plus fingat lex ab hærede, defuncti personam re-
ferri, reprensetari que. l. cū à matre. C. de rei vēd.
dicendū, actionem aditione, & successione, tan-
tummodo confundi, quatenus qui successit, est
hæres pro rata. d. l. si debitori. d. l. iij. l. licet. C. ad
l. Falc. & l. si adulta. C. de hæred. actio. Rursus
hæc ratio, in actione personali obtinet, in reali
vero, ut rei vendicatione cessat. Ideoq; si cōpete-
bat hæredi, contra defunctum, aditione nō con-
fun

funditur. Bald. in d.l. si vxor. non enim fuit obstrictus aliqua obligatione defunctus, qui sola actione in rem tenebatur. §. omnium. de actio. in insti. quare obligatio quæ nō erat, confundi minime potuit. l. Seiæ. ff. de tut. & curat. l. eius. ff. de reb. cred. sed dominium apud hæredem, quo erat antea modo remansit, vt & attigimus latius in l. frater à fratre. ff. de condic. indeb. post Alex. & alios in d.l. debitori. qui ad huius regulæ declarationem necessaria, illic plenissimè tractant.

3 Exemplo huius + cōfationis, quæ fit aditione, constituerunt Iurisconsulti in tractatu seruitutum, prædiorū seruitutes cōfundi, si idē vtriusq; fundi, & dominantis, & seruientis dominus esse cœperit. l. j. ff. quēadmo. seruit. amit. l. quicquid. in h. ff. com. præd. Cū nemini res propria seruire possit. l. vti frui. ff. si vſusfr. petatur. l. in re communi. ff. de ser. vrb. prædio. Si tamen dominium vtriusque prædij, in totum quæsierit, secus si pro parte. l. vt pomum. §. fi. hoc tit. & l. si quis ædes. §. j. ff. de seruit. vrb. præd. licet enim res propria, vel etiam cōmuni, nemini seruiat, quātum ad nouæ seruitutis impositionem. d.l. vti frui. & d.l. in re cōmuni. quantum tamen pertinet ad retentionē seruitutis iure impositæ, ante acquisitum rei dominium, communis res seruire potest. l. vnuſ ex sociis. ff. de seruit. rusticō. & d.l. vt pomum. §. fin. vbi scripsi, quibus velut ad euidentiam relatis, speciem ad hunc text. obseruata imprimis cōmuni interpretationē talem proponimus.

4 Habebat + Titius fundum Tusculanum, qui species l. prædio meo vicino, utineris seruitutem debebat, ius

ius videlicet mihi esse eundi, agendi, per illum
 fundum, ad fundum meum. In testamēto, Titius
 hæredem me scripsit, & fundum illum Tuscula-
 num, Sempronio legauit sub conditione, si po-
 tentissimus Rex noster Franciscus, Italiam cum
 exercitu applicaret. mortuo testatore, & penden-
 te adhuc conditione, adij hæreditatē, & ita præ-
 dij quoq; seruientis cum effectus sim dominus,
 seruitutem confusam esse, dubium non est. Ex-
 titit deinde conditio, quia fortissimus Gallia-
 rum Rex frequentissima militum multitudine
 stipatus, Italiam intravit, legatumque prædium,
 Sempronius legatarius à me petit, eumque libe-
 rum: Ego ei fundum offero, dum primum patia-
 tur, veterem illam seruitutem, aditione confu-
 sam, iterum imponi: Hic vtrius causa potior sit,
 quæritur, & responsum est à lul. Paul. ex Papin.
 sententia, quod licet mero iure, fundus sine ali-
 quo onere seruitutis legatario debeatur, pro-
 pterea quod seruitus antiqua successione con-
 fusa esset, opposita tamen doli mali exceptione,
 legatarius id petens, repelletur: cum hæres rem
 legatam, non nisi talem, qualis relicta est dare te-
 neatur. At vero, dices, quo pacto confundi ser-
 uitus potuit cùm rectà à morte testantis rei lega-
 tæ dominium † in legatarium transferit. I. à Ti-
 tio. ff. de furt. atque ita nullo tempore, res fuerit
 hæredis. Solutio inquiunt Accur. & cæteri, reg.
 d. I. à Titio in legato puro obtinet, non etiam in
 conditionali, in quo rectà non transfertur do-
 minium in legatarium, sed medio tempore res
 legata hæredis sunt. I. j. §. serui. ff. ad Sillania. l.

Legatum
 conditio-
 nale an
 rectà in le
 gatarium
 transfera-
 tur.

Sempronius Attalus. ff. de vſu & vſuſru. leg. Sed vt cunque hæc declaratio vera sit, mihi non placet constitutionem nostram ſic interpretari, vt exaudiamus hic conditionem adiectam legato, cum de ea in textu nullum verbum, & conditio facti fit. l. qui hæredi. in princi. ff. de conditio. & demonstra. Ideo præſumi non debeat. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. Alij insolentiis diuinantes dicunt, hic legatam fuſſe rem hæredis, à testante, quo caſu rei legatæ dominium in legatarium, poſt mortem defuncti, recta via non tranſit. Ideoque nec datur ei rei vendicatio. l. ſi hæredis ſeruus. vbi Barto. & cæteri. ff. de legat. j. licet Accur. contra putet in l. ij. C. commu. de leg. Quod enim poſſit testator rē hæredis, ſicut propriam legare. l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. ij. procedit conſiderato effectu legati, vt legatum omnimodo debeatur, tametsi testator errans rem ſuam crediderit: non item respectu translationis dominij. Accur. Caſtreñſ. & alij hic.

Nouus in tellec. 6 Ego nouè, † & aduersus ſcriptorum omnium ſententiam, hunc text. vt iacet, & ſine ſubauditione intelligo, legatam rem propriam, & purè, à testante in eo fuſſe: falſumque Doctores aſſerere, cum existimant à tempore mortis, dominium recta in legatarium transferri. Verius ſiquidem eſt, non niſi ab adita hæreditate tranſire, vt Caius & Iulianus docuerunt. l. ſeruo legato. in princip. & l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. ff. de lega. j. l. cum legato. ff. quando dies leg. ced. atque ita interim non eſſe legatarij. l. & eleganter. §. idem ſi ſeruum. ff. de dol. l. huic scripturæ. ff. ad legem

legem Aquil. sed nec hæredis vere. l. sed si damnum. alias l. peculium. ij. §. sed & creditori. ff. de pecul. l. legatum ita. ff. de legatis secundo. licet interpretatione legis (quia rei legatæ dominium hæreditate iacente in hæreditate ipsa remanet:) hæredis fuisse intelligatur. l. quod seruus. ff. de legatis secundo. Nec obstat † Martiani responsum, *Explicata* in l. à Titio. ff. de furt. inquietis, ea quæ legantur recta via, ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt, transfire. Debent enim illa verba, *recta via*, per prædicta iura intelligi, non à die mortis, sed ab adita hæreditate. quali dicat Iuriscon. rem legatam, nunquam factam hæredis recta via, hoc est statim, aditione hæreditatis sequuta, non expectata traditione hæredis, in legatarium transferri. l. cum pater. §. surdo. ff. de legat. ij. à qua interpretatione non abhorret Rapha. Cuma. in l. seruum filij. §. primo. & in d. l. seruo legato. in princip. ff. de lega. j.

Hic scio plerosque, communem interpretum *Legatum* distinctionem, nequaquam omissuros, dicentiū, *an à die verè ab adita hæreditate, dominium rei legatæ, mortis trāf in legatarium transferri.* d. l. seruo legato. d. §. eat. cum seruus. & d. l. cum legato. at considerata legis fictione, à tempore mortis testantis. d. l. à Titio. cum iura dicant, illud nunquam, nulloque momento, hæredis factum. d. l. peculium. ij. §. sed & creditori. ff. de pecul. d. l. legatū ita. ff. de leg. ij. Quibus responsum velim, nec quidem fictione legis, transfire à die mortis testantis, legatæ rei dominium, in legatarium: cum traditum sit ab Vlpiano in d. l. huic scripturæ. vulnerato seruo

ante aditam hæreditatem, oportere hæredem, actionē legis A quiliæ, quæ in hæreditate remansit, legatario cedere. non ergo sequuta aditione, legatarius retro fuit dominus, à morte testatoris, † alioqui cum idem operetur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero. l. filio quem pater. ff. de lib. & posthu. non fuisset cessio necessaria, sed suo iure actionem legatarius habuisset. l. proinde. ff. de reb. cre. l. sed interim. §. si vxor. ff. de donatio int. vir. & vxo. l. quædam. ff. de reb. dub.

sensu Itaque ut tandem quid hoc loco Iurisconsultus l. nouè tus senserit, manifestemus, ad speciem hic constitutum est, vt si Titius Tusculanum habeat prædium, quod fundo meo itineris, aut aliquam seruitutem debeat. Idque, me testamento hærede scripto, Sempronio purè (vide quantum ab aliorum interpretatione, hæc nostra distet:) legaverit, deindeque hæreditatem adierim, quo actu seruitus sit confusa, cum ipse qui dominantis fundi dominus eram seruientis dominium natus sim. Sepronio legatario, à me Tusculanum prædium petenti, rectè doli opponam exceptionem, si nolit pati veterem illam seruitutem, quam additio extinxit, iterū imponi. licet enim mero, & summo iure, liberum fundum legatario præstare debeam, propterea quod cum confusione dominij, evanuerit seruitus talis, aditæ hæreditatis tempore reperiatur, à quo recta via in legatarium transferatur dominiū: quia tamen evincit æquitas, ut talem fundum dare teneat, qualis à testate relictus est, non aliū. l. legatū est. §. h. ff. de leg. j. nisi legatarius imponi seruitutem patiatur,

petent

petenti ei legatum , doli mali exceptio opposita nocebit. Nam & si quis ab eo institutus , cuius prædium fundo suo seruiebat, hæreditatem vendiderit , tametsi aditione , seruitutis confusas amiserit , ager nihilominus contra emptorem , ut sibi restituantur , reponanturque in pristinum statum . l. si ei cuius . ff. commu. prædio . l. ij. §. fina. ff. de hæred. vel actio. vend.

Hūc sensum nostrum genuinum , germanum , & verum , si obseruauerimus , non est quod illud obiici debeat , rei legatae dominium , recta via in legatarium transire . Ideoque non posse seruitutem confundi . l. à Titio alleg . nam ut supra diximus , hoc non contingit , nisi post aditam hæreditatem . d. l. seruo legato . in princi . & l. si tibi homo . §. cum seruus . ff. de leg. j. Atqui in ipso aditionis actu seruitus dominij confusione extincta fuit . d. l. legatum est . §. finali .

Doli exceptionem. Quod si non opposita dolii exceptione , rem legatam hæres legatario per errorem tradiderit . Respondeo incerti condicet , ut seruitus imponatur . l. si binarum . ff. de seruit. veba . l. sed & si me putem . §. fi. ff. de condicte indeb . l. si tibi liberum . ff. de actio. emp.

9 *Imponi.* Hoc t in prædiorum seruitutibus . d. l. legatum est . §. fi. ff. de lega . j. d. l. si ei cuius . ff. commu. prædio . & l. ij. §. fi. ff. de hæred. vel actio. ven. Diuersum in seruitute personarum , puta v susfructus . nam si fundum dominus , hærede fructuario scripto alicui legauerit . vendicantque legatario fundū , hæres ex causa v susfructus , emō 10 lumentum retinere velit , dolit mali saltēm exce-

ptione opposita, audiendus non est. I. is cuius. & I. cum filius. §. dominus. ff. de leg. ij. Differentiæ rationem Papinianus aperit in d. §. dominus: *quoniam* (inquit) *fructus portionis instar obtinet*. quasi velit eum qui fundum simpliciter legat, totum fundum, atque ita singulas eius partes, censeri legare. me, itoque legatarium, vsumfructum qui portionis instar obtinet, vendicare. I. Mæuius. §. fundo. ff. de legat. ij. quem idcirco hæres, non iure retinere contendit, cum totum fundum oporteat eum præstare, atque ita vsumfructum, qui sub fundo includitur. I. si alij. ff. de vsumfruct. leg. quod in seruitute prædiorum considerari nequit. Ioan. Coras. Tolosas Valentia. xxx. Mar. 1546.

L. E I F V N D O.

- | | |
|--|--|
| 1 species l. cū ratione dubij. | interest fundata. |
| 2 Seruitus non vtilis prædio dominantii, an constitutatur. | 6 Exceptio tua non interest, repellit agentem. |
| 3 Interpretatio noua l. nostræ. | 7 Interesse ab initio, quibus easibus sufficiat. |
| 4 Interesse si desinat, an desinat actio. | 8 Declaratus §. quod si homo. |
| 5 Actio omnis super eo quod | 9 Interesse non consideratur in pænis. |

Ei fundo quem quis vendat, seruitutem imponi, & si non vtilis sit, posse existimo, veluti, si aquam alicui ducere non expediret, nihilominus constitui ea seruitus possit. Quædam enim habere possumus, quamvis ea nobis vtilia non sint.

Ei fundo



I fundo. Ostendimus † plenè in rubr. & in l. quoties. huius tit. Quando de eo quod non interest nostra seruitus imponi possit. Ideoque non hic inculcabimus, nisi quatum ad breuem l. nostræ interpretatione pertinere intelligemus. Ad quam species talis proponitur. Vendidi tibi fundum, in venditione imposuimus seruitutem *aquædu-*
flus huic fundo, constituisti quippe licere mihi aquam per illum fundum à te emptum, ad aliud prædium meum vicinum ducere, quem aquæductum habere, vtile mihi non erat, quia forte fundus meus aquis, ultra necessitatem abundabat. Quæsitum est, an ea seruitus, quæ non sit utilis prædio dominanti, constitui possit. Et à Iabolenio, ex Labeonis sententia, hoc loco responsum est posse. Nec enim nouum est ut quædam habeamus, quæ nobis utilia non sint.

Ratio dubij fortissima † ex l. quoties. j. hoc titul. dessumitur, quo loco docet Pompon. talem seruitutem constitui non posse, quæ fundi dominantis utilitatem non respiciat. Ideo Bart. cui adstipulantur cæteri omnes, in l. j. hoc titulo. ad seruitutis substantiam existimans maximè pertinere, ut ea dominantis prædio utilis sit, hoc in definitione seruitutis non omissendum censuit. seruitus (inquit) ius est quoddam prædio inhærens, ipsius utilitatem respiciens, & ius, seu libertatem alterius diminuens. Nam & alibi Vlpian. scripsit non ultra seruitutem constitui posse, quam quatenus ad eum ipsum fundum opus sit. Ergo. in fine. ff. de seruit. rustic. prædio.

Solutio communis est, seruitutem constitui non posse, quæ fundo dominati vtilis nunc non sit, aut in futurum esse possit. d.l. quoties. & d. l. ergo. Ea verò seruitus, quæ constitutionis tempore, nullā adfert dominantī prædio vtilitatem, in futurum tamen est adlatura, imponi procul-dubio potest, vt hic, non vt à tempore contrac-tus, sed cùm cœperit interesse, detur actio. l. si procuratorem. §. mandati. ff. mandat. non tantum autem præsentem vtilitatē attendi, sed futuram quoque spectari, in confessō est. l. si infantis. ff. de vſufruct. Etiam in seruitutibus prædiorum, de quibus agimus. l. Labeo. ff. de seruit. rustico. Id circóque futuro ædificio seruitutem imponi posse, receptum est. l. si seruitus. §. finali. ff. de seruitutib. vrbaniorum.

Hæc dissolutio cui assentiuntur ad vnum omnes, non mihi placet, cum ad textum nostrum inexcusabiliter diuinet, eiusque verba miserè contorqueat. traditur quippè hic à Labeone & Iabolenō generalis regula, seruitutē fundo qui venditur, eam imponi posse quæ vtilis non sit, quam non nisi cum manifesta calūnia, ad casum qui vix contingere potest, constringemus: ad eum videlicet, quo vtilitatem præsentem, tametsi seruitus non contineat, in futuru tamen continere potest. Præterea ratio tex. euidenter repugnat, cum inquit, Iuriscons. *Quædam enim habere possumus, quamvis ea nobis vtilia non sint.*

3 Componenda † igitur est aliter hæc antino-declarata mia vt à nobis nō vno in loco iā extitit declaratio-nē dñae rū in rub. & in lquoties. huius tit. Dicēdū itaque cum

eum Iurisc. hic posse talem imponi seruitutem, *ll. huius tis*
 quæ vtilis non sit prædio dominati, nunc nec in *tuli*.
 futurum, modo probabiliter domini eius inter-
 resse possit amœnitatis videlicet, & voluptatis
 saltem gratia. tunc enim licet prædiorum non in-
 tersit, dominorum interest: quod sufficere, perspi-
 cuum faciunt verba Pompo. in. d. l. quoties. Ve-
 luti in seruitute *aquaducendæ*. non enim tantum
 ad irrigandum, impinguandumue agrum, sed &
 amœnitatis causa aqua ducitur. l. hoc iure. in
 prin. ff. de aqua quotidiana & æsti. hic autem du-
 ctus aquæ, tametsi nobis pecuniarium aliquod
 commodum, bursalemque (vt ita loquar) vtilita-
 tem non adferat, quia tamen naturalis illa, & gra-
 tiosa fluentis aquæ iocunditas animos nostros
 maiorem in modum reficit, recreatque, satis eo
 nomine interessè nostra dicitur, nec diuersum
 censemus in amœnitate, quæ ex arboribus præ-
 statur. l. competit. §. j. ff. Quod vi aut clam. vno
 duntaxat casu debere seruitutem, dominantis
 fundi vtilitatem respicere arbitror. cum scilicet,
 talis esset, in qua nulla amœnitas, aut voluptas
 domini, sed sola prædij vtilitas considerari po-
 set, vt in seruitute *calcis coquendæ*, *cretae eximendæ*,
 & alijs id genus. d. l. ergo. §. f. ff. de serui. rustico.

4 Illud porro + notandum, obseruata communi
 interpretatione, vt actio ad seruitutis cōstitutio-
 nem detur satis esse, si ex postfacto, id quod inte-
 resst exurgat, licet ab initio nullatenus intersit.
 Quid autem econtra, si ab initio intersit, ex post-
 facto autem interesse definat quæstio est qua ne-
 mo tangit, cum tamen sit intellectu necessaria, in

5 qua breuiter ipse † putarē denegari eo casu actio
~~Aetio an~~
~~detur, si de~~
~~sinit inter-~~
~~refesse.~~ nem pro seruitute. l. fi. §. j. ff. ad l. Rho. de iact. quo
 tex. illud vulgare iactatur. vbi desinit interesse, de
 finat inter- sinit quoque actio competere. Bartol. & reliqui
 in l. qui autem. §. illud. ff. si quis cautio. cū omnis
 actio super eo quod interest fundetur. l. si procur-
 ratorem. §. mandati actio. ff. mandat. l. stipulatio
 ista. §. alteri. ff. de verborum obligation. & §. alte-
 ri de inuti. stip. in instit. & nō admittatur ad agē-
 dum, nisi is cuius interest. l. si pupilli. §. videamus.
 ff. de neg. gest. l. quoties. §. item si temporali. ff. de
 administ. ruto. l. à sententia. ff. de appel. vt nec ad
 appellandum, l. j. ff. de appel. recip. c. cum inter R.
 6 de elect. c. non solent. i. j. q. vj. Et † exceptio tua nō
 interest, in effectu repellat agentem. l. loci. §. com-
 petit. ff. si serui vend. l. fi. C. de rer. ven. eum etiam,
 qui pro se casu sentētiam obtinuit. l. posthumus.
 §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa.

7 Est tamen hæc regula, † in quam obiter inci-
 dimus, vbi desinit interesse, desinit quoque actio
 competere certis casibus temperanda, quibus,
 initio sufficit interfuisse, licet præsenti tempore
 interesse desierit. Primus, si præteriti temporis
 damnū duraret. d. l. qui autem. §. illud & l. si eum.
 §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. illic enim in-
 teresse desierat iniuriarum actione, morte rei ex-
 tincta, quia tamen præteriti temporis damnum
 non cessabat (impedierat quippe longa rei mora
 litem contestari, atque ita actionem ad hæredes
 transitoriam fieri.) l. j. C. ex deli. defuncto. actio
 datur. Sic in actione in factum, quæ descendit ex
 edicto de edendo, Barto. & alij tradunt in d. §. il-
 lud.

lud. licet enim interesse desierit, nō tollitur actio
quæ competit ad id quod interfuit actoris edi,
cum decerneretur à prætore, non ad id quod ho-
die interest. l. vbi autem. in fi. ff. de edend.

Alter casus. cum agitur ex delicto, concurren-
te dolo. l. j. §. rectissimè. ff. de vi & vi arma. vbi
contra eum qui vi deiecit de prædio, in quo erat
animalia, agitur ad æstimationem animalium,
post deiectionem, sine culpa deiijcientis, demor-
tuorum. Sic si rem depositam vendideris eamq;
postea redemeris in causam depositi, etiam si sine
dolo malo postea perierit, teneberis nihilominus
depositi, quia semel dolum fecisti cum venderes.
l. j. §. si rem. ff. depos. Denique si vasallus feudum
alienauerit, licet postea id recuperet, penes eum
tamen non remanebit, vt pote domino ad quem-
cunque peruererit apertum. c. vnic. Quid iur. si
post alie. feud. vas. id recip. In sola actione quod
metus causa. in qua si adiudicis iussum, non resti-
tuat qui metum intulit, in quadruplū iudicium
in eum prætor pollicetur. l. si cum exceptione. §.

§. ff. quod metus causa. mortuo + fataliter seruo, *Explana-*
cum æquè apud actorem periturus fuisset, non *tus ver.*
præstatur eius æstimatio. d. l. si eum. §. quod si ho-
mo. in fin. quia cum ex illis edicti verbis. *Quod si*
restituat, hic debitor habeat facultatē soluendi, non *homo.*
videtur quod ad illam pœnam attinet adhuc esse
in mora, cum satisfaciendo facere posset ne in
eam incideret. Barto. in. l. qui ea mente. colum. ij.
& ix. opp. ff. de fur. Ideoque solum triplum, ho-
minis condemnatione relaxata, eo easu exigerur.
d. §. quod si homo.

9 Tertius casus, ^t in poenis legalibus, in quibus
Pœna le- non inspicitur an nunc interficit. l. quæcunque ij.
gis ad id ff. de actio. & obli. ideo Vlpia. extincta re furtiva
quod inte- aduersus furem nihilominus actionem remanere
rest non at dixit. Competit enim (inquit) *actio, non ideo quia nunc*
tendunt. abest, sed quia nonnunquam maleficio furis abfuit. l. inter
omnes. in prin. ff. de furt. & Iabolenus, de actione
iniuriarū. *Iniuriarū ait estimatio, non ad id tempus quo*
indicatur, sed ad id quo facta est referri debet. l. iniuriarum. ij. ff. de iniur. licet enim actiones huius-
modi non dentur nisi interficit. l. manifestissimi.
C. de furt. non tamen interesse est causa pœnæ, ad
quam actio competit, cum non id quod interest, sed verum premium dupletur, aut quadrupletur
in actione furti. l. in furti. ff. de fur. Præterea illud
notissimum est, in poenis id quod interest non considerari. l. si pro fure. §. furti. ff. de cōdict. furt.
d. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig.

Quartus, si facto rei conuenti desierit interesse in actione reali. nam & hoc casu principio interfuisse satis erit. l. si post acceptum. ff. de rei ven-
vbi si post litem contestatam, rem vsiceperit pos sessor, debet eam tradere, eo que nomine de dolo
malo cauere. periculum est enim, inquit Caius,
ne vel eū pignorauerit, vel manumiserit. A con-
trario igitur secus dicendum est, si in actione in- rem desineret interesse facto actoris, aut autoris
sui. nam tunc desineret actio competere. l. sinau-
tem. §. j. & l. eius rei. ff. de rei vend. l. si fideiussor.
ff. deposit. l. si quis vxori. §. f. ff. de fur. & l. tigni.
§. fi. de exhib.

Vltimus casus, in actione personali, si desinat
 inte

interesse non facto actoris, aut alterius qui actorem repræsentat, nō desinit actio competere. l. & ideo ff. de cō.fur. alioqui secus. l. siue manifestus. §. fi. ff. de illo ti. *Non expediret.* Fieri potest, ut aquā ducere dominantī prēdio minime expediāt, quia aquarium sit, seu aquis abundans, neque domino prædij vtile sit. & tamen eius intersit, quod profluēs aquæ amœnitate maximè delectetur, ut pluris fortasse faciat, dulce illud murmur aquæ, & lenem strepitum, quām si ex fundo meliore factō plus caperet fructus.

Non sint. Quia plus in ea impendere oporteat, quām inde percipi possit. l. mediterraneæ. de anno. & tribut. li. x. C. ideo. Martia. licet prædia inquisitib[us]a sint, ut magis in ea impendamus, quā de illis acquiramus, eorum tamen ususfructus relinqu[er]e potest. l. statuē. §. fina. ff. de usufru. Ioannes Coralius Tolofas Valentiae. ij. Aprilis. 1546.

L. Q Y O T I E S. I L

- | | |
|--|--|
| 1 Interdicere & interdictū quid. | 9 Vacua traditio. |
| 2 Interdicta cur sic dicta. | 10 Quasi possessio, quomodo queratur |
| 3 Possessio & quasi possessio. | 11 Scietia aduersarij an in seruitutibus necessaria. |
| 4 Empor cur numos venditoris facere cogatur. | 12 Longouallij noua quedam opinio confutata. |
| 5 Noua nostræ l. interpretatio. | 13 Consentire quando non contradicens videatur. |
| 6 Declarata l. harum. | 4 Interdicta quānam preseruitur dentur. |
| 7 Labonis vita, & mores. | |
| 8 Capitonis, & Labonis sedi diversa. | |

- 15 Interdicti de itinere, 19 Lex nihil operatur fru-
vis, & natura. stra.
- 16 Interdictum de itinere 20 Interdictum unde vi,
an detur pro seruitute. an deiectione de seruitute
detur.
- 17 Utile interdictum de iti-
nere cui detur.
- 18 Vti possidetis interdictū, 21 Seruitutes quasi possi-
an ad seruit.competat. dentur.
- 22 Expositus nouē. S. si via.

Quoties via, aut aliquod ius fundi emeretur,
cauendum putat esse Labeo, per te non fie-
ri quominus eo iure vti possim: quia nulla
huiusmodi iuris vacua traditio esset. Ego
puto, vsum eius iuris, pro traditione posses-
sionis, accipiendum esse. Ideoque interdi-
cta veluti possessoria, constituta sunt.



Voties. Scribenda sunt hic pauca quæ-
dam de interdictis, & remedij posses-
sorijs ad legis nostræ euidentiam, que
pro seruitutibus interdicta veluti

Interdice- 1 possessoria constituta dicit. Interdicere, nativa
re. verbi significatione spectata, idem est quod pro-
hibere, & vetare ne aliquid fiat. Edicimus, inquit
Donatus Grammaticus in Hecyra Terentiana,
qua iubemus. Interdicimus quæ retamus fieri. Quocir-
ca quosdam esse Iustinianus refert in §. summa. in
fine. de interdict. in instit. qui ea tantum quæ ve-
tant & prohibēt, dici propriè interdicta putant.
Cætera vero, ut Restitutoria & Exhibitoria,
quib

quibus Prætor restituī aliquid, aut in medium proferri iubet, Decreta vocari, à decernendo, quod censere & statuere significat, sed tamen (inquit) ut omnia interdicta appellantur, obtinuit, propter ea quod inter duos dicantur.

Est itaque Interdictum, enunciatum prætoris *Interdi-*
inter duos aliquos, qui de possessione, vel quasi *Elum.*
contendunt, emissum. nam ut idem Iustinia. ait
in §. j. de interd. erant formæ, atque cōceptiones
interdicta, quibus prætor aut iubebat, aliquid
fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maximè fie-
bat, cum de possessione aut quasi, inter duos con-
tendebatur. Ideo autem dixit maximè, quia ene-
nit nonnunquam, ut nō moueatur de possessio-
ne quæstio, & tamen competit interdictum.

Illud porrò non uno in loco Alciat. docuit,
inconcinnam, & nimis remotam Iustiniani ety-
mologiam † interdicta sic appellata referentis,
quod inter duos dicantur. etenim inquit, in l. pe-
cuniæ verbum. §. j. ff. de verbo. significa. & lib. pa-
rerg. iij. c. x. dicuntur interdicta quasi interim di-
cta. interdictis enim prætor aliquid non perpe-
tuo iubet, aut vetat, sed ad tempus, donec plenio- *Interdicta*
re iudicio, de iure petitorij quæratur. Nec eum
mouet Iustiniani locus, in quo magis allusio que-
dam vocabuli adscribitur, quam vera definitio,
vel etymus: opinaturque, non inter duos, sed in-
terim potius legendum, ut in aliquibus codi-
cibus rectius impressum refert. In cuius senten-
tiam nos quoque vieti concessimus in l. natura-
liter. §. nihil commune. ff. de acquire. possess. nam
quod Iustinianus arbitratur, impropriè nimis, et
remot

Nomus ety remotè verbum aliorum detorquet. Quan-
nous. quam & noua nunc etymologia ad proprieta-
tem vocabuli magis accedens addi potest. Inter-
dicta videlicet ab interdicendo dici, quod prohi-
bere significat. omnia quippè interdicta prohibi-
tionem continent, vel expressam ut prohibito-
ria. qualia sunt, ne vis fiat ei. De mortuo inferen-
do. Ne quid in loco sacro, & alia id genus. Vel ta-
citam, ut restitutoria & exhibitoria, quibus ta-
cita quædam prohibitio inest. nam si deiecto de
fundi possessione, prætor restitui possessionem
iubet, tacitè verat ne possessionem iniuria occu-
patam, qui vi deiecit diutius detineat. l. si quis
missus. §. cum prætor. ff. ne vis fiat ei. pariterque
si quando prætor liberum hominem, aut liberos
parétibus exhibere iubet, tacitè prohibet ne am-
plius detineantur. l. j. ff. de lib. ho. exhi.

Possessio. ³ Sed & is qui de interdictis disputat, scire de-
bet quando de possessione loquatur, & quando
de quasi possessione. nam & ob quasi possessionē
interdicta constituta esse tradit hic labol. & Im-
pe. in. d. §. j. de interd. in instit. possessio t̄ est pro-
priè corporalium rerum, l. quæstio. §. penul. ff. de
verborum significatio. Quasi possessio, incorpo-
ralium. l. seruitutes quæ in principio. ff. de serui-
tibus v̄rbanorum. Est itaque possessio (missam
facio otiosam eius rei disputationem à me post
alios pluribus agitatam in dicto. §. nihil cōmu-
ne) corporalis rei v̄sus. dicta. l. quæstio. §. pe. & l.
nec v̄t̄ilem. ff. ex quibus causis maius. Quasi posse-
sio verò, v̄sus rei incorporalis dicta l. seruitutes.
& c. cum ecclesia s̄utrina. de causa possessio. &
pro

proprie. Quoniam autem res incorpores, quæ contingi, neque videri possunt. l. prima. §. j. ff. de rer. diuis. propriè non possidentur. l. seruus. §. incorpores. ff. de acquiren. rer. do. l. sequitur. §. si viam. ff. de vſus capion. quasi possideri dicuntur. l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quibus causis ma. l. iij. §. finali. ff. de vi & vi armata. vt in seruitutibus: cum in alieno fundo quispiam iure seruitutis non nihil agit. d. l. seruitutes. & l. si ædes. j. §. finali. ff. de seruit. vrba.

Sciendum denique contractum emptionis, vltro citroque obligare. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. signifi. emptorem, nempe ad dandum, venditorem ad faciendum, hoc est tradendum. emptor quippe numos venditoris facere cogitur, venditorem autem rem præstare, id est, tradere, oportet. l. ex empto. in principio. ff. de act. emp. dominiū verò transferre venditor præcisè cogi non potest. l. j. illo ti. nisi cū rei venditæ dominus est, reiq; tradendæ facultatē habet, quo casu cogitur tradere dominiumq; trāsferre. l. cū manusata. §. finali. ff. de contrah. emp. hæc enim obligatio rem tradi, fluens ex contractu venditionis non nudum factū cōtinet sed causam bonū, hoc est trāslationē dominij, vel cōditionis vſucapiendi. l. in conventionalibus. §. finali. ff. de verb. obl. Accur. in l. certi condic̄tio. in princip. ff. de rebus creditis. Bartol. in l. j. ff. de act. emp.

venditor
cur ad tra
dēdū dun
taxat obli
getur.

4 Cur t̄ autem lex emptorem dominiū præcisè trāsferre coegit, veditorem aurem ad solam traditionem oblitrixit. Rationem Accur. Bar. & alij in d. l. ex empto esse dicunt, quia emptor tene-

tur ad genus, & ita latior datur ei facultas, ideo in hoc astringi eum lex voluit, ut numeros accipientis ficeret, venditor vero ad speciem certam obligatus, strictius & rigidius tenetur: quo circa in eo recreari, relevareque, leges voluerunt, ut ad tradendum duntaxat cogeretur ut semper vera sit iuris, & naturae regula quæ dicit, prægrauatum in uno, in alio exonerandum, & econtra l. eum qui in prin. ff. de iure iu. Adhæc non dissemile est quod dicimus, eum qui hominem in genere debet, præstanto statuliberum non liberari. l. qui decem §. qui hominem & §. fin. ff. de solut. eum vero qui hominem certum, & in specie debet, stichū puta statuliberū eum præstādo, eximi obligatione l. statuliberū. §. illud. ff. de statu. lib.

Infert ex hac ratione Barto. quod ubi genus venditum esset, veluti modij decem frumenti, aut amphoræ vini centum, venditor teneretur dominium transferre. l. si sterilis. §. si per venditorem. ff. de act. empt. tuncque magis ex qualitate rei deductæ in obligationem quam ex natura contractus. Accur. in l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. j. ex quacunque enim causa sit genus debitum, non aliter constringit liberatio quam si res accipientis facta fuerit. l. cum quis. §. qui hominem. ff. de sol. Accurs. in l. qui concubinam. §. si haeredes. ff. de leg. iiij.

Hæc est omnium fermè ratio quam solus Fulgolius veram non esse contendit, in dicta legge exempto. nam secundum eam sequeretur promissorem hominis in specie, stichi puta non teneri transferre dominium, contra l. si ita. §. finali. ff. de

ff. de contrahenda emptione. l. prima. §. finali. ff.
 de rerum permutatione. & l. vbi autem non ap-
 paret. §. fin. ff. de verbor. oblig. Quo circa melio-
 rem rationem esse dicit, venditorem ideo non te-
 neri ad translationem dominij, quia hoc non e-
 gerunt contrahentes, sed id tantum, ut res ven-
 dita traderetur. & si instes cur non agitur inter
 partes? Respondebo (inquit) quæstionem facti es-
 se. Sic & in commodato dicendum, ex eo non
 transferri dominium, quoniam id contrahentes
 non egerunt. Quod si instatur, cur hoc actum
 non sit, respondendum est, non iuris sed facti
 quæstionem esse. Hæc autem ratio, cum eo quo-
 que casu vigeat, quo genus venditum est, dicit
 idem Fulgoſi. probabiliter defendi posse generis
 etiam venditorem, non teneri transferre domi-
 nium in accipientem. cum & Iuriscons. genera-
 liter dicat, venditorem ad translationem domi-
 nij non teneri.

Mihi hæc Fulgoſi. ratio vera non videtur. ne-
 que enim mihi persuadere possum, quin hoc a-
 gatur inter emptorem & venditorem, ut rei in *Expugna*
Fulgoſi.
ta ratio
*contra*ctum deductæ, alter in alterum domi-
 nium transferat. Absurdumque nimis est dicere,
 emptorem qui in hoc numos numerat, ut rem
 venditam acquirat non agere ut eius rei, in se
 dominium transferatur. cum & si diuersum a-
 ctum intelligeremus, venditio non esset. l. cum
 manusata. §. t. ff. de contrahend. emp. Quare cum
 non tutior occurrat ratio, communem, ut mi-
 nus periculosam, sequor. Sed cum iam satis præ-
 ludius datum sit, ad textum veniamus.

species l. 5 Vendidisti t̄ mihi seruitutem viæ, hoc est ius
 eundi, agendi, per fundum tuum Tusculanum,
 ad fundum meum, & quoniam venditorem o-
 portet (vt diximus) rem venditam emptori tra-
 dere, quæ situm est quo modo fiat hoc casu iuris
 venditi traditio, cum iura corporaliter præsta-
 ri nequeant. Labeo quod videret nullam eius iu-
 ris vacuam traditionem esse, cautionem inter-
 ponī à venditore voluit, quæ traditionis effe-
 ctum haberet, itaque dicebat cauendum esse à
 venditore, per se non fieri, quominus eo iure
 seruitutis diuendito, emptor uti posset. Iabole-
 nus verò, legis author, usum eius iuris, pro tra-
 ditione possessionis accipiendum censuit, hoc
 est, eo ipso quod patitur venditor, emptorem uti
 vendita seruitute factam videri eius iuris tradi-
 tionem. nam & ad instar interdictorum, quæ pro
 conseruanda possessione rei corporalis, prodita
 sunt, ad usus seruitutis tuitionem, interdicta ve-
 luti possessoria, constituta legimus.

*Nous sen-
sus ad l.no
stram.*

Et hæc est vera huius l. interpretatio, qua edo-
 ceor, quicquid dicant Doctores, à Labeonis sen-
 tentia, labolenum aperte dissentire, vt sic ad cau-
 tionem illam, à Labeone excogitamat, confuge-
 re nullatenus necessarium, author huius consti-
 tutionis putet. Alij aliter exponunt, hic videlicet,
 non reprehendi Labeonem, atque ita non
 negari, quin etiam memoria cautio desidere-
 tur, propterea quod patientia, tractum successi-
 uū habet. Ideoq; uno momen:o perfectè præstari
 non possit, vnde loco perfectæ, patientiæ cautio
 sit præstanta. l. harum. si serui. vēdicer. † Quæ
 dēcla

declaratio bona non est, vt quæ euidenter verbis Iaboleni repugnet. Nec quicquam me mouerit. l. harum. quæ specialem casum continet, cum seruitus *cneris ferendi*, in iudicio controversa fuit, quia dominantis fundi dominus, confessoria egerat, vt aduersarius idoneum parietem præstaret. Quo casu, dicit Iuriscons. quod si vincat, ne cogatur amplius litium molestiis sese implicare, & vt ne iudicis sententia deludatur, cauere debet fundi seruientis dominus, de pariere reficiendo, quodque per se, neque per successores eius, quicquam fiet, quod impedimento sit vñi seruitutis. Nos hie agimus de venditore, quem paratum pati seruitutis vsum, iniquum supra modum esset, ad cautionem cogere.

Emeretur. Et ita necessaria sit traditio, cum ipsam rem venditam præstare, id est tradere, venditorem oporteat. l. ex empro. in prin. ff. de act. emp. quarritur, quoniam seruitus res incorporea, actu tradi non potest, quo pacto eius iuris traditio fieri dicatur.

Labeo. Et male, vt statim aduersus aliorum omnium sententiam præmonstraui. Est tamen autem *Labeonis* hic Antistius Labeo, qui bonarum disciplinarum non expers ius ipsum ciuile, vt est apud Gel. in xiiij. noct. Attica. c. x. & xij. principali studio exercuit, totum annum ita diuidens (quemadmodum Pompo. refert in l. ij. §. post hunc maximæ. ff. de orig. iur.) vt Romæ sex menses cum studiis esset, & sex menses secederet, conscribendis libris operam daturus, Filius fuit alterius Labeonis, qui Cæsare relicto, cum quo longa fretus a-

micitia, in Gallos militauerat, ad Pompeium patriæ libertatis amator defecit, quique ne seruienti Reipublicæ subderetur, Bruto, & Cassio deuictis, sese interfecit. Oblatum hic noster Labeo, ab Augusto consulatum recusauit, non ut crapulæ, scortis, & impuritati vacaret, sed ut studiis operam dando, prodeisset posteritati, validiusque ciuili sapientiæ posset incumbere, ambitione, hoc est publica peste, non oppressus, incredibilem libertatis ardorem habuit, adeo ut in eo, velut in contumaciam, creuisse libertatem, Tranquill. in Augusto scribat. Nā super triuero eligendo rogatus M. Lepidum inimicum Cæsaris, elegit. Interrogatus autem, num alij digniores eligi possent, magna cum libertate respondit suum cuique iudicium esse. Et licet in Augusti manu omnia videret, postea nihil tamen ratum habere voluit, quod in Romanis antiquitatibus iustum non inuenisset. In iure ciuili, ni-

8 mia quoque + libertate notatus est. non enim, vt Atteius Capito, in iis quæ ei tradita fuerunt perseverauit, sed (inquit Pompo. in d.l.ij.) ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, quod præ cæteris, ciuili sapientiæ operam dedisset, plurima innuare instituit. quo sanctum videmus, vt paßim reprehensionis notam subeat, ab his potissimum, qui Atteij Capitonis sectas tutati sunt, inter *sectæ di-* quos hic noster Iabolenus fuit. Nam vt perspi- *uersæ Iu-* cuè rem totam noscas, Antistius Labeo, & At- *ris consulto* teius Capito, primùm diuersas sectas fecerunt. *rum.* Hic in veterum traditionibus constantissimè per

permansit, neque à præceptorum doctrinis facile recedendum putauit. Ille pro ingenij dexteritate, & summa iuris ciuilis peritia, non quidem à fune præcessorum, vt Capito pependit, sed quo posteritati consuleret.

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Innouauit plurima. Labeonis parres sequuti sunt Nerua, Proculus, & Pegasus. Capitonis vero sectam tutati, Massurius Sabinus, Cassius Lōginus, Cælius Sabinus, & Priscus Iabolenus, author legis nostræ, vt nemini debeat mirum videri, si hic Iabolenus, Capitonis secta sequutus, Labeonis sententiam hoc loco non probet.

Quia nulla. Ratio est Labeonis, cui satisfit ex Iaboleni responso.

9 *Vacua traditio effet.* Iustseruitutis incorporeum est. l.j. §. fi. ff. de re. diuisio. Ideoque nec possideri. l.seruus. §. incorporales. ff. de acqu. rer. domi. nec actualiter tradi potest. l. sequitur. §. si viam. ff. de accusa. quod & hic aperte significatur, dum inquit Iabolenus, *nullam esse eius iuris vacuam traditionem*, hoc est, vacuae possessionis traditionem. cuius ideo hic meminit Iurisconsult. quod ad eam venditor obligetur. l.i.j. §. j. & l.datio. §. j. ff. de actio. emp. l. si stipulatus. ff. de vsur. Appellatur autem in iure vacua possessio, quæ neque corpore, neque animo, & ita neque naturaliter, neque ciuiliter, ab alio detinetur. l. in conuentionalibus. §. fi. ff. de verb. oblig.

Ego puto. Hic improbat Iabolenus Labeonis sententiam, qui perperam credebat, cauen-

*Vacua pos
sessio.*

dum esse, ob id quod per vacuam iuris traditionem, quæ nulla fieri poterat, emptori minime consuli posset. Etenim falso putauit Labeo, nullam eius iuris traditionem esse. Nam ex quo venditor patitur emptorem, eo iure seruitutis vti, traditio sequuta intelligitur. quod Vlp. & Caius alibi censuerunt. l. iij. §. dare. ff. de usufru. l. si ego. §. j. ff. de publicia. l. j. §. f. ff. de seruit. rust.

Vsum eius iuris. Hoc usu statim queritur seruitus quamprimum, videlicet, cœperit vti emperor, cum præcedat titulus habilis. l. quædam mulier. ff. de rei ven. §. interdum. de rerum diuisio. in instit. Nam si non præcederet, non nisi diuturno tempore quereretur, hoc est tanto, quantum ad seruitutis usus capionem necessarium est. l. si quis diuturno. ff. si serui, vendicetur. l. ij. C. de seruit. & aqua.

Pro traditione. Observabis hinc modum quæ-

rendi t quasi possessionem, in incorporealibus,

Quasi pos per usum scilicet, & patientiam aduersarij. quo

sessio in in fit, vt cum is pati duntaxat propriè dicatur, qui

corporali- non ignorat, l. qui patitur, ff. mandat. licet res

bus quo- corporales, ignorantे etiam aduersario usuca-

modo que piantur. l. f. C. de præscript. long. temp. Incorpora-

ratur.

reæ tamen, vt sunt iura, & seruitutes, non nisi sciente eo, contra quem præscribitur, usus capi possunt. l. ij. C. de seruit. & aqua. vt enim sine possessione, in incorporealibus non procedit usus capio, ita nec in incorporealibus sine quasi possessione contingit. l. sine. ff. de usus capi. Quasi possessio-

II t autem haberi nequit, nisi cū sciētia aduersarij, qui patiatur aliū vti seruitute. l. iij. §. dare. ff. de u-

suf

ſufruct.l.j.ſ. fi. ff. de feruit. ruſtico. & hic. Qua ratione Barto. in.l.j.ſ. deniq; ff. de aqua plu. arcend. tradit nullā eſſe in Italia ciuitatem, quę merum, & mixtum imperium præſcripſerit, propter diu- turnam Imperatoris absentiam, & ignorantiam. quam rem plena diſputatione attingit Felynuſ in c. cum non liceat. de præſcript. Hinc etiam dicimus Episcopum non dici in quaſi poſſeſſione conferendi ſacerdotia, ad alterius collationem ſpectantia, per quamcunque collationem, illo al- tero ignorantie factam. Innoc. in.c. ij. de in integ. reſtituti. Sicut nec per præſentationem, veris pa- tronis ignorantibus factam, quæritur quaſi po- ſſeſſio iuriſ patronatus. Inno. in c. bonæ. ij. de po- ſtulatione prælatorum. & Cald. cōſilio vj. ſub- titul. de cauſa poſſeſſio. & proprie. vt nec per ele- ctionem factam ijs ignorantibus, qui ius habent eligendi. Innocen. in.c. in literis. de reſtituti. spo. & in c. cum ecclēſia Sutrina, vbi cæteri Canonis- tæ de cauſ. poſ. & prop.

12 Cæterum † Ioannes Longoual. Parisien. in l. im- Longoual. perium. ff. de iurisdict. aduersus ſcriptorum om- noua op- nium ſententiam defendit, feruitutes omnes, at- nio. que adeo iura quecunque incorporalia, vel igno- rante aduersario vſu capi. l. fina. ſ. fina. C. de præ- ſcriptione long. tempor. & hoc textu præcipue adductus, quo docet Iabolenus ſolum vſum, ad feruitutis quaſi poſſeſſionem quærrendam, neceſſarium: nec ſcientiam aduersarij deſiderat. vt nec Vlpia. in.l.j.ſ. j. ff. de Itin. actuque priua. qui dun- taxat impici vult, an quis itineris feruitute vſuſit, vt eo interdicto, de itinere, potestatem habeat

Italiae ciui-
tates, me-
rum impe-
rium non
præſcrip-
runt.

experiundi. Nec obstat l.ij. C.de seruit. & aq. ad quam in his verbis, *eo sciente*, dictionem, *maxime*, cum Hugolino Longouallius subaudiendam censet. Et quod ad doctorum rationem attinet, verum non putat, patientiam in seruitutibus, co mitem scientiam necessario habere, cām in illis pati dicatur, qui non impedit, per quod (vt ita lo quāmur) non impedimentum, cum vſi seruitutis, quasi possessio quæritur. Si enim (inquit) me ædificare volentem, vel confessoria, vel interdicto, vel nuntiatione impedieris, possessor censeberis. Si verò te non impediente, nec vllam mouente controuersiam, & sic te patiēte, licet ignores, altius ædificauero, possessor effectus ero. l. & si forte. §.j. ff. si ser. vend. Et quemadmodum eum consentire nonnunquam dicimus, qui non dissentit. l.ij. §. voluntate. ff. solut. matri. ita, qui non impedit, licet ignoret, dicitur pati. Huc pertinet (inquit,) quod contra eum qui seruitutem debet, agimus vt patiatur, id est, nō impedit. l. quoties. j. §. fina. hoc titu. non autem, vt sciat nos vti seruitute. Itemque de iuribus personalibus, dicendum existimat: vt ad eorum quasi possessionem acquirendam, aduersarij scientia, minimē necessaria sit, sed solum desideretur, ne relucentur, aut contradicat aduersarius. c. cum olim. de rest. spo. Vnde quasi possessionem eligendi, præsentandi, conferendi fæcerdotia, & similiū nos assequi posse dicit, electione, præsentatione, aut collatione per nos facta, non reclamantibus, nec controuersiam aliquam mouētibus aduersarijs, siue hoc à nobis agi sciant, siue ignorent. Quicquid

quid cæteri Inno. præsertim & canonistæ in c. bonæ.ij.de postul.prælat. in c. ij.de in integ. rest. & in c. cum ecclesia Sutrina de cau. poss.& prop. in aduersum fabulentur.

Mihi verò probabilior multò videtur, rece- *Improba-*
ptior scriptorum sententia, quam perspicuè pro ta noua
bat d.l.ij.C. de seruit. & aq. Ad cuius verba, feren Longoual.
da non est dictionis, maximè insolens subauditio, opinio.
quam ab Hugolino prænotatam, posteriores me-
ritissimo reiecerunt, sed nihilo Longouallium
iuuuerit l. nostra, & aliæ leges vsum, non etiam
scientiam desiderantes. cum hoc satis alijs iuri-
bis sit expressum. vt d.l.ij. & l. si à te, ibi te sciente.
ff. si ser. vend. quin & hac l. nostra, & alijs multis,
quæ patientiam ad seruitutum constitutionem,
aut earum quasi possessionis acquisitionem re-
quirunt. l. si ego. §. j. ff. de publicia. l. iiij. §. dare. ff.
de usufruc. l. j. §. fina. ff. de seruit. rusti. præd. nec
satis perspicio, quo pacto is dici possit pati, qui
ignorat. Quippe scientiam video, & concurrens
& antecedens necessariū, ad patientiam vt ad cur-
sum, & volatum, motus. Lex igitur patientiā de-
fiderās, sciētiā hoc ipso exprimit. l. ij. ff. de iurisd.
omn. iud. l. illud. ff. de acqui. hæred. nec diuersum
dicit. d.l. & si fortè. §. j. Nec item obstat quod ad-
debat Longouall. eum quādoq; consentire vide-
*ri, qui nō dissentit. † id enim fateor, cæterū tunc *Consentire**

scientia non contradicentis exigitur. c. ij. de his quando dī
 quæ fi. à prælat. & d. §. volūtate. in fi. nisi talis esset catur qui
 persona (vt ibidem Vlpia. tradit) quæ sciens, neq; non dessen-
 confensem, neq; dissensem haberet, vt furiosus, tit.
 cuius nulla est voluntas. l. furiosi. ff. de regul. iur.

Quod

Quod autem postremo, Longoual.addit, cōtra eum qui seruitutem debet non agi, vt sciat, sed vt patiatur nos vti seruitute, leuius an absurdius sit, nescio. De intellectu verò l. fina. §. final. C. de præscrip. long. temp. qua præsertim Longoual. suam fulcit sententiam, satis multa diximus in l. seruitutes. iiiij. quo præterea loco reliqua, quæ ad hanc aduersarij scientiam pertinent, ampliter tractata fuere.

14 *Interdicta veluti possessoria.* Non simpliciter possessoria dixit, sed præposito aduerbio similitudinis, veluti possessoria, ob id quod seruitutes, iura sint incorporalia, atq; ideo propriè non possideantur. l. sequitur. §. si viam. ff. de usus capio. l. iiij. in prin. ff. de acquir. poss. sed quasi. l. ait prætor §. item ei. ff. quib. ex caus. maio. l. iiij. §. fina. ff. de vi & vi armat. hoc est ab eo intelligantur iuris interpretatione possideri, qui prædium possidet. l. si ædes. §. fina. ff. de seruit. vrba. & ad suam commoditatem, vel prædij vtilitatem, vicino prædio tanquam seruo vtitur. l. seruitutes quæ. in prin. illo titu. De possessorijs interdictis, ad satietatem scripsimus, in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend possessio. Hic tantum tractandum venit, quænam interdicta sint ad conseruationem quasi possessionis seruitutum, prodita à lege. Accur. hic respondet duo præcipue. interdictum imprimis de itinere, actuq; priuato, tā directum quam vtile. l. ij. §. Pomp. ff. si ser. vend. l. j. §. j. ff. de itin. actuque pri. & vti possidetis. l. sicuti. §. Aristo. in fin. ff. si ser. vendi. cum & inter fructuarios, usuariosque reddatur. l. fina. ff. vti possid. & inter

*Interdicta
quæ prodi-
ra sint ad
conserua-
tionē quasi
possessio-
nis.*

inter riuales, hoc est, qui per eundē riuum aquam ducunt. l.j. §. si inter. ff. de aqua quotid. & xsti. Interdictum quoque vnde vi, de seruitute reali deiecto competere laco. Rauennas docuit, cum & illud fructuario detur. l.iij. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. quod ante eū fortiter negauit illic Accur. cum de seruitute quis mero iure non detruatur. l. sequitur. §. si viam. ff. de vſusca. Nos ordinatē de singulis differamus.

Quod in primis pertinet ad interdictum + de itinere, sciendum illud pro rusticis seruitutibus duntaxat competere, quod non modo verba interdicti significant, *de itinere actu q̄ priuato*, solas rusticō. præd. seruitutes exprimentia. l. j. de ser. rusticō. sed & Vlpian. apertissimè docet in d. l. j. §. j. ff. de itin. act. pri. Hoc interdictum (inquit) prohibitorium est pertinens tantummodo ad tuendas rusticās seruitutes. Habet autem hoc interdictum duo capita. Primum merē possessorium est. neque enim qui illud intendit, de iure seruitutis probare quicquam necessum habet, sed hoc tantum, an itinere, actuque, hoc anno vſus sit, nō vi, non clam, non precario. d. l. j. §. j. Ideoq̄ue Vlpia. in hoc interdicto (ait) *non de iure, sed de facto queritur.* l. i. j. §. f. ff. si ser. ven. Alterum proprietatis causam admixtam habet. l. i. j. §. quædam. ff. de interdic. vt cum proponitur, vt iter reficere liceat. neq; enim satis est actori probare, se anno vſum, nisi & illud quoque doceat, se reficiendi ius habere. l. iij. §. hoc autem. ff. de itine. actuque pri. Proprietarya dicitur hoc interdictum, ex posteriore capite, proprietatis causam continere. cum vt ex eo obtineatur

neatur, non sufficiat possessionem, ut in primo probare sed ultra, ius ipsum seruitutis, in controuersiam veniat. d. s. quædam. & d. hoc autem.

Ex prædictis primum colliges, eum qui turba interdictū tur̄t in urbana seruitute, hoc interdictum, de iti de itinere nere actuq; priuato, non habere: cum id ad tuenan detur das tantummodo rusticæ seruitutes detur. d. l. j. pro Urba- §. j. ff. de iti. actuq; pri. quod Accur. illuc in direna seruitu eto verum fatetur, vtile enim, ad seruitutē etiam te.

urbanam tuendam, dicit competere. quod in urbana seruitute, causam discontinuam habente, Bart. admittit. nam si causam haberet cōtinuam, neque directum, neq; vtile interdictum de itinere daretur, sed vtile vti possidetis proponendum esset. l. sicuti. §. Arist. in. fi. ff. si ser. vēd. l. j. in prin. ff. vti poss. & hac lege nostra.

Noua opiniō.

Ego nullo casu, t̄ pro seruitute urbana, dari puto interdictum de itinere, nec quidem vtile. d. l. j. §. j. expensa maximè dictione, tantummodo, taxatiua qua illic Vlpian. vtitur. cuius natura est, ut casus omnes excludat, qui nominatim inclusi non reperiuntur. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. dixi plenè in l. hæreditatem. colum. viij. C. de impub. At qui non excluderentur seruitutes urbanæ, si ad eas tuendas vtile interdictum daretur. cum in effectu eiusdem potestatis sit cum directo. l. actio negotiorum. ff. de nego. gest. Præterea remedium directum ab vtili eo nomine differre scripsimus, in l. ei qui. colum. v. hoc titul. quod illud ex verbis, & mente legis fluat, & enatatur. hoc verò, nec ex verbis, neque ex legis sententia veniat, sed per posterioris legis interpreta

pretationem.l.ij.¶.item Varrus. ff. de aq. pluu. ar-
eend.¶.j. de legit. patro. tutel. in insti. Nulla au-
tem lex interpretata est, interdictum vtile ad ser-
uitutem vrbanam tuendam, competere. Dices, *interdictū*
cui ergo vtile interdictū de itinere dabitur? Re-
spondeo hæredi, vel emptori, qui per se vſus non *an detur.*
est, sed defuncti, aut venditoris vſu nititur.l.ij.¶.
Pomponius. ff. si ser. ven. licet enim verba interdi-
cti cesserent, si quis hoc anno vſus fit, & cesseret præ-
terea sententia, cum de hoc casu prætorum non
cogitasse inde colligamus. d.l.j.¶.j. Vlpia. tamen
ex Labeonis sententia, ad eum casum prætoris
edictum meritò produxit.d.l.ij.¶.fina. quod satis
vſus videatur hæres, qui per defunctum, pariter-
que emptor, qui per veditorem, autorem suum,
vſus est.l.ij.¶.si defunctus. ff. pro empto.¶.j. diuti-
na. de vſucapio. in instit.

18 Circa † interdictum vti possidetis, concludit, *interdictū*
vt iam dictum est Accur. pariter pro tuenda ser-
uitute, in qua quis turbatur, locum habere.d.i. *vti posside*
tis an pro
sicuti.¶.Aristo. in. fin. ff. si ser. vend. quod de vtili *seruitute*
idem author in eo. ¶. Aristo. accipi vult, hac.l. *detur,*
quandoquidem directum competit ad retinen-
dam possessionem rei corporalis immobilis.l.j.¶.
j.vbi idem Accur. ff. vti possi. non igitur ad tuen-
dam quasi possessionem seruitutis, quæ res incor-
poreæ est.l. sequitur. ¶. si viam. ff. de vſucapio. Bar.
verò & alij aliter dicunt, pro incorporalibus vi-
delicet nonnunquam dari interdictum vti pos-
sidetis directum, veluti, cum quis propter ius in-
corporale, possidet rem corpoream, sicut fructua
rius, & vſuarius.l. naturaliter, in prin. ff. de acqui-
posſ.

poss. ijs etenim personis in iure vsusfructus, & vsus turbatis, directum vti possidetis interdictum datur. l. fina. ff. vti possid. quod contingere non possit eos in iure turbari, quin in fundi, aut alterius rei corporalis, in qua vsumfructum habent, possessione turbentur. l. is cuius. ff. de aqua plu. arcend. Vbi verò per quasi possessionem iuris incorporalis, res corporea non possidetur, ve luti in seruitutibus prédiorum, vtendum dicunt distinctione Iacob. Arenarij. nam aut seruitutes causam continuam habent, vt vrbanae l. forame. de seruit. vrba. & tunc non directum, sed utile dari verum est, vt hic. & l. ij. §. fina. l. & si forte. §. sciendum. & l. sicuti. §. Aristo. in fi. ff. si ser. ven. quod & rationem habet, quoniam non alio remedio specialiter à lege prouisum est quo modo possit turbatus in quasi possessione vrbanae seruitutis suum ius tueri. Si verò discontinuam causam habeant vt plerunque habent rusticæ seruitutes. l. seruitures. iiiij. hoc tit. pro quasi possessione earum, nec directum, nec utile vti possidetis,

19 competere nec enim solet lex † nisi in casu necessario sua adhibere remedia. l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de vent. insp. aut frustra superuacuoque quicquam inducere. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. no. ca. l. post liminij. in fi. ff. de cap. Atqui pro seruitutibus ru. præ. specialia interdicta prodita sunt, de itinere actuque priuato, de rituis, de aqua quotidie. & æstiua. non itaque necessarium fuit, ad interdictum vti possidetis, recurrere.

20 Denique quod † spectat ad interdictum, vnde interdictū vi, negat Accursius in l. iiij. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma

vi armata. deiecto de seruitute reali competere. *Vnde* i,
 l. sequitur §. si viam. ff. de vſus capionibus. neque *an compe-*
 enim datur interdictum *vnde vi*, nisi ad posses- *tat pro ser-*
 sionem de qua quis deturbatus est, recuperan- *uitute.*
 dam. l. j. ad prin. ff. de vi & vi armata. §. recupe-
 randæ de interdict. in institut. atqui seruitutum
 nulla est possessio. l. seruus. §. incorporales. ff. de
 acqui. rer. domini. vt meritò à Paulo Iuriscons.
 scriptum sit. de seruitute quem mero iure detru-
 di non posse. d. §. si viam. quo textu hæc opinio
 validissimè fundari videtur. Sed mihi magis pla-
 cet contraria, quam Accur. parum hac in re sibi
 constans, sequutus est in l. si quis in tantam. C.
Vnde vi. si enim ad seruitutem tam vrbana, ²¹
 quam rusticam tuendam, & retinendam, prodi-
 ta sunt à lege remedia, vt præcedenti quæstione
 docuimus, quantum agis ad recuperandam, cum
 recuperandæ rei, & possessionis, causa, longe fa-
 vorabilior sit quam retinendæ, vt neminem clam
 est, & probat totus discursus tituli de resti. spol.
 Putauerim igitur hoc casu, interdictum *vnde*
 t vi, vtile dari: *hac l.* Et quoniam, licet seruitu-
 tes propriè non possideantur. d. §. incorporales.
 d. §. si viam. & l. iiij. ff. de acquiren. posses. quasi ta-
 men possideri intelliguntur. l. ait prætor. §. item
 ei. ff. ex quib. cau. maio. ab eo videlicet, qui præ-
 dium dominans possidet, quique in alieno ali-
 quid seruitutis iure facit. l. seruitutes quæ. in-
 princi. & l. si ædes. §. si. ff. de ser. vrb. prædio. qui
 vſus iuris incorporalis, pro possessione à lege
 accipitur, vt hic. Itaq; licet subtili, & adstrictū
 ius facta interpretatione, verba interdicti, de pos-

sesione loquentis, non conueniant seruitutibus, mens tamen eius & ratio conuenientissimè adaptatur. l. iij. §. fin. ff. de vi & vi armata. vnde per interpretationem, perinde à lege ciuili acceptum est, atque si nominatim fuisset à prætore expressum ut hic, & d. l. iij. §. finali. Quo perspicuum sit, vtile interdictum vnde vi, deiecto de seruitute cōpetere. l. ij. §. item Varrus. ff. de aqua

22 plu. arcend. §. j. de legit. patro. tute. Nec nos mo-
Excussus uerit §. si viam. qui de mero, hoc est summo, &
 §. si viā. stricto iure loquitur, quod si attēdamus, verum
 est quod illic scribit Iul. Paul. de seruitute quem
 non detrudi, cum seruitus sit ius incorporale.
 Ideoque directum non competere admisimus.
 nos ab hoc summo iure, ex quo plerunque sum-
 ma crux & iniuria enascitur, recedimus, cum di-
 cimus ex æquitate, secundum benignam legis
 interpretationem, sententiæ prætoris verisimili
 seruientem, vtile vnde vi interdictū, contra pri-
 uantem me, quasi possessione seruitutis prodi-
 tum à lege. Ioannes Coras. Valentia. vij. Apri-
 lis. 1546.

L. SI INTERCEDAT.

- | | |
|---|---|
| 1 Publicum solum. | 7 Pontem extruere in pu- |
| 2 Immissum & proiectum. | blico quando liceat. |
| 3 Protectum, à projecto an dif-
ferat. | 8 Cælum omne an sit, cu-
ius est solum. |
| 4 Flumē quid in seruitutibus. | 9 spatium in ædificiis in-
termittendum. |
| 5 Cælum quid & cur sic di-
ctum. | 10 Declarata l. imperato- |
| 6 Cælum praætere, | res. |

si in

Si intercedat solum publicum, vel via pu-
blica, neque Itineris, Actusve, neque Altius
tollendi, seruitutes impedit. Sed immittendi,
protegendi, proiiciendi, item Fluminum, &
Stillicidiorum seruitutem impedit: quia cœ-
lum, quod supra id solum intercedit, liberum
esse debet.



*I*ntercedat. Ad euidentiā huius l.præ-
mittēda sunt, quæ posuimus in l.ser-
uitutes. iiij. §. publico. hoc tit. circa il-
lum articulum, † An medius locus,
vel publicus, vel priuatus, impedit seruitutem
quē & hic Iul. Paul. tractat, egregiè docens quas-
dam esse seruitutes, quæ publico loco interuen-
iente, imponi nequeunt, vt *Immitendi, Protegen-
di, Proiiciendi, & Fluminum*. quas sigillatim expo-
nemus. Quasdam verò esse, quæ per interuenien-
tem locum publicum non impediuntur, vt *Itine-
ris Actus, Altius tollendi*, & similes. Adiiciens po-
stremò prioris dicti rationem, quia cœlum (quo *Cœlum.*
verbo aërem hic significari intelligimus,) quod
supra locum publicum intercedit, liberum esse
oportet. Dubitandi & decidendi rationes, fa-
cile est colligere ex his, quæ in dicto §. publico.
scripsimus. Quibus palam fit, publica loca inter-
media, his seruitutibus impedimento esse, qua-
rum usus ea loca incommodat, vt *Immitendi, &*
similibus, vt hic, & dicta l.seruitutes. iiij. §. pu-
blico. Eas verò seruitutes, quibus sine loci pu-

blici incommodo uti possumus, medius locus publicus non impedit, ut *Itineris*, & alias id genus. l. si prius. §. via publica. ff. de aqua pluia arcenda. & hic.

Publicum solum. *solum publicum.* Publicū solum dicitur, quod v-

sui publico destinatum est, veluti forum, platea, & his similia. l. iij. §. publici. ff. nequid in loc. pub.

impedit. Diuersum in loco priuato qui intermedium, & non seruiens, rusticam proculdubio impedit seruitutem. l. qui sella. §. fina. ff. de seruit. rusticorum prædiorum.

2. Immittendi. Quid sit Immissum, & quid inter Proiectum, & Immissum intersit, ex Labeonis sententia, Priscus Iabolenus eleganter expli-

Proiectū. cat, in l. malum. §. j. ff. de verb. sig. Proiectum definiens, quod ita extra parietem protenditur, vt

Immissū. nusquam conquiescat, qualia Meniana, & Subgrundia essent. Immissum verò, quod ita extra murum proiicitur, ut in aliquo loco quiescat, ex uno nempè ædificio, ut Pomponius dicebat, in aliud. l. hoc quod, in prin. ff. de seruit. vrba. si-

cuti cum à meis ædibus, in tuas, tigna, aut trabes

Tigni im- immittuntur. vnde seruitus *Tigni immittendi* (de

mittendi qua hic Paul. agit) nomen sumpsit. quam ipse aliquando finiui, *Ius esse, quolicet vicino, ex ædibus suis in vicini murum, seu parietem, tigna immittere.* l. j. ff. de

Seruitus. seruit. vrba. §. prædiorum. de seruituti. in insti-

ergo ius habere debet, qui in alieno quicquam immittere vult, hoc est expressam eius rei con-

cessionem, aut iuris longam quasi possessionem, nemini quippè licet, sua authoritate id agere.

In suo enim hactenus facere licet, quatenus nihil

in ali

in alienum immittat. l. sicuti. §. Aristo. si ser. ven.
Ad hanc seruitutem Tigni immittendi , vide
quæ scripsi in l.j.hoc titul. & in iiij. Miscellaneo-
rum, capitulo xxv.

Protegendi, Proiiciendi. Quid sit Proiectum mox
& alibi , non vno in loco docuimus. Illud dun-
taxat nunc inquirendum , † an *Protegendi* serui-
tus , alia sit à seruitute *Proiiciendi*. quod Accurs.
& cæteri omnes existimant. *Proiicere* , idem esse
censentes, quod in terram conicere , & effunde-
re. l. si seruus seruum. §. si quis oliuam. ff. ad l. A-
quil. hoc autem , in alienum locum nemini per-
mittitur , nisi iure impositæ seruitutis , quam
Proiiciendi à legislatore appellari putant. l. j. ff. de
seruit. vrbano. §. æquè. de actio. in inst. Neque e-
nim , vt sæpe diximus , alicui in suo licet , nisi
quatenus in alieno non immittit. d. l. sicuti. §.
Aristo. ff. si ser. vend. Protegere autem , aliud est
nihil, quam extra murum aliquid ita prouectum
& extensum habere , vt nusquam conquiescat,
sed pendulum maneat. l. ij. ff. de seruit. rusticō. l.
quemadmodum. §. j. ff. ad l. Aqui. In Italia visun-
tur , & in deliciis habentur , loci quidam extra
parietem ædium protensi , & exorrecti, vnde
aspectus est habitantibus in vicos , & plateas, qui
protecta dicuntur. d. l. ij. d. l. quemadmodum. §. j.
& l. si duo. §. item videamus. & §. Labeo. ff. vti pos-
fid. Qui igitur ius habet protendendi extra pa-
riitem suum , in alienum locum, vt ex suo , in il-
lum prospiciat , *Protegendi* seruitutem habere di-
citur, quam ita à seruitute *Proiiciendi*, interpretes
separat, & distinguit, tā recte in hac , quam in illa

pessimè. Proiicere etenim in tractatiū seruitutū, idem fermè quod protegere significat, hoc est, prominere, & extendere. l. malum. §. j. ff. de verb. sig. l. ij. ff. de seruit. rusti. cum similib. vnde & *Protegendi*, & *Proiiciendi* seruitutē is habere dicitur, qui ius habet partem ædium suarum, in vicinas procumbendi, seu protendendi. l. si quando. in prin. ff. si ser. ven. & l. quemadmodum. §. j. ff. ad legem Aquil. Nec video inter has seruitutes dif-

Protectū à ferentiam vllam probabilem, nisi quòd *Protegendi in cūm propriè tectorum protensionem respiciat*, quo diffe- *Proiectum* verò, aliquanto latius patens, pro-
tensionem cuiuscunque partis ædium, notet, ut
& in Miscellaneis annotauit. Ad quam fortasse
subtilem verborum proprietatem Caius & Pau-
vtranque separatim exprimentes, respexerunt. l.
j. ff. de seruit. vrba. prædio. & hic.

4 *Fluminum*. Flumen, † à Stillicidio, hoc nomine
Flumē in differt, quòd Stillicidium guttatim è loco supe-
quo à stil- riore & alto fluat, dictum quasi stillæ cadium.
licidio dif- stilla enim guttam aquæ cadentem significat. Flu-
ferat. men verò concursum aquæ designat, maiore
quadam vi, grauiorēque casu, per fistulas pu-
ta, aut canales fluentem. l. seruitutes. §. stillici-
dium. ff. de seruit. vrb. l. fistulas. ff. si ser. vendi. vn-

Fluminū
seruitus
qua. de seruitutem *fluminum* rectissimè finiemus, ius
esse, quo canales aquarum in aream, aut alium vicini lo-
cum transmittere licet. §. item vrbaniorum. de ser-
uitutib. in inst. Porrò non potest, qui habet ser-
uitutem *stillicidij* auertendi, deprimere ædificium,
quia sic faceret seruitutem grauiorem, faciendo
pro *stillicidio*, flumen. d. §. *stillicidium*, quod ita
ex pli

explicandum est. Stillicidium quoniam ex alto cadit, non grauiter, sed guttatum casitat, ac minutatim. atque ita, ut frequenter vi ventorum fiat, ne directo perueniat ad locum seruientem, dum modo huc, modo illuc impellitur. Si igitur ex depresso ædificio caderet continuo, & in unū locum semper flueret, neque enim vi ventorum agitaretur, indeque fieret tantus in locum seruientem aquæ concursus, ut non stillicidium, hoc est, aquam guttatum cadentem, sed flumen, id est, grauem aquarum concursum recipere videretur.

Stillicidiorum. De Stillieidiis, & seruitutibus Stillicidiorum, permulta, etiam à communi Doctorum interpretatione aliena, scripsimus in l.j. hoc titulo.

- 5 *Cœlum.* Cœlum + propriè superiorem mundi *cœlum.* machinam significat, cuius circunflexa cuncta teguntur. sic dictum, quod cœlatum syderibus
 6 sit, id est, signatum. Appellauere + tamen non- *cœlū p̄ræ aëre.* nunquam maiores, *cœlum,* contracta eius vocabuli significatione, vnum ex elemētis, quod alio nomine, aëra vocatur, vt Plin. in i.j. de aëre agens demonstrat. Inde in sacrī literī aues cœli, & volatilia cœli. cū manifestum sit aues in aëre volare. Sic quoq; à Iurisconsultis ipsis, cœli nomē v superatum inuenimus, vt hic, & l. si opus. §. in opere. & l. f. §. pen. ff. quod vi aut clā. et si Accursiani proprietate vocabuli, haudquaquam intelligētes, in aliū sensum, cœlū hoc loco rapiāt. Hinc animalia quædā, nēpē aues, in cœlo, id est, in aëre nasci Iustinianus dixit, §. feræ. de rer. diuīsio. in insti.

Debet. Atqui si seruitutes eiusmodi recte constituerentur, in publico quid immitteretur, quo deterius solum publicum fieret. l. ij. §. ait prætor. ff. nequid in loc. public. & cœlum liberum non esset. l. fi. §. penul. ff. quod vi aut clam.

7 Hac igitur ratione dicendum, + eum qui ædes habet, aut prædia, ex utraque parte loci publici, fluminis puta, aut viæ, pontem extruere non posse, quæ sibi sit iter de uno ad alterum prædium. l. ij. §. tractatum. ff. nequid in loc. pub. l. fina. ff. de flumini. In plerisque tamen locis, consuetudine eiusinodi facultas extruēdi pôrē, aut aliud quid. *Pontes ex uis in via publica, quæritur.* Accurs. in rub. C. *truendi fa* quæ sit long. consue. quod lege municipij, aut *cultas quo* tacito ciuium consensu, permitti posse videtur. *modo quæ* l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. l. an in ratur. totum. C. de ædifi. priuat.

8 Hinc autem + Accur. & cæteri, illud vulgare *cœlum an* collegerunt, eius esse ad cœlum usque, cuius est *sit eius cu-* solum. Vnde alibi Iuriscons. sepulchri, non *situs est so-* lum eum locum esse, qui recipit humationem, *lum.* sed omne etiam supra id cœlum. l. finali. §. quis projectum. ff. quod vi aut clam. Quod tam stulte accipiendum non est, vt existimemus aëris proprietatem, eius esse, cuius solum subiectum est. Erenim aër naturali iure omnium communis est. l. quædam. ff. de rerum diuisionibus. Sed vt intelligamus eum qui subiecti soli dominus est, aërem, ædificando usque ad cœlum occupare posse: vt merito traditum sit, licere ei cuius solum est, nulli seruitutem debens, in infinitum supra suum imponere, & ædificare. l. cum eod. ff. de

ff. de seruit. vrba. etiam vt & ibidem Vlpia. vult,
obscurādo vicini ædes. l. altius. C. de serui. & aq.
dixi plenè in l. j. tractans seruitutem. *Altius non tol-*
lendi. hoc tit. modo inquit Papinian. legitimum
spatium à vicina insula intermitatur. l. Impera-
tores. ff. de seruit. vrba. prædio. Hoc autem spa-

9 tium, † quoniam Doctores non declarant, tu sic *spatiū le-*
explicato. Qui mirum iuxta alterius regionem *gutium.*
ædificaturus est, pedis vnius spatiū derelinque-
re debet. Si domum, duos pedes, si sepulchrum,
tantum spatij, quantum profunditatis habuerit.
Si puteum, passum vnum. Eum verò qui arbores
plātare ad alienum voluerit, duos pedes relinque-
re oportet, præterquam in olea & ficu. Hæ enim *olea, ficu.*
arbores, quod earum radices latius, longiusque
serpāt, ab alieno, ad nouem pedes plantandę sunt.
Et hanc legem, in Pandectis nostris trāscriptam,
Athenis quondam tulisse Solonem, autor est Ca-
ius. l. fina. ff. fini. regundo. Postea verò Cæsares
interpriuata, & publica ædifica, quindecim pe-
dum spatium: inter Meniana verò, liberi aëris
spatium, decem pedum derelinqui iusserunt. l. si
cui. & l. Meniana. C. de ædific. priuat. Vetuerunt
denique intra xxv. aut x. pedes iuxta Aquædu-
ctus arbores plantari, seruata Imperatoris distin-
ctione, quam scripsit in l. j. & l. omnis seruitus. §.

10 super his, vbi † commentatores de aquæducti-
bus libro .xj. C. & hoc est legitimum spatium
pro locorum circumstātia varie definitum, quod
papinianus in d. l. Imper. intermiti vult. Ioannes
Corasius Tolosas Valentia. x. April. 1546.

Nouē intellēcta l. Im-

peratores.

S. VSVS FR VCTVS.

- 1 Expositio literæ, cum ratione dubijs & decisionis.
 2 Confessoria cur contra fructua rium non agatur.
 3 Actio de seruitute, cui, & contra quem detur.
 4 Potest verbi natura tractata plenissimè.
 5 Iudex non est exasperandus.
 6 Iudex ad quid eogi possit.
 7 Verba necessitatis, & voluntatis.
 8 Negariuæ præpositæ verbo, potest natura.
 9 Dilationem secundam actori, an iudex dare possit.
 10 Princeps quando procedat parte non citata.
- 11 Iuliæ ad Caracallum
Imp. impurum responsum.
 12 Vicini præsumuntur scire facta vicinorum.
 13 Communis sententia pluribus improbata.
 14 Ius superueniens, quando proposit ad victorsam.
 15 Testator quandoque legum dispositionem remittit.
 16 Pupillus quando natura obligetur.
 17 Papa in quo consanguinitatis gradu dispuset.
 18 Iacobi Corasij nativitas.

Si ususfructus tuus sit, ædium proprietas mea, quæ onera vicini sustinere debcant, mecum insolidum agi potest, tecum nullo modo.

I.



1 Ususfructus. Si usumfructum + habeas ædium mearum, quæ debeant vicino oneris ferendi seruitutem, & velit vicinus confessoriā intendere, ut declaretur sibi deberi seruitutē, aut ut columnæ, aut parietes reficiantur ad onera sua sustinenda, iuxta eius seruitutis naturam. I.eum debere. ff. de seruiturba

species l.

vrba.prædio.l.&c.si forte.§.etiam.ff.si ser.vend,
docet hic Iul.Paul.non aduersus te fructuarium,
sed cōtra me proprietarium, actionem de seruitute
proponendam. Contrarium prima fronte
videbatur,cūm dicat Vlpian.aduersus quemuis
seruitutem vendicari posse, nihilque interesse,
vtrum quis fundi dominium habeat, an non.l.j.
§.competit.ff.de aqua quotidiana & æsti. Cæterum
ratio decisionis pro l.nostra fortissimè pugnat.
Nulli enim competit actio in rem pro seruitute,quād domino aduersus dominum.d.l.&
si forte.§.hæc autem actio.ff.si ser.vend.cum ita-
que fructuarius dominus † non sit,cum eo de ser-
uitute agi non potest.l.apud Trebatium.§. si ff.
de aqua plu. arcend. quod ita recipiendum est, si
intendatur confessoria, ut agenti declaretur ser-
uitutem deberi,aut vt paries, qui onera ferre de-
bet, restituatur. Cūm enim hoc maximè ad dam-
num proprietarij, seu domini prædij seruientis
spectet,is rectà conueniendus est, ab eoque, non
ab alio seruitus vendicanda.l.vti frui.§. vtrum.
ff.si vsus fruc.petatur.nam si seruitus semel cœpe-
rit competere alicui,poterit is contra quen-
que prohibentem,& impedientem usum seruitu-
tis, siue dominus sit siue nō, interdicto experiri.
d.l.j. §.competit.vnde non est dubium,tunc con-
tra fructuarium impedientem agi posse.l.si quis
diurno. §.fin. ff.si ser.vend.

3 Agi potest Confessoria, † qua vel sibi seruitu-
tem deberi , peter , vt declaretur , vel coget me
vicinus columnam, aut parietem reficere, ad one-
ra sua sustinenda.l.eum debere. ff. de seruitutib.

vrbaniorum prædio. l. & si fortè. §. etiam . ff. si
 seruit. vend. Quoniam autem actiones de serui-
 tute, non alij competunt quam domino, aduer-
 sus dominum, d. l. & si fortè. §. hæc autem. contra
 fructuarium (qui neque directum, neq; utile rei
 dominium habet, Bar. in. l. in venditione. in prin.
 nis datur. ff. de bon. auto. iudi. possid. Scriptores plenè in. l.
 naturaliter in prin. ff. de acquirend. posse.) inten-
 di minimè possunt, sed eisdem, aduersus eum qui
 ædium proprietatem habet, actorem experiri
 oportet ut hic, quod explica ut statim dixi, quan-
 do scilicet actor confessoriam intenderet, ut de-
 clararetur à iudice seruitutem sibi competere,
 aut ut parietes reficerentur. nam si pro turba agi-
 tur ut ab ea reus conuentus defistat, non tantum
 contra fructuarium, sed & aduersus alium quem
 cunque, nullum etiam ius habentem, potest pro-
 poni confessoria. l. vti frui. §. j. ff. si vsusfruct. pe-
 ta. d. l. si quis diuturno. §. fina. ff. si ser. vend.

Nullo modo. Subaudi agi potest. Et ita in hoc
 textu habes verbum potest, & affirmatiuè, & ne-
 gatiuè prolatum. Quam ob rem, ampla nobis
 offertur occasio plura de verbi, potest, natura
 scribèdi. Tu autem ea in re, duas ex frequentata
 Doctorum traditione, habeto doctrinas. Prima

4
 Potest Ver-
 bi affir-
 matiuè
 prolati na-
 tura tra-
 Elata.

+ verbum potest, affirmatiuè prolatum, non ne-
 cessitatis est, sed voluntatis. l. sæpè. ff. de offi. pre-
 sid. Etiam si ad iudicem referatur. l. nō quicquid.
 ff. de iud. l. j. C. quomodo & quādo iud. neq; enim
 vt Papinian. ait, continuò iuris necessitati subij-
 citur, quod iudicis potestati permissum est. d. l.
 non quicquid. vnde licet iudex die peremptorij
 senten

sententiam ferre possit, non tamen ad hoc cogitur, sed contumacem in diem sequentem potest expectare. c. consuluit. de offic. delega. Quo loco
5 ideo scribit Panorm. prodesse admodum † iudicem fauorabilem, in istis arbitrarijs habere, in so fauorabili-
lentiam, vel potius petulantiam Aduocatorum, lem habe-
Procuratorum, & Litigatorum reprehendens, re, bonum
qui temerè contra se iudices exasperant. Natura- est.
le quippè est, vt & Quintilia. ait, vt iudices his,
quos libenter audiunt, facilius credant. Huc per
6 tinet † quod dicimus, iudicem ex officio quan-
do cunque, etiam post conclusionem in causa, te-
stes interrogare posse. c. cùm Ioannes heremita.
de fid. instru. Vbicunq; enim, dicebat Vlpian. iu-
dicem æquitas mouerit, fieri posse interrogatio-
nem dubium non est. l. vbicunq; ff. de interroga-
actio. Ad id tamen, parte etiam instantissimè pe-
tente, iudex non adigitur, vt Barto. & cæteri scri-
bunt in d. l. vbicunque. Sic tametsi dicat lex mu-
nicipij, iudicem ex solo iudicio præcedentis fa-
mæ, reum quæstioni subjcere posse, non tamen
ideo tenetur reum, qui male apud omnes malefi-
cij patrati nomine audit, tormentis subdere. An-
gel. Castr. & alij in d. l. non quicquid. Non enim
ad arctandum iudicem hoc à municipibus statutum
videtur, sed vt vetus illa quæstio, iamdiu va-
rijs opinionibus apud interpretes controuersa,
An fama sit sufficiens indicium ad torturā, con-
clusione aliqua finem acciperet. de qua Docto-
res abunde in l. si plurium. ff. de quæstio. & in l.
fina. C. illo titu. Ad hæc in causis fæcerdotiorum,
matrimonij, & spiritualibus, iudex summarie,
de pla

de plano, sine strepitu, & figura iudicij, procedere potest. cle. dispendiosam. de iud. & cle. saepe. de verborum significatio. At si malit iudiciarum ordinem seruare, liberum ei est, ut vtrobiq; Glo. & canonistæ notauerunt.

Cum igitur positum in iudicis potestate, iuris necessitatı nullatenus subijciatur d.l. non quicquid. ff. de iud. & d.l.j.C. quomodo. & quand. iudex. perspicue constat Accur. & Fulg. perperam intellexisse l.j. ff. de iurisdi. om. iudi. existimantes ad ea quæ per Vlpian. illic iudicis potestati committuntur iudicem adigi posse. Quod præter naturam, & proprietatem verbi potest, demonstrat vltimum exemplum de delegatione, ad quam tantum abest ut iudex cogatur, ut iam factam pro arbitrio reuocet. l. iudicium soluitur. ff. de iudi. Nec obstat quod in iudice sit necessitas iudicandi. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & hono. atque ideo iurisdictioni ab Accur. Barto. & cæteris, data diffinitio est, *potestas de publico introducta, cum necessitate iuris dicēdt, & æquitatis statuenda. nam hoc dubio procul obtinet in ijs, quæ non potestati iudicis, aut voluntati, sed eius officio, & necessitatati ita committuntur, ut nec quidem ab ijs, vel transuersum quod aiunt vnguem, discedere possit, veluti ut reum conuictum, confessumve condemnet.*

*verbū ex
subiecta
materia
perdit na-
turam pro-
priam.*

Illud fateor, verbū potest, ex subiecta materia, necessitatis esse. l. si mandauero tibi. §. fin. vti Accur. l. ff. mandat. Accursius sed & periculum vbi idem Accur. C. sine cens. vel reliq. Vnde si concedatur episcopo, ut possit dispensare contra ius, cum

cum hæc concessio de dispensatione necessaria accipi debeat, poterit ad dispensandum episcopus, per superiorem præcisè cogi. Archidia. in c. cum ex eo. de electio. in vj. Pariter dicimus, è contrario verbum necessitatis pro subiecta materia resolui, vt sit voluntatis. l. j. in princ. ff. de iusti. & iur. Accursius in l. vnic. ff. de offic. praetor. in l. obseruare. §. f. ff. de offi. procons. Bartol. egregie in l. creditores. C. de pignorib. etiam (dictu mirum) si verbo (ut ita loquar) necessitatuo, adiice retur dictio præcisi, omnino. c. j. vbi. Giosf. & Ponor. de despof. impub.

7 Pro secunda doctrinæ † nostræ limitatione notwithstanding, quod si verbo potest, adiuncta reperiretur dictio aliqua necessitatis, puta *debet*, aut *oportet*, illud quoque necessitatem importaret. l. placet. ij. C. de peda. iudicibus. c. j. verific. & ideo. ut ecclesiastic. benef. c. oblatæ. ad fin. de appella. sic in verbo, *mando*, dicimus. quod licet non cogat, sed dūtaxat adhortetur, & moneat, si tamen illi adiiciatur verbum præcepti, arctabit. c. eam te. vbi Docto. de rescript.

Denique non ignorandum, in ultimis voluntatibus ex coniecturata mente defuncti, verbum potest, resolui, vt sit necessitatis. l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de leg. iiij. Et hæc satis de dictione potest, affirmatiuè prolata.

Non potest.

*Negatiua
præposita*

8 Circa verbum potest † negatiuè prolatum, seu habens præcedentem negatiuam, hæc do- reft.
Etrina

ctrina est obseruanda, ex crebra Doctorum traditione. Dicitio negatiua preposita verbo potest, omnem negat potentiam, necessitatemq; præcismam inducit. Glo. in c.j. de regu. iur. in vj. Vnde si lex municipalis dicat minorem, aut mulierem, non posse vēdere sine consensu propinquorum, negatur hinc omnis vendendi potestas, ea solennitate circumscripta, adeo, vt ea spreta, si ad contractum vēditionis, minor, aut mulier procedat, nec quidem naturalis obligatio enascatur. Bart. in l. cum lex. col. ij. ff. de fideiusto. Et cūm dixerit

9 Iurisconsul. in pecuniarijs causis, † sine causæ cognitione dilationem, plus quam semel tribui nō secundam posse. l. fi. ff. de fer. si iudex causa non cognita daret secundam dilationem, nulla esset, quicquidq; inde secutum nullum. quoniam inquit Bartol. possit. tam in d.l. fina. quam in l.j.C. de dilatio. verbum potest in l. scriptum, & cum negatione inactum, potentiam priuat, inducitque necessitatem. Ceterique sequuntur, solis Bald. & Angel. fratribus exceptis, qui audacter aduersus alios docent, secundam dilationem valere, cūm iudex possit gratiam facere si vult, in dando secundam dilationem. c. consuluit. de offi. deleg. Idq; ego alias graviore ratione confirmabam, quia iudex ex causa, tempus legis excedere potest. l. petendæ. vbi Bald. in iiiij. not. de in integ. rest.

Ego vero in communem sententiam concedo, cūm iudex prohibeat secundam dilationem dare, sine causæ cognitione d.l. fina. & quæ à lege fieri prohibentur, si fiant, non tantum inutilia sunt (inquit Impe.) sed pro infectis habentur l. non

I. non dubium. C. de legibus. Et quoniam vbi lex actui resistit, nihil agitur, si contra fiat. I. cum lex. ff. de fideiussoribus. Quod autem dicitur, iudicem gratiam facere posse, in dando secundam dilationem, procedit in dilatione expectatoria, quæ datur absenti ad veniendum. d. c. consuluit. ea quippè cum non sit peremptoria Bald. in dicta l. finali. ff. de feriis. & in l. cessante. C. quo. & quand. iud. facile à iudice multiplicatur. dicto c. consuluit. nos de dilatione probatoria hoc est, ad probandum actori data, disputamus: quæ cùm non nisi semel tribui possit, peremptoria dicitur. d. l. fina. vbi Barto. & alij, vnde iudex sine maxima causæ cognitione, secundam concedere nequit. cum causa tamen id posse, lex à contrario fatetur, vt interim rationem, quam induxi tollamus, de tempore legis quod ex causa iudex egreditur: dicta lege, petendæ. sed ad regulam redeamus.

Dilatio du
plex.

10 Cum negatiua, † vt vulgo traditum est, o- Princeps nem remoueat potentiam, & à Gregorio scri- quādo par ptum fit, summum pontificem nequaquam posse te non cita contra partem inauditam pronuntiare. c. j. de ta proce- cau. possessio. & prop. dicit illic Panor. illis ver- dat. bis denegari cuicunque principi non recognoscendi superiorem, facultatem diffiniendi con- trouersias, parte non citata, etiam de plenitudi- ne potestatis. Alioqui tolleret defensionē, quam, (cūm sit iuris naturalis,) supremus princeps non aufert. clementina pastoralis. de re iudica. Huc pertinet decisio Bal. in l. finali. C. de legib. dicen- tis quod si princeps, non citata parte, processerit

ad sententiam, poterit opponi de nullitate, neque aliter presumendum est pro sententia principis, qui partes nō citauit Ang. in l. si accusatoribus. C. de accusat. Quæ tamen tēperari possent duobus casibus. Primus, cùm certum esset defensionem absenti nō competere, cum eo casu, nec quidem per inferiorē pars citari debeat. l. iij. §. quod si de frumentaria. ff. de administ. rer. ad ciuit. pert. c. venerabilē & c. bonæ. de elect. c. cum olim. vbi Panor. colum. vj. de re iud. Citatio enim eo spe-ctat, vt citatus ad sese defendantum compareat. dicta cle. pastoralis. cùm igitur constat absenti defensionem non competere, frustra citaretur, aut expectaretur, cuius aduentus vanus esset, & inutilis. Alter casus, in his quæ sunt in libera principis potestate. In quibus etiam contra absentem non citatum, princeps procedit. Panormit. in c. inter quatuor. col. ij. de maior. & obed.

*Princeps
an statue-
re posse ut
exemplis in-
strumen-
torū stetur.* Subseruit quoque huic receptæ doctrinæ Panormit. inc. j. de fid. instr. cùm enim dicat illic summus pontifex, se facere non posse, vt exemplis instrumentorum credatur, euidens facit supremum quemuis principem, ex plenitudine etiam potestatis, non posse constituere, vt exemplo, sine originali credatur. quod, inquit Panor. obtinet in causis, de quibus non habet princeps liberam potestatem, vt in causis laicorum, Papa. nam in matrimonii, decimis, usuris, sacerdotiis, ceterisque negotiis spiritualibus, in quibus Papa plenissimam habet potestatem, licet ex ordinata, (vt vocant,) facere non possit, vt sine authentico, aut originali instrumento, exemplo non stetur: de absol

absoluta tamen potestate, id poterit, cùm secundū hāc, quicquid vult, siue secūdū, siue prēter, siue contra ius statuat. c. proposuit. de conceſ. præb.

ii Panor. in c. cū à nobis. col. ij. de testib. Vox t̄ non admodum principe digna, nec multum abhorrens, à Iuliæ Caracalli nouercæ sententia, quæ cum se superiore corporis parte nudatam Antonino Caracallo exhibuiffet, dixissetque Imp. *Vellem si liceret, impurè, & sceleratè respondit, si libet, licet.* ei vero, qui de suprema principis potesta te plura legere volet, videnda sunt omnino, quæ Andreas Exeanus vir doctissimus, collega, & summus amicus noster, eruditè iuxta ac copiosè scripsit, in c. j. nu. cxix. vsque ad nu. cl. de consti.

Verumenimvero quod dicimus negatiuam præpositam verbo *poteſt*, omnem priuare potentiam, necessitatēmque inducere. Panormitanus in capitulo quanto. per illum textum. de præumptionibus. recipi vult, nisi facta hac interpretatione, resultaret absurdus sensus, vt cùm illic Gregorius ad Victorem episcopum scripsit, latere te in vicino non potuit, quod ad nos de longinquō peruenit. Nam hæc verba præumptionem tantum demonstrant, quibus hoc significatur, verisimile non esse, vt illud vi-

*Andreas
ab Exea
juriscon-
fultus cla-
riſsimus.*

12 cinos lateat, quod apud exterōs est manifestum. *Vicini* namque vicini facta vicinorum scire creduntur. l. prima. ff. de fluminibus. lege. dominus *tur scire* horreorum. ff. locati. capitulo postquam de ele- *facta vi-* ctionibus. Glossa in capitulo paratus. xxij. q. j. *cinorum.* Temperatur secundò tractata à nobis doctrina, ubi lex simpliciter eloqueretur, non ultra pro-

uidendo. alioqui si ultra procederet, secus dicendum. prouidens enim de remedio, indicat se non auferre omnem potentiam. l. stipulatio ista. §. alteri. vbi solus Ias. ita declarat. ff. de verbo. obliga. licet enim dixerit illic initio Iurisconsul. alteri stipulari neminem posse, subdit tamen, in vers. planè. eum qui stipulationem eiusmodi effectum cupit habere, pœnam oportere stipulari: vt si ita factum non sit, quemadmodum comprehensum est, committatur stipulatio, etiam ei, cuius nihil interest. §. alteri. de inutil. stip. in instit. non dissimile est, quod Bartol. scriptum reliquit in l. non dubium. col. iij. C. de legib. quod per manus traditum est, facta contra legem, pro infectis haberi, & obtainere, cum lex stetit in finibus prohibitionis. d. l. non dubium. secus si ultra procedat confirmingo, vt cum dixit Vlpia. non esse dicendam sub conditione sententiam. cæterum si dicta fuerit, tempora ad appellandum statim computari debere. l. j. §. biduum. ff. quando appellandum sit.

Ias. animaduer-
sio.

Denique si verbo potest, præposita esset negatiua, ab eo qui potestatem priuandi omnem potentiam non habebat, veluti à priuato. l. nemo pacificando. ff. de pact. quo text. adductus Ias. in l. Gallus. in princip. col. v. ff. de li. & posthu. ita regulâ nostrâ declarat, sed ridiculè. d. l. nemo citat. in qua dictio negatiua præponitur verbo potest, à legislatore, nō etiā à priuato. Nemo (inquit Pópo.) id efficere potest, ne sibi locū suū dedicare, aut ne sibi in suo sepelire mortuū liceat, aut ne inuito vicino prædiū alienet. Et tamē Acc. & alij ibide

ibidem volunt, licet ex eiusmodi pactionibus
 præcisè agi non possit, si tamen alterius ex con-
 trahentibus intersit, eum in id quod interest re-
 13 cte agere. Quocirca † is text. manifestè commu- *Comunis*
 nem sententiā prosternit, quam & aliis quibus- *opinio im-*
 dam argumētis, reprobatibilem esse præmonstrat *probata.*
 And. Alciat.lib.Paradox.ijj.cap.ijj.& ante eum
 Bald. in l.j. ff.de iniust. testa. dicit Gloss. in d.c.j.
 de reg. iur. in vj. ineptissimè loqui, quibuscum
 ego sentio, ridiculum nimirum existimans, ab-
 solutè dicere, negatiuæ verbo potest, adiunctæ, na-
 turam esse, vt præcisam necessitatem inducat,
 abnegētque quancunque potētiam, quod pluri-
 mis testibus euinci potest. Dixit imprimis Iul:
 Paul. *non posse videri in iudicium venisse, quod post iudi-*
cium acceptum accidit. I. non potest. ff.de iud. Et ta-
 men constat cēseri in iudicium venisse prodesse-
 que ad victoriam actori, quod aduenit post litis
 contestationem, tam in vniuersalibus. I. si hære-
 ditatem. & I. si quo tempore. ff.de petit. quām in
 singularibus, non tantum vbi in rem actio inten-
 ditur. I. sī autem. §. possidere. ff.de rei vend. &c.
 abbate sanè. de re iud. in vj. aut in rem scripta. I.
 14 tigni. §. si quis. ff.ad exib. sed etiam, † vbi agitur *Ius super-*
 actione personali, si ius superueniens pendente *ueniens*
 iudicio, ex causa de præterito fluat. I. si rem. §. fin. *quādopro-*
 15 ff.de pigno.actio. Rursus Pompo. ait † *nemo potest sit ad vi-*
facere, ne leges in suo testamento locum habeant. I. nemo *elioriam.*
 potest. ff.de leg.j. & tamen nemo nescit, innume-
 ris casibus, legum dispositionem à testante re-
 mitti, vt cūm vetat conscribi inuentarium, eius
 confectionem tutori remittens. I. finali. §. finali.

C. arbit. tutel. Aut Falcidiam prohibet. Authen.
sed cum testator C. ad l. Fal. contra ius publicum,
& legis ciuilis authoritatem. l. quod de bonis.
§. j. ff. ad l. Falcidiam.

Rescripsit præterea Aquilio Gordianus
Imp. absenti reipublicæ causa, non posse obesse tempora,
quæ in actione de dolo solent computari. l. iij. C. de dol.
& tamen nemo nescit, absentem, hoc temporis
decurso, mero iure excludi, omninoque, nisi re-

16 stituatur, repellit. l. fin. C. illo tit. † Deinde, in lege

Pupillus scriptum reperitur *pupillum sine tutoris autoritate*
contrahere obligari non posse. l. obligari. ff. de auth. tuto. cum
do an obli tamen constet, pupillum contrahendo natura
getur.

saltē obstringi. l. si pupillus. ff. ad l. Fal. l. j. ff. de no
uatio. nisi eius ætatis sit, ut fari non possit. sicut
infans. l. quod pupillus. ff. de condic. indeb. l. pu
pillus. ff. de actio. & oblig. Pariter tradit vbiique
legislator, alteri stipulari neminem posse. l. stipulatio
ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & §. alteri. de inutil.
stip. in insti. cum tamen ex ea stipulatione, Ac
curs. & cæteri, creberrimè tradant, enasci natu
ralem obligationem. Quod ut receptius, ita ve
rius est, propter illum simultaneum partium
consensum, quo qui obstringitur, natura obli
gatus est. l. stichum. §. naturalis. ff. de solutio. l.
cum amplius. §. is natura. ff. de reg. iur.

17 Sed & ne † pontificias sanctiones spernere

Papa in o. videamus, scripsit summus Pontifex, sedem apo
mnibus stolicam, in certis consanguinitatis gradibus dispensare
gradibus non posse. c. literas de restitutio. spol. cum tamen
dispensat. liqueat ex Canonistarum traditionibus, Papam
in om

in omnibus qui lege diuina prohibiti non reperiuntur , dispensandi facultatem habere quod sit ex sui ipsius lege, supra legē positiuam. c. proposuit de concess. præb. Denique Dionisius Papa, ex concilio Toletano, *non potest inquit erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis.* c. non potest. ij. q. viij. cùm tamen Turcas, & Scythas homines impientissimos , suis seruare fidem videamus. Adduci possent tam ex ciuili iure, quām ex pontificio , alia permulta , & exempla , & argumen-
 ta: sed hæc satis, supérque communem destruunt sententiam, nostrāmque confirmant, cuius veritas , vel ad sensum naturalem, cuique est in aper-
 18 to. Ego † heri quæ xiiij. Aprilis fuit, anni 1546. incredibili affectus lætitia , honestissimōque gaudio exultans , quod salua Catherina nostra, filiole *Iacobo Corasio*, auctus essem , pro foribus scholæ scribi iussi , me eo die docere non posse. quis hic quæso per Deum immortalem , tam ridiculus erit, qui his verbis existimet, me mihi- ipsi necessitatis legem imposuisse , meāmque omnem in vniuersum potentiam abnegasse , vt non ipse si voluisssem, lectioni operam dare potuerim? Silendum igitur de hac Doctorum sententia, dicendūmque non aliam esse virtutem ad iūctiūæ negatiūæ, verbo potest, præpositæ , quām ex subiecta materia, eidem præstitam , subministratāmque. & ita claudimus riuos. Laus Deo Optimo Maximo. Ioannes Corasius Tolosas, I. V. D. in florentissima Valentinorum acha- demia, xiiij. April. 1546.

*Iacobi Corasij nati-
 vitas.*

Lugduni,
EXCVDEBAT
PHILIBERTVS
ROLLETIVS.

*





LEGVM QVARVN-
DAM, QVAE IN HISCE
commentariis præter vulgatam
interpretum sententiam ex-
plicantur, Index, secun-
dum Pandectarum,
Iustiniani, &
Pontifi-
cum
ordinem.

EX DIGESTO VETERI.

Quod metus caus.	L.seruitutes 4.	265	281
L.si cum exceptione. §. quod si homo.	L.quoties 1.		13
	395 L.Papinianus.	386	387
De usufru.	L.eifundo.		14
L.Ususfructuarius. §. adi- cium.	De seruit.vrbano.		
	218 L.luminum.		56
Si ususfruct.peta.	L.imperatores.		425
L.secunda.	143 L.si arborem.		62
De seruitutib.	L.seruitutes. §. si domo.		39
L.seruitutes 2.	150 §. si sublatum eiusdem l.		76
L.seruitutes 3.	159 L.foramen.		261
§. interualla eiusdem l.	180 L.si aedes.		111.
L.ad certam.	191 L.Lucius.		116.
L.Vt pomum.	199 De seruit.rustico.		
L.pro parte. §. pro parte.	232 L.j.	37.52.101.105	

I N D E X.

<i>L. via.</i>	108	De viapublica.
<i>L. Diuus.</i>	92	<i>L. secunda.</i> 318.
Si ser. vend.		De aqua quotid. & æsti.
<i>L. harum.</i>	405	<i>L. hoc iure. §. ductus aquæ.</i> 282.
Quemad.serui.amit.		De verb. oblig.
<i>L. si parte. §. si per fundū.</i> 104.		<i>L. in executione cum omnibus</i>
Ad exib.		§§. 370. C seq.
<i>L. thesaurus.</i>	94.	De solutio.
De religios.		<i>L. qui res. §. fi.</i> 79
<i>L. offa.</i>	82	De furt.
In quib.caus.pign.ta.		<i>L. à Titio.</i> 387
cont.		De verb.signif.
<i>L. eo iure. §. stabula.</i>	37	<i>L. Urbana.</i> 33. C 36
EX INFORTIATO.		De reg.iur.
De hæred.instit.		<i>L. Aetius legitimi.</i> 161
<i>L. talem. §. si quis.</i>	47	EX IVSTINIANO CO
De leg.j.		D I C E.
<i>L. si tibi homo. §. fi.</i>	139	De seruitutib.
De ann.leg.		<i>L. prima.</i> 315
<i>L. Caius.</i>	27	<i>L. non modus.</i> 64
Dealiment.leg.		Dereb.alie.non alie.
<i>L. Mella. §. quidā libertis.</i>	27	<i>L. Ultima.</i> 147
EX DIGESTO NOVO.		De præsc.long.temp.
De aqua plu.arcen.		<i>L. Ultima.</i> 306
<i>L. iij. §. apud Elphenum.</i> 142		EX INSTITUTIONI-
De vsucapio.		B V S C I V I L I B V S.
<i>L. sequitur. §. si viam.</i>	418	De actio.
<i>L. si aliena. §. j.</i>	284.	<i>§. æquè.</i> 47. C 357

F I N I S.



INDEX RERUM AC VERBORVM IN HOC OPERE

selectiorum, numerosiss. alphabetica serie recens
in sua capita digestus, atque adeò duplici nu-
merorum ordine percomodè insignitus:
quorum prior quidem paginam, poste-
rior verò eiusdem margini adscri-
ptas numerandi notas bre-
uiter indicat.

A	Cceptilatio cur pure cōcipiē da. ff. de ser uit. 162.20.	Actiones reales & personales qua. ff. de seruit. 148.1
		Actionis realis & personalis natura. ff. de seru. 146.10
	Accurs. & aliorum declara- tio explosa. ff. de ser. 47.9.	Actio quæ pro superficie de- tur. ff. de seruit. 138.6
	Accurs. sententia noua ratione ab omni morsu defensa. ff. de seruitu. 325.6	Actio realis ad quid competit ff. de seruit. 355.8
	Actio de seruitute cui, & con- tra quem detur. ff. de ser- uit. 427.3.	Actus deueniens in eū casum &c. ff. de seruit. 227.9
	Actio & passio in uno subie- cto non concurrunt. ff. de seruit. 383.2.	Actus iure familiaritatis non inducunt posses. ff. de serui- tut. 303.38.
	Actio omnis super eo quod in- terest fundata. ff. de ser- uit. 394.5	Actus legitimus conditionem recipit. ff. de seruit. 180.17
		Ademptio inutilis. vbi lega- tum inefficax. ff. de serui- tut. 233.3
		Adhæ

- Adhaerens, connexum, contiguum, & accessorium. ff. de seruitur.* 317.3
- Adiectio quid propriè. ff. de seruitur.* 276.16.
- Ad tempus, & ex tempore. ff. de seruitur.* 169.27.
- Aedes quibus constent. ff. de seruitur.* 137.3
- Aedificare in suo cuique licet. ff. de seruit.* 46.8
- Aedificare quando quis prohibatur. ff. de seru.* 70.44
- Aedificio extinto, an finitur seruitus. ff. de seruitibus.* 74.49
- Aedificio futuro seruitus imponitur. ff. de seruit.* 152.3
- Aedificium an solum rapiat. ff. de seruit.* 83.67
- Affectionis ratio quando habetur. ff. de seruit.* 336.4
- Agere propriè quid sit. ff. de seruitur.* 100.90
- Aliati sententia reiecta. ff. de seruitur.* 291.28
- Alienatio an pacto prohibetur. ff. de seruit.* 337.6
- Alienatione prohibita, quando vetita intelligatur seruitus constitutio. ff. de seruit.* 146.25
- Alienationis singularis, & vniuersalis differentia. ff. de seruitur.* 378.19
- Alternativa natura. ff. de seruitur.* 364.22
- Altius tollendi facultas dupliciter contingit. ff. de seruitur.* 48.12
- Animal in agro reperiens quid agere debeat. ff. de seruitur.* 225.138
- An seruitus personalis propriè seruitus dici possit. ff. de seruitur.* 28.14
- An sit in via plus, quam in actu. ff. de seruit.* 104.97
- Appellatio an extinguat vel suspendat. ff. de serui.* 182.5
- Appellens maiorem pecorum numerum quomodo prohibatur. ff. de seru.* 125.134
- Appulsus pecoris ad aquam seruitus. ff. de serui.* 123.133
- Aquam in fundo suo querere cuique licet. ff. de seru.* 340.11
- Aquæductū habens alio aquā non ducit. ff. de ser.* 118.125
- Aquæductus seruitus nō semper hæret prædio. ff. de seruitur.* 12.5
- Area quid. ff. de serui.* 38.20
- Area urbanum prædium. ff. de ser.*

I N D E X.

- | | | | |
|---|---------|--|---------|
| <i>de seruitut.</i> | 38.21 | <i>seruitut.</i> | 234.2 |
| <i>Arboris plātatio an sit contra prospectus seruitutem.</i> ff. de seruitut. | 69.43 | <i>Cuius an testis in causa ciuitatis, ff. de seruitut.</i> | 237.5 |
| <i>Aurelia consuetudo.</i> ff. de seruitut. | 382.25 | <i>Cuius in causa ciuitatis testificatur.</i> ff. de seruit. | 127.141 |
| B ona fides an in præscriptione libertatis necessaria. ff. de seruitu. | 314.44 | <i>Ciuitas non concedit priuato aquam per viā publicam ducere.</i> ff. de serui. | 328.12 |
| <i>Bona fides in præscriptione necessaria.</i> ff. de seruit. | 296.32 | <i>Clausula omni meliori modo.</i> ff. de seruit. | 253.13. |
| <i>Bona fides quādo præsumatur.</i> ff. de seruit. | 197.34 | <i>Clericus de negotio ecclesiæ testimoniū fert.</i> ff. de seruitu. | 128.143 |
| <i>Bonæ fidei possessor quis dicatur.</i> ff. de seruit. | 196.33 | <i>Cloaca.</i> ff. de seruit. | 194.1 |
| C alcis coquendæ & are- | | <i>Cloacæ Romanae.</i> ff. de seruitu- | |
| <i>næ fodienda seruitus.</i> ff. de seruitut. | 129.146 | <i>tibus.</i> | 195.3 |
| <i>Capitonis & Labeonis sectæ diuersæ.</i> ff. de seru. | 406.8 | <i>Cloacæ immittendæ seruitus quæ.</i> | 197.12 |
| <i>Carceris perpetui pœna.</i> ff. de seruit. | 28.34 | <i>Cœlum omne an sit, cuius est solum.</i> ff. de seruit. | 424.8 |
| <i>Catadromus.</i> ff. de serui. | 195.5 | <i>Cœlū pro aëre.</i> ff. de ser. | 423.6 |
| <i>Cedi actio ad seruitutem an pos-</i> | | <i>Cœlū quid, & cur sic dictum.</i> | |
| <i>sit.</i> ff. de seruit. | 379.20 | <i>Cœna & prandium palā fie-</i> | |
| <i>Certa conditio quæ.</i> ff. de ser- | | <i>bant.</i> ff. de seruit. | 199.5 |
| <i>uitut.</i> | 170.28. | <i>Cœna nocte siebat & quare.</i> | |
| <i>Certum quid in iure.</i> ff. de ser- | | <i>ff. de seruit.</i> | 198.3 |
| <i>uitut.</i> | 191.2 | <i>Cœnandi usus apud anti-</i> | |
| <i>Certus heres, certus homo, certi-</i> | | <i>quos.</i> | 199. |
| <i>numi.</i> ff. de seruit. | 191.3 | <i>Communi rei quādo queratur</i> | |
| <i>Fines quos modis fiant.</i> ff. de | | <i>seruitus.</i> ff. de seruit. | 225.8 |

I N D E X.

- | | |
|--|--|
| <i>Communis opinio defensa de seruitute ab emphyteuta im posita.</i> ff. de seruit. 146.24 | <i>Confessoria an pro quoniam iure incorporali detur.</i> ff. de seruitut. 355.9 |
| <i>Communis opinio improbata super legitimatione.</i> ff. de seruitut. 231.15 | <i>Confessoria duplex.</i> ff. de seruitutib. 350.3 |
| <i>Communis res vendi & donari potest.</i> ff. de ser. 131.10 | <i>Confessoria, & negatoria actiones explicatae.</i> ff. de seruitutib. 349.2 |
| <i>Communis sententia de negativa verbo præposita, pluribus improbata.</i> ff. de seruitutib. 436.13 | <i>Confessoria, & negatoria quibus verbis concipiuntur.</i> ff. de seruit. 150.4 |
| <i>Concessa seruitute, an altera constituantur.</i> ff. de ser. 123.132 | <i>Confessoria cur contra fructuum non agatur.</i> ff. de seruitut. 427.2 |
| <i>Cocessio iuris an realis vel personalis.</i> ff. de seru. 115.123 | <i>Confessoria pro quocumque iure incorporali.</i> ff. de ser. 203.11 |
| <i>Concessio iuris quando realis, vel personæ seruitus.</i> ff. de seruit. 203.12 | <i>Confusio debiti, fit successione.</i> ff. de seruit. 383.1 |
| <i>Concessiones de quibus in l. ut pomum &c. an sint personales seruitutes.</i> ff. de seruitutib. 202.9 | <i>Consentire quando non contradicens videatur.</i> ff. de seruitut. 411.13 |
| <i>Conditio certa quæ.</i> ff. de seruitutib. 170.28. | <i>Constituere seruitutem diuersum a promittere.</i> ff. de seruitut. 222.4 |
| <i>Conditio extinctiva, & inchoatiua.</i> ff. de serui. 158.11 | <i>Corporum tria genera.</i> ff. de ser. 11.3 |
| <i>Conditio in quo à modo differat.</i> ff. de seruit. 175.3 | <i>Correctoria lex quando extendatur.</i> ff. de serui. 314.45 |
| <i>Conditio melior prohibentis.</i> ff. de seruit. 81.63. | <i>Cubitus sesquipedalis.</i> ff. de seruitut. 108.109. |
| <i>Conditio quid.</i> ff. de ser. 174.2 | <i>Cui licet quod plus est, licet quod est minus.</i> ff. de seruitutib. 179.10 |

I N D E X.

- D**ecempeda, decempedor. Declaratus. §. si. l. j. ff. de aqua
ff. de seru. 107. 106. plu. ff. de seruit. 196. II
- Decima qua actione peti de- Declaratus. §. si quis ita. l. tale.
beat. ff. de serui. 345. 9 ff. de seruit. 47. II
- Declarata l. Caius. ff. de serui- Declaratus nouè. §. placet. ff. de
tutib. 27. 31 seruitutib. 171. 29
- Declarata l. j. ff. de seruit. Vr- Diffinitio cōmuniſ seruituris
ba. ff. de seruitut. 37. 19 declarata. ff. de seruit. 11. 4
- Declarata l. diuus. ff. de serui- Diffinitio omnis periculosa. ff.
tutib. 92. 79 de seruit. 15. 10
- Declarata l. fi. C. de reb. alien. Digitus. ff. de seruit. 108. 113.
ff. de seruit. 147. 26 Dilatationem secundā actori, an
- Declarata nouè l. si ædes. ff. de index dare posſit. ff. de ser-
seruit. 111. 19 uitutib. 432. 9
- Declarata l. aëtus legitimi. ff. Diogenis cynici responsum ad
de seruit. 161. 18. Alexadrū. ff. de ser. 61. 29
- Declarata l. imperatores. ff. de Directa & utilis actio quid.
seruit. 425. 10 ff. de seruit. 362. 16
- Declarata nouè l. urbana præ Directa seruitus cur præscr. no
dia. ff. de seruit. 35. 11 queratur. ff. de ser. 274. 14
- Declarata l. j. ff. de via publi- Dispositio simplex fortior. ff. de
ca. ff. de seruit. 318. 7 seruit. 59. 26.
- Declarata l. harum. ff. de ser- Dispositio simplex non trahi-
uitutib. 405. 6 tur ad futura. ff. de serui-
tutib. 63. 32.
- Declarata nouè l. quod seruus. ff. de seruit. 22. 23 Diuiduum & indiuiduum du-
Declaratio l. si tam angusti. ff. pliciter dicitur. ff. de serui-
de seruit. 240. 1 tucib. 366. I
- Declaratus nouè. §. si viam. ff. Diuiduum est indiuiduum le-
de seruit. 418. 22 ge. ff. de seruit. 368. 6
- Declaratus. §. quod si homo. ff. Doctor consulit contra singu-
de seruit. 395. 8 los de ciuitate, à qua codi-
ctus

- Etus est. ff. de ser. 129. 145 aliquid expressum illic fiat
 Doctorum diuisio de diuiduo. ff. de seruit. 339.8
 ff. de serui. 372.9. Dotis solutio facta constante
 Doctorum improbata declara- matrimonio superuenienti
 tio. ff. de seruit. 52.17 bus diuitys an retractetur.
 Doctorum omnium explosa di- ff. de serui. 229.12
 stinctio super seruituti. no- Dromos. ff. de seruit. 195.6
 minat. & innominat. ff. de Dubitandi & decidendi ratio.
 seruit. 121.129 ff. de seruit. 185.7
 Domini duo eiusdem rei quan- Dubitatio. ff. de seruit. 196.8
 do esse possint. ff. de seruitu- Dubium in §. si prædium. ff. de
 tibus. 142.16 seruit. 207.2
 Dominio rei propriæ quando Ductus aquæ tripliciter fit. ff.
 quis priuetur. ff. de seruitu- de serui. 111.120
 tibus. 98.87
 Dominium an cadat in incor-
 poralibus. ff. de seru. 239.8
 Dominium an vox latina. ff.
 de seruit. 225.7
 Dominium directum & uti-
 le. ff. de seruit. 140.11.
 Dominium legati à quo tem-
 pore transeat in legatariū.
 ff. de serui. 385.5
 Dominium multiplex. ff. de
 seruit. 223.5
 Dominus directus in præaudi.
 utilis non imponit seruitu-
 tem. ff. de seruit. 145.21.
 Dominus in re communi nihil
 potest. ff. de seruit. 130.1
 Domus vendi potest pacto, ne
- aliquid expressum illic fiat
 ff. de seruit. 339.8
 Dotis solutio facta constante
 matrimonio superuenienti
 bus diuitys an retractetur.
 ff. de serui. 229.12
 Dromos. ff. de seruit. 195.6
 Dubitandi & decidendi ratio.
 ff. de seruit. 185.7
 Dubitatio. ff. de seruit. 196.8
 Dubium in §. si prædium. ff. de
 seruit. 207.2
 Ductus aquæ tripliciter fit. ff.
 de serui. 111.120
 Brietas causa seruitutis.
 ff. de seruit. 44.1
 Ecclesia duobus Episcopis subie-
 cta. ff. de seruit. 190.5
 Ecclesiæ nondum extinctæ,
 queruntur priuilegia. ff. de
 seruit. 153.4
 Emancipatio cur nec die, nec con-
 di. recipiat. ff. de ser. 161.19
 Emphyteusis quid, & cur sic
 dicta. ff. de serui. 164.20
 Emphyteuta constituit serui-
 tum. ff. de seruit. 145.22.
 Emphyteuta non alienat. ff.
 de seruit. 146.23.
 Emphyteuta quo modo probet
 solutionem pensionis. ff. de
 seruit. 321.12
 Emp

I N D E X.

- Emptor an ex pæcto Vendito- Exposita l. iter. ff. de seruitur.
ris obligetur non adficare. 317.4
ff. de seruit. 206.13 Exposita l. fi. C. de præscri. lög.
Emptor cur numeros Venditoris temp. ff. de seruit. 305.40
facere cogatur. ff. de serui- Exposita luculenter §. seruitu-
tibus. 401.4 tū litera. ff. de serui. 144.8
Enodata l. nō codicillum. ff. de Exposita nouē l. quotis. ff. de
serui. 254.15 serui. 13.9
Enodatus. §. fin. l. sitibi homo. Exposita posteriora verbal.
ff. de serui. 139.9 ij. ff. de seruit. 173.31
Exceptio doli cur locū habeat. Expositio clara §. interualla.
ff. de serui. 173.30 ff. de serui. 180.1
Exceptio cur detur præscribē- Expositio literæ §. si Vsusfru-
ti. ff. de serui. 275.15 ctus. cum ratione dubij, &
Exceptio tua non interest, re- decisionis. ff. de serui. 426.1
pellit agentem. ff. de serui. Expositus nouē §. stabula. ff. de
394.6 serui. 37.17
Excussus sensus §. apud Al- Extrema probant medium. ff.
phenū. ff. de seruit. 342.4 de seruit. 327.9
Explanata l. j. C. de seruit. &
aqu. ff. de seruit. 315.46 F Abri & sequacium opi-
nione defensa. ff. de serui.
Explicata l. foramen. ff. de seruit. 49.13.
seruit. 261.4 Fabri exemplum non necessa-
Explicati aliquot loci iuris cōf. rium. ff. de serui. 20.17
ff. de serui. 175.4 Fabri opinio defensa superfa-
Explosa omnium sententia in cultate secandi ligna. ff. de
eo, an liceat per alien. &c. seruit. 26.29
ff. de seruit. 97.86 Facere in suo quatenus liceat.
Expositæ multæ leges in eam ff. de serui. 339.9
sententiā, seruitutes qua- Factum legitimè quando ex
re indiuidua. ff. de seruit. superuenienti retractetur.
377.18 ff. de seruit. 227.10

I N D E X.

- Facultas altius tollendi, dupli
citer contingit. 48.12 Fructuario an actio pro serui-
tute detur. ff. de ser. 352.5
- Facultas secandi ligna, an sit
ius vel seruitus. 26.28 Fructus usum continet. ff. de
serui. 33.7
- Fenestram socius an edificare
possit. ff. de seruit. 130.2 Fundus quid. ff. de serui. 210.3
- Fere dictio. ff. de serui. 188.10 Furtuam rem perquirere in
alieno, quando liceat. ff. de
seruituti. 95.83
- Fictio in casu ficto, idem quod
veritas in vero operatur.
ff. de seruit. 388.8
- Fictio sine aequitate non proce-
dit. ff. de seruit. 76.54 G Landis verbo omnes fru-
tus veniunt. ff. de ser-
uitut. 97.85
- Filius familias patre conser-
tierte donat causa mortis. ff.
de serui. 257.20 H Abitatio seruitus est. ff.
de serui. 45.4
- Flumen quid in seruituti. ff. de
seruit. 422.4 Habitationis noua finitio. ff.
de serui. 24.25
- Forensi delata dignitas facit
eum ciuem. ff. de seruitut.
235.3 Hæreditas non aditur sub co-
ditione, & quare. ff. de
seruit. 162.21
- Formæ effectus. ff. de seruitut.
256.19 Hæres exactam portionem co-
hæredibus non communi-
cat. ff. de seruit. 221.2
- Franciscanorum & Domini-
canorum controuersia. ff. de
seruit. 122.131 Haustu cōcessō, concessum iter,
ff. de seruit. 121.130
- Fructuarus cur non querat
seruitutem. ff. de seruitut.
73.48 Haustus aquæ seruitus quid.
ff. de serui. 119.126
- Fructuarus non imponit ser-
uitutē. ff. de serui. 144.20 Haustus, & aqueductus ser-
uitutes, quandoque perso-
narum. ff. de serui. 18.12
- Fructuarus non perficit cœptū
edificium. ff. de seruituti. Haustus seruitus in nomina-
ta. ff. de seruit. 120.127

- tacum ff. de serui. 13.1 158. & 159. 12
 Homo a dividuus natura. ff. Incorporales res in dividuæ. ff.
 de serui. 366.2 de serui. 221.1
 Homo dignissima creatura- Incrementum intrarem con-
 rum. ff. de serui. 21.21 tingens. ff. de seruit. 55.35
 Hypotheca in quo à pignore Individuum natura. ff. de seruit.
 differat. ff. de serui. 359.13 368.5
Iacobi Corasij natiuitas. ff. Inquisicio an cesseret, aduenien-
 de seruit. 439.18 te accusatore. ff. de seruit.
 Iasonis ridicula consideratio. 228.11
 ff. de seruit. 47.10 Intellectus non è l. i. ff. si Visus-
 Ieiunium quando fieri debeat fruct. per. ff. de ser. 143.19
 si occurrat vigilia die do- Intellectus S. dominus. ff. de
 minico. ff. de seruit. 332.17 serui. 390.10
 Immisum, & projectum. ff. Intellectus S. si domo. ff. de ser-
 de seruit. 420.2 uit. 39.23
 Immisum in meo an propria Interdicere, & interdictum
 autoritate tollam. ff. de ser. quid. ff. de serui. 398.1
 80.62. Interdicta quænam pro serui-
 Impensis cuius paretur iter. ff. tute dentur. ff. de seruitut.
 de seruit. 219.4 412.14
 Impetrationis in forma pau- Interdicta, cur sic dicta. ff. de
 perum virtus. 66.38. serui. 399.2
 Improbata diffinitio commu- Interdicti de itinere, vis &
 nis seruitutis. ff. de seruit. natura. ff. de serui. 413.15
 12.5 Interdictio occasionem dans, ad
 Improbata omnium senten- restitucionem damnitene-
 tia, de seruit. urbana. ff. de tur. ff. de serui. 183.6.
 seruit. 39.22 Interdictum ciuitatis suspen-
 Improbatus communis sensus sum an post tempus duret.
 super condit. extinctua, ff. de serui. 181.4
 & inchoativa. ff. de serui. Interdictum de arboribus cæ-

I N D E X.

dendis. ff. de serui.	83. 68	seruituti.	329. 15
Interdictum de glande legen- da. ff. de serui.	96. 84	Iugerum. ff. de serui.	107. 102
Interdictum de itinere, an de- tur pro seruitute. ff. de ser. 414. 16		Iuliæ ad Caracallam Impera- to. impurum responsum. ff. de seruitu.	435. 11
Interdictum unde vi, an di- rectio de seruitute detur. ff. de seruituti.	416. 20	Iumenta à iuuando dicta. ff. de seruit.	105. 99
Interesse ab initio, quibus ca- sibus sufficiat. ff. de seruit- 394. 7		Iura realia ex die, aut condi- tione transferuntur. ff. de seruituti.	158. 10
Interesse generatim acceptum. ff. de serui.	337. 5.	Iurisdictio individua. ff. de seruit.	375. 13
Interesse non consideratur in pœnis. ff. de serui.	396. 9	Iurisdictio quomodo diuida- tur. ff. de serui.	189. 5
Interesse si desinat, an desinat actio. ff. de serui.	393. 4	Ius patronatus individuum. ff. de seruit.	190. 7
Ipsò iure, quid in ciuili disci- plina significet. ff. de serui. 167. 26		Ius patronatus quomodo diui- datur. ff. de seruit.	374. 11
Ire per alienum, an liceat. ff. de serui.	91. 77	Ius reale nō queritur per pro- curatorem. ff. de ser.	239. 7
Iudex adiudicat uni proprie- tatem, alteri usumfructū. ff. de serui.	184. 4	Ius reale quandoque excedit id quod interest. ff. de ser- uitut.	335. 3
Iudex ad quid cogi posset. ff. de serui.	429. 5	Ire per alienum, an liceat. 91. 77	
Iudex nō est exasperandus. ff. de serui.	429. 5	Ius quod exerceri non potest, tempore non amittitur. ff. de seruituti.	317. 5
Judices miseri literas iniustas protinus exequuntur. ff. de		Ius superueniens, quando pro- sit ad victoriam. ff. de ser. 437. 14	
		Itineris seruitus.	90. 75
		Iter	

INDEX.

- Iter dupliciter sumitur. ff. de L. Offa noue declarata. ff. de seruit. 100.93 seruit. 82.66*
- Iter habens an cū alio uti pos- Lex scribonia. ff. de seruituti. sit. ff. de seruit. 99.88 286.24*
- Iter per nemus habes quid in L. Si seruitus enodata. ff. de eo possit. ff. de seruit. 220.6 seruit. 215.9*
- L**abeonis responsum ex- Libertatis præscriptio quomo-
plicatum. ff. de seruit. do procedat. ff. de seruitut. 195.4 308.41.
- Labeonis vita, & mores. ff. de Libertas rusticæ seruitutis de serui. 405.7 quomodo præscribatur. ff. Leetica. ff. de serui. 100.91 de seruituti. 311.42*
- Legata ex morte testatis vim capiunt. ff. de serui. 233.2 Linea. ff. de seruit. 107.105*
- Legitimiati per sequens matri monium, sunt verè legitimi- mi. ff. de serui. 230.14 Locus inferior seruit superiori. ff. de seruit. 196.10*
- Legitimatio susceptis liberis legitimis, an euaneat. ff. de seruituti. 230.13 Longoually de suscipatione ser uitutum sententia explosa. ff. de seruitu. 184.22*
- L. A Titio declarata. ff. de ser uitut. 387.7 Longoually noua declaratio. ff. de serui. 261.3*
- L. Diuus declarata. ff. de ser uitut. 216.13 Longoually noua quædam opini- nio de seruituti. confutata.*
- L. In execuzione declarata. ff. de seruit. 370.7 Lumen à prospectu in quo dif- ferat. ff. de serui. 409.12*
- L. Lucius declarata. ff. de ser uit. 116.124 Luminibus ne officiatur ser uitus, dupliciter imponi- tur. ff. de seruitu. 59.27*
- Lex xij. tabul. exposita. ff. de seruit. 79.61 Lex nihil operatur frustra. ff. de seruit. 416.19 Luminum seruitutis debitor, an solem auferre possit. ff.*

I N D E X.

- | | | |
|--|---------|---|
| <i>de seruitu.</i> | 61.28 | <i>protestationem firmat ff.</i> |
| <i>Luminum seruitus ff. de ser-</i> | | <i>de seruit.</i> |
| <i>uituti.</i> | 54.21 | <i>Minorum res nonnunquam di-</i> |
| M <i>Agis dictionis, natura.</i> | | <i>uidetur. ff. de ser.</i> 374.12 |
| <i>ff. de serui.</i> | 241.2 | <i>Minorum res quomodo diui-</i> |
| <i>Macipes qui. ff. de ser.</i> 364.19 | | <i>datur. ff. de ser.</i> 190.8 |
| <i>Martini opinio defensa. ff. de</i> | | <i>Modus adjici potest seruituti-</i> |
| <i>serui.</i> | 272.13 | <i>bus. ff. de seruit.</i> 189.1 |
| <i>Medium quid & quot modis</i> | | <i>Modus & cōditio equiparā-</i> |
| <i>Ysurpetur. ff. de ser.</i> 327.8 | | <i>tur. ff. de seruit.</i> 177.7 |
| <i>Mediū vitiosum destruit ex-</i> | | <i>Modus seruandus. ff. de serui.</i> |
| <i>trema. ff. de seruit.</i> 326.7 | | 176.5 |
| <i>Medius locus quādo seruitutē</i> | | <i>Modus verbum, variè acce-</i> |
| <i>impedit. ff. de ser.</i> 322.3 | | <i>ptum. ff. de ser.</i> 174.1 |
| <i>Mens, non verba speclanda.</i> | | <i>Molas nouas in moletrina-</i> |
| 242.3 | | <i>quando socius ponat. ff. de</i> |
| <i>Mendacij excusatio. ff. de ser-</i> | | <i>seruit.</i> |
| <i>uitut.</i> | 215.10 | 130.3 |
| <i>Mensuræ agrorum variæ. ff.</i> | | <i>Molendini clusa. ff. de seruit.</i> |
| <i>de seruit.</i> | 107.101 | 219.5 |
| <i>Mentiris, & nō dicis verum,</i> | | <i>Monasterium destruētum an-</i> |
| <i>differunt. ff. de ser.</i> 243.5 | | <i>retineat privilegia. ff. de</i> |
| <i>Mentiris quādo dicere liceat.</i> | | <i>seruit.</i> |
| <i>ff. de seruit.</i> | 244.6 | 74.51 |
| <i>Mercatorum improbitas. ff.</i> | | <i>Mulieris secundō nubentis pœ-</i> |
| <i>de seruit.</i> | 51.6 | <i>nā. ff. de ser.</i> 184.3 |
| <i>Meritoria loca. ff. de de seruit.</i> | | <i>Municipes q. ff. de ser.</i> 234.1 |
| 36.13 | | <i>Mutatione rei, quæ seruitutes</i> |
| <i>Meritoria vehicula. ff. de ser.</i> | | <i>extinguantur.</i> 74.50 |
| 37.16 | | |
| <i>Meritorij pueri. ff. ser.</i> 37.15 | | N <i>aturalia an pæcto tolli</i> |
| <i>Metus aut alia iusta causa,</i> | | <i>possint. ff. de seruit.</i> |
| | | 87.72 |
| | | <i>Naturalia contractus dupli-</i> |
| | | <i>cia. ff. de ser.</i> |
| | | 343.5 |
| | | <i>Nauig</i> |

INDEX.

Nauigare per flumen publicū	Noua interpretatio ad l. vii possimus. ff. de seru. 323.4	frui. ff. de seruit.	21.20
Negatiua & prepositae verbo po- test, natura. ff. de seruitu- tib.	471.8	Noua l. quoties. ij. interpre- tatio. ff. de seruit.	392.3
Negatoria, & confessoria con- tra quos dentur. ff. de serui- tutib.	354.7	Noua quedā opinio de vſuca- piōe defesa. ff. de ser. 299.35	
Nocendum nemini. ff. de ser- uitut.	216.11	Noua ratio super eo ut pomum &c. ff. de seruit.	201.7
Noua cōsideratio in verbis iter & actus. ff. de ser. 105.98		Noua opinio in voce aēlus. ff. de seruit.	101.94
Noua declaratio de vſu capiōe seruitutū. ff. de ser. 286.23		Noua opinio de libertate cōtra seruitutem rusticam. ff. de seruit.	
Noua declaratio stillicidij non auertendi. ff. de ser. 78.58		Noua opinio de seruitute in ser- uis. ff. de seruit.	20.18
Noua declaratio ad seruitutem luminum. ff. de ser. 56.24		Noua opinio de sole tollendo. ff. de seruit.	
Noua declaratio ad l. vii. ff. de seruit.	108.114	Noua opinio de seruit. ff. de ser- uitutib.	61.30
Noua & vera ratio ad l. ij. ff. de seruit.	166.25	Noua opinio de seruit. cloacæ immit. ff. de seruit.	40.24
Noua expositio ad l. quoties. & l. ei fundo. ff. de ser. 334.2		Noua opinio super eo, seruitus quando multiplicetur. ff. de seruit.	197.15
Noua de urbanis pradijs decla- ratio. ff. de seruit.	54.10.	Nouè declaratur l. ij. ff. de serui- tutib.	111.118
Noua de religionis fauore opi- nio. ff. de seruit.	82.65	Nouè intellecta l. ei fundo. ff. de seruit.	150.28
Noua differentiae ratio. ff. de seruit.	75.52	Nouè percepta duo vlpiani re- sponsa. ff. de seruit.	13.7
Noua finitio seruitutis. ff. de seruit.	16.11		352.6

I N D E X.

- Nousus intellectus ad s. si sub-* Optio non recipit conditionem,
latum. ff. de ser. 76.53 ff. de ser. 163.22
- Nousus sensus l. ad certam. ff.* Ordinarius si procedat ut de-
de seruit. 193.8 legatus. ff. de ser. 255.17
- Nousus intellectus ad l. iij. ff.* Offa illata in sepulchrum meū
de seruit. 159.13 nequeo tollere. ff. de seruit.
- Nousus intellectus ad l. si do-* 82.64
- mus. ff. de ser.* 77.56
- Nousus intellectus ad l. nō mo-* **P**actum contra naturam
dus. ff. de ser. 64.33 actus, an valeat. ff. de
seruit. 342.3
- Nousus intellectus ad l. si arbo-* Papa in quo consanguinitatis
rem. ff. de ser. 62.31 gradu dispenset. 438.17
- Nousus intellectus ad textū,* Pars diuisa dicitur totum. ff.
Papinianus not. ff. de ser. de ser. 134.9
- 386.6
- O**bligatiore crescente an- Pars quadruplex. ff. de seruit.
augeatur. ff. de seru. 141.14
65.34
- Officiendi luminibus serui- Pars quid. ff. de ser. 191.1
- tus. 51.15 Particula minima fundi reci-
pit seruitutem. ff. de seru.
131.5
- Oneris ferendi seruituris spe- Passus. ff. de ser. 107.107
ciale. ff. de ser. 341.2 Patientia an ad cōstitutionē
onoris ferendi seruitus. necessaria. ff. de seru. 212.4
- 85.70 Pater in bonis filij habet usū-
operae, & ministeria seruo- fruct. ff. de ser. 184.2
rum an seruitutes. ff. de Pecoris pascendi seruitus. ff. de
seruit. 24.26 seruit. 124.135
- operae qua actione peti de-* Pecoris verbo quid veniat. ff.
beant. ff. de ser. 25.27 de ser. 124.136
- operae serui legatae in quo ge-* Pecus in alieno pascere non li-
nere seruitutis. ff. de seru. cet. ff. de ser. 125.137
- 23.24 Pedester an ire posset de quo
vt

INDEX.

- Ut eques eat conuentum est. Possessio continua probatur pro-
 ff. de ser. 178.9 batis extremis. ff. de seruit.
 Persarum abusus. ff. de serui. 327.10
 201.8 Possessorum pro iuribus perso-
 nali bus non datur. ff. de
 dictæ. 41.2 seruit. 27.30
 Pertica. ff. de serui. 107.104 Potest verbi, natura tractata
 Petri opinio defensa. ff. de ser. plenissimè. ff. de ser. 428.4
 203.10 Praescriptio in quo differat ab
 Pes. ff. de ser. 180.109 exceptione. ff. de seruitut.
 Pignorum noua diuisio. ff. de seruit. 270.11
 361.15 Praelscriptione an directū do-
 Pignus quadruplex. ff. de ser. minium queratur. ff. de
 360.14 ser. 271.12
 Pignus quid propriè. ff. de ser. Praescriptionis finitio impro-
 358.12 bata. ff. de ser. 269.10
 Plethrum. ff. deser. 107.103 Praescriptio quomodo probe-
 Pomum quid. ff. de ser. 198.1 tur. ff. de ser. 327.11
 Pontem extruere in publico, Prandendi & cœnandi mos.
 quando liceat. ff. de seruit. ff. de ser. 199.2
 424.7 Princeps nemini vult inferre
 Possessio ad sucacionē neces- iniuriam. ff. de ser. 328.13
 saria. ff. de ser. 301.37 Princeps quando procedat par-
 Possessio an sit in seruitutibus. te non citata. ff. de seruit.
 ff. de ser. 279.20 433.10
 Possessio & quasi possessio. ff. Procurator an querat seruitu-
 deseruit. 400.3 tem. ff. de ser. 238.6
 Possessio & dominium sub cō- Projectū in meo an liceat tol-
 ditione transferuntur. ff. lere. ff. de ser. 81.69
 de ser. 150.15 Promittens tueri pontem, quo-
 Possessio certa, & continua modo teneatur. ff. de serui.
 qua. ff. de ser. 279.19 65.36

I N D E X.

- Promittere servitutem, & constituere, diuersa. ff. de seruit. 153.6
- Proprietarius, an in præiud. fructuarij constituant seruitutem. ff. de seruit. 143.18
- Protectum à proiecto an diffusat. ff. de seruit. 421.3
- Protestatio an actu contrario tollatur. ff. de serui. 243.4
- Protestatio an impediat sequens matrimonium. ff. de seruit. 247.8
- Protestatio quæ dicatur facto contraria. ff. de ser. 250.10
- Publicum solum. ff. de seruit. 419.1
- Publicus locus cur sicut sacer non impediat seruitutem. ff. de seruit. 331.16
- Publicus locus qui, & qui sacer. ff. de seruit. 321.1
- Punctus etiam natura individualis. ff. de seruit. 367.3
- Punctus quid. ff. de seruit. 367.4
- Pupillus quando natura oblitetur. ff. de seruit. 438.16
- Q**ualitas non est sine subiecto. ff. de seruituti. 268.8
- Quasi possessio, quomodo quæ-
- ratur. ff. de seruitutibus. 408.10
- Quasi possessio seruit. quando incipiat. ff. de ser. 266.7
- Quod commune est, meū est reg. declarata. ff. de ser. 133.7
- Quod potui nolui, regula explicata. ff. de seru. 254.14
- R**atio differentiæ inter fructuarium & creditorem. ff. de ser. 358.11
- Ratio dubitandi. ff. de seruit. 193.5. & 196.8
- Ratio text. ut pomum decerpere &c. ff. de ser. 199.5
- Reiecta omnium opinio super eo, an liceat ire per alienū. ff. de seruit. 92.78
- Religioso adhaerens an religiosum. ff. de serui. 316.2
- Relinquo verbi, natura. ff. de seruit. 212.5
- Res corporales, & incorporeales. ff. de seruit. 10.2
- Repudiatio unius iuris, ad alterum non trahitur. ff. de serui. 76.55
- Rescriptū principis quando refutandū. ff. de ser. 329.14
- Res mobiles triennio usucapiuntur. ff. de ser. 278.18
- Res propria nemini seruit. ff. de ser.

INDEX.

- | | | | |
|--|----------|---|---------|
| de seruit. | 208.5 | sepulchra an sint nostri domi-
nij. ff. de serui. | 319.8 |
| Resolutio iure datoris, quando
resolutū ius acceptoris cen-
seatur. ff. de seru. | 148.27 | sepulchro acquiritur seruitus.
ff. de seruit. | 153.5 |
| Restituta lectio §. quidam li-
bertis. ff. de seruit. | 28.32 | sepulchrum & monumen-
tum. ff. de seruit. | 320.10 |
| Retentio pro impendijs locum
habet. ff. de ser. 127.140 | | Serui pro mortuis habentur.
ff. de seruit. | 19.15 |
| Retentio quando per actionem
excludatur. ff. de seruit. | 126.139. | Seruitus acquiritur sepulchro.
ff. de seruit. | 153.5 |
| Rius quid. ff. de ser. | 217.14 | Seruitus altius non tollendi.
ff. de serui. | 69.42 |
| Rubrica pro lege. ff. de seruit. | 291.27 | Seruitus actus quid. ff. de ser-
uitut. | 99.89 |
| S cientia aduersarij an in
seruitibus necessaria. | | Seruitus altius tollendi. ff. de
seruit. | 46.7 |
| ff. de seruit. | 408.11 | Seruitus à persona rei debita | |
| Scientia quando in præscriptio
ne necessaria. ff. de seruit. | 304.39 | qua. ff. de seruit. | 28.33 |
| sensus l. seruitutes. ij. disputa-
tur. ff. de seruit. | 157.4 | Seruitus appulsus. ff. de serui. | |
| sensus §. pro parte nouē ex-
cussus. ff. de seruit. | 232.1 | 123.133. | |
| Sententia ex causa vera non
expressa defenditur. ff. de
seruitut. | 255.16 | Seruitus aqueductus qua. ff.
ff. de seruit. | 112.121 |
| Sententia §. biduum. quam
conditionem recipiat. ff. de
seruit. | 164.24 | Seruitus à quo prædio nomen
accipiat. ff. de serui. | 40. |
| Sententia prodest consorti. ff.
de seruit. | 380.22 | 25. & 194.14.25 | |
| | | Seruitus à quocunque constitui-
tur. ff. de seruit. | 152.1 |
| | | Seruitus calcis coquendæ &
arenæ fodienda. ff. de ser-
uitib. | 129.146 |
| | | Seruitutis causa ebrietas. ff.
de serui. | 44.1 |

I N D E X.

- | | | |
|--|---------|--|
| Seruitus cloacæ immittendæ
rusticanæ an urbanæ. ff. de
seruit. | 197.13 | nō queritur. ff. de ser. 131.4
Seruitutem habens quid face-
re possit. ff. de ser. 90.76 |
| Seruitus confusione extingui-
tur. | 207.4 | Seruitutes habentes causam co-
tinuā quæ. ff. de ser. 259.1 |
| Seruitutis concessæ interpre-
tatio. ff. de ser. | 113.122 | Seruitus haustus aquæ quid.
ff. de ser. 119.126 |
| Seruitutes constituendæ cum
perpetuitate. ff. de seritu. | 160.16 | Seruitus itineris. ff. de seru.
90.75 |
| Seruitutes continuæ, & disco-
tinuæ. ff. de ser. | 260.2 | Seruitus leuior, nō grauior fie-
ri potest. ff. de ser. 59.47 |
| Seruitus cur à socio toti fundo
non queratur. ff. de seruit. | 133.8 | Seruitutes luminum quot sint.
ff. de ser. 54.19 |
| Seruitutem debens non tene-
tur facere. ff. de ser. 341.1 | | Seruitus merè personalis qua.
ff. de seruit. 18.13 |
| Seruitutē debens, quando fa-
cere teneatur. ff. de seruit. | 57.25 | Seruitus, ne luminibus officia-
tur. ff. de ser. 55.22 |
| Seruitus diuiditur temporibus,
& mensuris. ff. de seruit. | 189.4 | Seruitus, Ne prospectui officia-
tur. ff. de seruit. 67.40 |
| Seruitus est cōtra naturam. ff.
de ser. | 196.9 | Seruitutem nemo in damnum
alterius imponit. ff. de ser.
143.17 |
| Seruitus est qualitas. ff. de
seruit. | 139.8 | Seruitutes nominatae & inno-
minatae quæ. ff. de seruitu.
120.128 |
| Seruitus est tota in toto. ff. de
seruit. | 192.6 | Seruitus non constituitur sine
prædys. ff. de ser. 152.2 |
| Seruitus extinguitur cōfusio-
ne. ff. de ser. | 207.4 | Seruitus officiædi luminibus.
ff. de ser. 51.15 |
| Seruitus fundo cōmuni ab uno | | Seruitus oneris ferendi, &
tigni immittendi differen-
tia. ff. de ser. 88.73 |

I N D E X.

- seruitus pecoris pascendi. ff. de capiantur. ff. de ser. 270. 21
 seruit. 124. 136 seruitutes quasi possidentur.
 seruitus per partes retinetur. ff. de seruitut. 417. 21
 ff. de seruit. 207. 3 seruitus quo cunque contractu
 seruitutes personarum cur sic constituitur. ff. de ser. 155. 7
 dictæ. ff. de seruit. 44. 2 seruitutes quomodo confundā-
 seruus pro derelicto habitus, tur. ff. de seruit. 384. 3
 an propriè seruus. ff. de ser- seruitutes rerum cur sic nunc
 uit. 22. 22 patæ. ff. de seruit. 46. 5
 seruitutem promittere & con seruitus rustica quibus ver-
 stituere diuersa. ff. de ser- bis concipiatur. ff. de serui-
 uit. 153. 6 tutib. 339. 10
 seruitus pro parte retinetur. ff. seruitutes rusticæ. ff. de serui-
 de seruit. 207. 6 tutib. 90. 74
 seruitus prospectus. ff. de ser- seruitus sine prædij dominan-
 uit. 66. 37 tis vtilitate cōstitui potest.
 seruitutis prospectus declara- ff. de seruitut. 13. 8
 tio noua. ff. de ser. 76. 39 seruitus stillicidij non auerten-
 seruitus quando multiplicetur. di. ff. de seruit. 60. 5
 ff. de seruitut. 110. 117 seruitus stillicidium auertēdi-
 seruitutes quæ extinguantur ff. de seruitut. 59. 45
 mutatione rei. ff. de seruitu- seruitutem stillicidium auer-
 tibus. 74. 50 tendi debens an ædificet. ff.
 seruitus quando per partes quæ de seruit. 72. 46
 ratur. ff. de seruit. 192. 7 seruitutes sunt indiuiduæ. ff.
 seruitus quando uscapiatur. de seruit. 189. 2
 ff. de seruit. 288. 25 seruitus tigni immittendi. ff.
 seruitus quandoque commodi de seruitut. 79. 59
 tate notat. ff. de ser. 332. 18 seruitus viae. ff. de seruitu-
 seruitutes quare indiuiduæ. ff. tibus. 103. 95
 de seruit. 377. 17 seruitutes urbanae & rusticæ
 seruitutes quando se pote usu- quæ. ff. de seruit. 46. 6
 Seruit

I N D E X.


- Seruitutum usus quomodo di- species l. iij. ff. de seruit.
 uidatur. ff. de ser. 189.3 156.8
 Seruitutis utilitas factū desi- species l. si cui. ff. de seruit.
 derat. ff. de ser. 131.11 201.1
 simplex concessio. ff. de seruit. species l. si iter. ff. de seruit.
 211.2 218.1
 si non valet quod ago, ut ago species l. via. ff. de seruit.
 regula declarata. ff. de ser 185.6
 uit. 252.12 species s. publico. ff. de seruit.
 Sol um. ff. de seruit. 137.1 321.2
 spatiū in ædificijs intermit- species s. seruitus. ff. de seruit.
 tendum. ff. de seruit. 425.9 316.1
 species l. Ad certam. ff. de species s. si prædium. ff. de ser.
 seruit. 191.4 207.1
 species l. cum ratione dubij. spithama. ff. de serui. 108.iii
 ff. de seruit. 373.10 stabula, an sint urbana præ-
 species l. ei fundo. ff. de seruit. dia. ff. de seruit. 34.9
 391.1 stabulum quid. ff. de seruit.
 species l. ius cloacæ. ff. de ser- 35.12
 uit. 194.7 superficies. ff. de seruitutib.
 species l. Papinianus. ff. de seruit. 137.2
 seruit. 384.4 superficies est diuidua. ff. de
 species l. pro parte communi seruit. 139.7
 sensu explosio. ff. de seruitu. superficies est utile dominiu.
 222.3 ff. de seruit. 140.10
 species l. quoties cum ratio- superficies non est seruitus. ff.
 ne dubij. ff. de seruitutib. de seruit. 138.5
 333.1 superficies pars domus. ff. de
 species l. quoties. ff. de seruit. seruit. 140.12
 357.10 superficies, quæ pars ædium
 species l. iij. ff. de seruit. dicatur. ff. de seruitutib.
 265.6 142.15


INDEX.


- T** Abernæ meritoria. ff. licet. ff. de seruit. 216.12
 de seruit. 36.14 Vasallorum ius individuum.
 Temporibus & mensuris di- ff. de seruit. 382.23
 uiditur seruitus. 189.4 Vasallus an omnibus heredi-
 Tempus statutum præscriptio- bus fidelitate iurare cog-
 ni. ff. de seruit 258.17 tur. ff. de seruit. 382.22
 Testis de vniuersitate an esse Vectigales fundi. ff. de seruit.
 posse. ff. de seruit. 127.124 363.18.
 Testibus opponēs delictū, ante Vehiculorum multa genera. ff.
 neatur. ff. de seruit. 245.7 de seruit. 178.8
 Thesaurū in alieno effodere an Vehiculum. ff. de ser. 100.92.
 liceat. ff. de seruit. 95.82 Vel dictio. ff. de ser. 364.21
 Thesaurus quid. ff. de seruitu. Vendere quando quis certæ per-
 94.81 sonæ cogatur. ff. de ser. 337
 Tignum quid. ff. de seruitut. & seq. 7.
 79.60. Verba ciuiliter accipiēda. ff. de
 Tituli multiplex appellatio. ff. seruit. 214.7
 de seruit. 290.26 Verba necessitatis, & volunta-
 Titulus ad vſuscaptionem ser- tis. ff. de seruit. 431.7
 uit. an necessarius. ff. de ser Verba, omnia mea tua sunt,
 uitut. 292.30 quid operetur. ff. de serui-
 Titulus in vſuscapione quid. ff. tutib. 215.8
 de seruit. 291.29 Vesperna. ff. de seruit. 199.4
 Transactio inutilis an Valeat via per plures fundos debita.
 vt pactū. ff. de ser. 256.18 an una sit. ff. de ser. 109.116
 Tutor cur conditionaliter nō de- via publica cur non perdatur
 tur. ff. de seruit. 163.23 nō vtedo. ff. de seruit. 318.6
V Acua traditio. ff. de ser- via publica non impedit do-
 uitut. 407.9 miny acquisitionem. ff. de
 Valentini iniuria questi de Co seruitu. 323.5
 rasio. ff. de ser. 128.144 via latitudo qua sit. ff. de ser-
 Variare in vſu seruitutu non uitut. 106.100
 via pub

INDEX.

- viæ publicæ & priuatae. ff. de *Vsusfructus duplex*. ff. de seruit. 103.96 *uitutib.* 31.2
 viæ mēsura cur in anfractum *Vsusfructus est diuiduus*. ff. de duplicata. ff. de ser. 108.115 *serui.* 186.9
 Vicini præsumūtur scire facta *Vsusfructus formalis*, & cau-
 vicinorū. ff. de ser. 435.12 *salis*. ff. de seruit. 19.16
 Victoria vnius hæredū quādo *Vsusfructus interit mutatione*
 alii p̄st. ff. de ser. 379.21 *rei*. ff. de seruit. 218.3
 Viridaria. ff. de ser. 344.6 *Vsusfructus pro parte indiuisa*
 Viridarij ser. ff. de ser. 345.7 *cōstituitur*. ff. de ser. 131.12
 Virtus impetratiōnis informa *Vsusfructus quadrupliciter cō-*
 pauperū. ff. de ser. 66.38 *stituitur*. ff. de serui. 184.1
 Vlna. ff. de seruit. 107.108 *Vsusfructus quid*. ff. de ser. 30.1
 Vncia. ff. de seruit. 108.112 *Vsusfructus quomodo cōstiu-*
 Vniuersitas quomodo consen-
 tiat. ff. de seruit. 236.4 *tur*. ff. de seruit. 32.4
 Vrbani prædiū. ff. de ser. 33.8 *Vsusfructus seruitus cur dini-*
 Vsus capio & præscriptio quid *duus*. ff. de seruit. 375.14
 ff. de seruit. 266.9 *Vsusfructus significatio duplex*
 ff. de seruit. 376.15
 Vsus cur indiuiduus. ff. de ser. *Vti possidetis interdictu an ad*
 uitut. 377.16 *ser. cōpetat*. ff. de ser. 415.18
 Vsus in quo distet ab Vsusfru- *Vtile interdictum de itinere,*
 etu. ff. de seruit. 44.3 *cui detur*. ff. de ser. 414.17
 Vsus quid. ff. de ser. 33.6 *Vtilis actio q.* ff. de ser. 362.17
 Vsusfructus alia causa quam *Vtra plus habeat virtutis nega-*
 seruitutis. ff. de ser. 389.9 *tiva seruitus luminum, an*
 Vsusfructus constituitur testa- *affirmatiua*. ff. de seruit.
 mēto. ff. de seruit. 184.5 55.23
 Vsusfructus constitutio diē re- *Vxor relicta domina, massa-*
 cipit. ff. de seruit. 186.8 *ria*. ff. de seruit. 224.6
 Vsusfructus diē & cōditionē *Vxor si relinquatur Vsusfru-*
 recipit. ff. de ser. 157.9 *etuaria*. ff. de seruit. 32.







10

C

RV

DI

SE

CO